





INDICIS
LIBRORVM
EXPVRGANDORVM
in studiosorum gratiam confecti,

Tomus Primus.


IN QVO QVINQVAGINTA AVCTORVM Libri præ cæteris desiderati emendantur.

PER FR. IO. MARIAM BRASICHELLEN.
SACRI PALATII APOSTOLICI MAGISTRVM
in vnum corpus redactus, & publicæ commoditati æditus.



ROMAE, *Ex Typographia R.Cam.Apost.* M.DC.VII.

SVPERIORVM PERMISSV.



AVTHORVM QVORVM LIBRI hoc Priori Tomo expurgantur Catalogus.



REGVLAE EX ROMANO Clementis VIII. Summi Pont. Indice Librorum prohibitorum.

REGVLA II.


Aereſiarcharum libri, tam eorum, qui poſt prædictum annum hæreſes inuenerunt, vel ſuſcitarunt, quàm qui hęreticorum capita, aut duces ſunt, vel fuerunt, quales ſunt Lutherus, Zuuinglius, Caluinus, Balthaſar Pacimontanus, Schuuenckfeldius, & his ſimiles, cuiuſcunq; nominis, tituli, aut argumenti exiſtant, omnino prohibentur.

Aliorum autem hæreticorum libri, qui de religione quidem ex profeſſo tractant, omnino damnantur.

Qui verò de Religione non tractant, à Theologis Catholicis iuſſu Epiſcoporum, & Inquiſitorum examinati, & approbati permittuntur.

Libri

Libri etiam Catholicè conſcripti, tàm ab illis, qui poſtea in hæreſim lapſi ſunt, tàm ab illis, qui poſt lapſum ad Eccleſiæ gremium rediere, approbati à Facultate Theologica alicuius Vniuerſitatis Catholicæ, vel ab Inquiſitione generali, permitti poterunt.

REGVLA V.

Libri illi, qui Hæreticorum auctorum opera interdum prodeunt, in quibus nulla, aut pauca de ſuo apponunt: ſed aliorum dicta colligunt, cuiuſmodi ſunt Lexica, Concordantiæ, Apophtegmata, Similitudines, Indices, & huiuſmodi, ſi quæ habeant admixta, quæ expurgatione indigeant, illis Epiſcopi, & Inquiſitoris vnà cum Theologorum Catholicorum conſilio ſublatis, aut emendatis permittantur.

REGVLA VII.

Libri, qui res laſciuas, ſeu obſcænas ex profeſſo tractant, narrant, aut docent, cum non ſolùm fidei: ſed & morum, qui huiuſmodi librorum lectione facilè corrumpi ſolent, ratio habenda ſit, omnino prohi-

bentur, & qui eos habuerint, seuerè ab Episcopis puniantur.

Antiqui verò ab Ethnicis conscripti propter sermonis elegantiam,& proprietatem permittuntur, nulla tamen ratione pueris prælegendi erunt.


REGVLA VIII.

Libri, quorum principale argumentum bonum est, in quibus tamen obiter aliqua inserta sunt, quæ ad hæresim, seu ad impietatem, diuinationem, seu superstitionem spectant, à Catholicis Theologis Inquisitionis generalis auctoritate expurgati, concedi possunt.

Idem iudicium sit de prologis, summarijs, seu adnotationibus, quæ à damnatis auctoribus, libris non damnatis appositæ sunt: sed posthac non nisi emendati excudantur.

DE

DE
CORRECTIONE LIBRORVM
Ex Indice Clementis VIII. Pont. Max.

§.I 
Abeant Episcopi, & Inquisitores coniunctim facultatem, quoscunque libros iuxta præscriptum huius Indicis expurgandi etiam in locis exemptis, vbi verò nulli sunt Inquisitores, Episcopi soli.

Librorum verò expurgatio non nisi viris eruditione, & pietate insignibus committatur, ijq; sint tres, nisi fortè considerato genere libri, aut eruditione eorum, qui ad id deligentur plures, vel pauciores iudicentur expedire.

Vbi emendatio confecta erit, notatis capitibus, paragraphis, & folijs manu illius, vel illorum, qui expurgauerint, subscripta reddatur eisdem Episcopis, & Inquisitoribus, vt præfertur, qui si emendationem approbauerint, tunc liber permittatur.

§.II. Qui negotium susceperit corrigendi, atque

atque expurgandi circumspicere omnia, & attentè notare debet, non solum quæ in cursu operis manifestè se offerunt: sed si quæ in scholijs, in summarijs, in marginibus, in indicibus librorum, in præfationibus, in epistolis dedicatorijs, tanquam in insidijs delitescunt.

Quæ autem correctione, atque expurgatione indigent, ferè hæc sunt, quæ sequuntur.

Propositiones hæreticæ, erroneæ hæresim sapientes, scandalosæ, piarum aurium offensiuæ, temerariæ, & schismaticæ, seditiosæ, blasphemæ.

Quæ contra Sacramentorum ritus, & cæremonias, contraque receptum vsum, & consuetudinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ nouitatem aliquam inducũt.

Profanæ etiam nouitates vocum ab hæreticis excogitatæ, & ad fallendum introductæ.

Verba dubia, & ambigua, quæ legentium animos, à recto, catholicoq; sensu, ad nefarias opiniones, adducere possunt.

Verba sacræ Scripturæ non fideliter prolata, vel è prauis hæreticorum versionibus deprompta, nisi fortè afferrentur ad eosdem hæreticos impugnandos, & proprijs telis iugulandos, & conuincendos.

Expungi etiam oportet verba Scripturæ sacræ, quæcunque ad profanum vsum impiè accommodantur, tum quæ ad sensum detorquentur abhorrentem à Catholicorum Patrum, atque doctorum vnanimi sententia.

Itemque epitheta honorifica, & omnia in laudem hæreticorum, deleantur.

Ad

Adhæc reÿciuntur omnia, quæ superstitiones, sortilegia, ac diuinationes sapiunt.

Item quæcunque fato, aut fallacibus signis, aut ethnicæ fortunæ, humani arbitrÿ libertatem subÿciunt, obliterentur.

Ea quoque aboleantur, quæ paganismum redolent.

Item quæ famæ proximorum, & præsertim Ecclesiasticorum, & Principum detrahunt, bonisq; moribus, & Christianæ disciplinæ, sunt contraria, expungantur.

Expurgandæ sunt etiam propositiones, quæ sunt contra libertatem, immunitatem, & iurisdictionem Ecclesiasticam.

Item quę ex gentilium placitis, moribus, exemplis tyrannicam politiam fouent, & quàm falsò vocant rationem status, ab Euangelica, & Christiana lege abhorrentem inducunt, deleantur.

Explodantur exempla, quæ Ecclesiasticos ritus, religiosorum ordines, statum, dignitatem, ac personas lędunt, & violant.

Facetiæ etiam, aut dicteria, in perniciem, aut preiudicium famę, & existimationis aliorum iactata, repudientur.

Denique lasciua, quę bonos mores corrumpere possunt, deleantur.

Et si quę obscenę imagines, prędictis libris expurgandis impressę, aut depictę extent, etiam in literis grandiusculis, quas initio librorum, vel capitum imprimi moris est: huius generis omnia, penitus obliterentur.

§. III. In libris autem Catholicorum recentiorum, qui post annum Christianæ salutis 1515. conscripti sunt, si id, quod corrigen-

rigendum occurrit, paucis demptis, aut additis emendari posse videatur, id correctores faciendum curent, sin minus, omnino deleatur.

§. IV. In libris autem Catholicorum veterum, nihil mutare fas sit, nisi vbi, aut fraude hæreticorum, aut Typographi incuria manifestus error irrepserit.

Si quid autem maioris momenti, & animaduersione dignum occurrerit, liceat in nouis editionibus, vel ad margines, vel in scholijs adnotare, ea in primis adhibita diligentia, an ex doctrina, locisq; collatis eiusdem auctoris sententia difficilior illustrari, ac mens eius planius explicari posset.

§. V. Postquam Codex expurgatorius confectus erit, ac mandato Episcopi, & Inquisitoris impressus, qui libros expurgandos habebunt, poterunt de eorundem licentia iuxta formam in codice traditam, eos corrigere, atque purgare.

F R.

FR. IO. MARIA
BRASICHELLENSIS
SACRI PALATII APOSTOLICI
MAGISTER.

Pio ac ſtudioſo lectori, ſalutem.



VM omnes homines publicis vtilitatibus, inter quas Religionis cauſa præcipua, eſt, inſeruire deceat, eo in primis cogitationes ſuas dirigere debent ij, à quibus id commiſſi officij ratio depoſcit. Cùm igitur nos (decimus iam labitur annus) ad regendum Sacri Palatij Apoſtolici Magiſterium vocati eſſemus inter cæteras huius offitij curas intelleximus non poſtremùm ſibi vendica-

dica-

dicare locum expurgationem librorum.
Quapropter eo potiſſimum animum adiecimus, vt libri vetitæ lectionis, qui ad præſcriptum Regularum Sacri Indicis Romani expurgari queunt, caſtigarentur, talesq; reſtituerentur ſtudioſis, vt tutò, & inoffensè ab eis tractari poſſent. Horum autem cum ingens eſſet numerus,eos nunc noſtris Cenſuris com plexi ſumus, quos emendari vtilitatis publicæ magis intereſſe exiſtimauimus, quoſq; ſibi è manibus extorqueri grauiùs ferre homines animaduertimus, & quorum,vt permitteretur facultas penè quotidie à nobis efflagitabatur. Neq; verò, qui ante nos muneri, quo fungimur, præfuerunt, eo quod huiuſmodi negotium non confecerint, deſidiæ, aut negligentiæ ſunt accuſandi; imò magna ijs eſt habenda gratia, quod laboribus, quos in hac re non contemnendos reli-

que-

querunt, tùm proprios, tùm ab Vniuersitatibus, & alijs viris doctis confectos, laborem nostrum leuiorem multò, faciliorem reddiderunt. Itaq; ipsorum industriæ quod inchoarunt, quod verò inchoata non perfecerunt, temporis est, vel angustiæ, vel importunitati tribuendum. Cæterùm hoc labore suscepto, & tuis (ni fallor) studijs (amice lector) & nostræ quieti magna ex parte consuluimus. Certè non erit posthàc opus, huiusmodi libros habentibus, (quod antè non sine stomacho facere coacti sumus) auferre, si modò ijs iuxtà Censuras nostras emendatis, quam incorrectis, vt anteà pertinaciter vti maluerint. Si autem (quod imbecillitatis humanæ memores euenire posse minimè dubitamus) aliquæ errorum reliquiæ, quæ diligentiam nostram effugerint, in huiusmodi libris remanserint, pij, & Catho-

tholici lectoris officium erit, eas, prout neceſſe fuerit, reſecare. Quem propterea vt ad eoſdem libros legendos non oſcitanter: ſed cautè, & prudenter accedat, admonemus. Supereſt nunc, vt & quod datur hilari fronte ſuſcipias, & nos pijs apud Deum precibus iuuare non graueris, quò faciliùs Secundum Cenſurarum Tomum, quem iam præ manibus habemus celeriter emittere valeamus. Vale. Datum Romæ ex Palatio Apoſtolico anno ſalutis 1607.

Albertus Argentinensis.

Ex Alberti Argentineñ Chronico delenda sunt sequentia; *Solet autem opus annecti Historiæ Ottonis Episcopi Frisingensis*. Basileæ apud Petrum Pernam. 1569.

pag. 157. deleantur illa verba, *Dolis Cleri praeualentibus contra eum*.

pag. 158. deleàtur titulus capituli, qui sic habet, *De potentia, & superbia Sedis Apostolicæ, ac Prædicatorum, & Minorum*.

Deleatur etiam totum caput, quod incipit, *Post Fridericum &c.*

pag. 169. deleatur historia, seu potius ficticium commentum *Bonifacio Papæ VIII. impositum*.

pag. 174. Narratur de quodam Concionatore, qui dicebatur venenum Imperatori propinasse, cum ei sacram Communionem daret; quæ quidem Historia tanquam falsa, & scandalosa Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum recipientibus, prorsus delenda est:

Igitur tollantur illa verba *& in Assumptionis Virginis Mariæ vigilia &c.* vsq; *Illicò discessit*.

pag. 180. habetur cuiusdam somnium, qui sanctam Sedem stabulum immundissimum stercoribus plenum vocat. Hæc autem tanquam scandalosa, & iniuriosa delenda sunt ab illo verbo *Pater ille*,

2

qui mihi monstrauit, vsq; ad verbum *Expurgate*.

pag. 187. De Clemente Papa VI. quædam iniuriosa dicuntur, quæ tanquàm malignè prolata contra Pontif. aliàs à multis auctoribus commendatum; delenda sunt, v3 *Hic ab Antecessoribus &c.* vsq; *de Simonia deformans*.

pag. 192. vbi dicitur *Nullum pro Imperatore habebunt, nec per Sedem Apostolicam probatum*; Mendosa est lectio, & loco dictionis, *Nec*, ponendum est, *Nisi*.

Albertus Krantzius.

Loca delenda in Historijs Alberti Krantzij.
Saxonia.
Francfurti ad Mœnũ apud Andream VVechelum 1580.
Deleatur præfatio Nicolai Cisneri ad Consules, & Senatores Reipub. Amburgen. Incipit *Historicos, &c.*

LIB. II.

pag. 29. c. 1. n. 40. dele, *De qua ipsi viderint*, & in margine, *Constantini donatio fabulosa*.

pag. 32. c. 5. n. 20. dele notam marginalem *Monachismus*.

LIB. III.

pag. 55. c. 1. n. 20. dele *Necdum enim*, vsq; *potestatem, inclusiuè* cum nota marginali, *Romani Pontificis, &c.*

pag. 61. c. 3. n. 20. dele *Baptizatus ad finem vitæ*, vsq; ad *fabulosa creditur inclusiuè*.

pag. 65. c. 3. n. 1. dele notam marginalem, *Sacerdotium, &c.*

pag. 67.

pag. 67. c. 4. n. 10. dele *Dicant igitur* vsq; *posteà verò quam* cũ nota marginali *Papalis consecratio.*

LIB. IIII.

pag. 84. c. 10. n. 50. deleatur totum caput 10. & 11. cum nota marginali, *Leo Papa*, & alia, *Constantini donatio*.

LIB. V.

pag. 110. c. 8. n. 30. dele, *Quid enim hodie per dispensationem Apostolicam non obtinetur?* cum nota marginali, *Papæ laxissima, &c.*

pag. 131. c. 37. n. 10. dele *Ex hac verborum*, vsq; *sæculares inclusiuè*, cum nota marginali, *Papa*.

Ibidem n. 20. dele in margine *facere mala*.

pag. 132. c. 39. n. 40. dele in margine *soluendi &c.*

LIB. VI.

pag. 146. c. 16. n. 40. dele *Non confirmationis* vsq; *Rex ergo exclusiuè*, cum nota marginali *Annatæ &c.*

pag. 147. c. 16. n. 10. dele notam marginalem *Romani &c.*

pag. 151. c. 22. n. 50. dele notam marginalem *Lubicensis Episcopus.*

pag. 167. c. 46. n. 50. dele notam marginalem, *Amant primas &c.*

pag. 168. c. eodem n. 10. dele notam marginalem *vnius Monachi, &c.*

Ibidem c. 47. n. 50. dele marginalem notam *Imperator & Pontifex.*

pag. 171. c. 51. n. 10. dele *Ad quem Imperator* vsq; ad cap. 52. cum nota marginali *Pontifices.*

LIB. VII.

pag. 183. c. 14. n. 1. dele marginalem notam *Habentes alimenta*.

pag. 196. c. 33. n. 30. dele marginalem notam *Papæ & Imperatoris coniunctio*.

LIB. VIII.

pag. 211. c. 14. n. 30. dele *quum tanto*, vsq; ad *auerteret*.

pag. 215. c. 21. n. 30. dele *facilè donans*, vsq; ad *sequantur*, cum nota marginali *Imperium à Papa*.

pag. 221. c. 28. n. 10. dele marginalem notam *facultatum*.

pag. 223. c. 32. n. 1. dele marginalem notam *Ecclesiæ &c.*

pag. 225. c. 36. n. 1. dele *Vides Petre &c.* vsq; *tuorum*.

Ibidem dele in margine *Papa in theatro &c.*

Ibidem n. 10. dele *Tante ne &c.*

Ibidem n. 30. dele *Reges Pontificem*.

LIB. IX.

pag. 230. c. 2. n. 1. dele *Ita Tartarea* vsq; ad *comparationem*, cum nota marginali *Itali, &c.*

pag. 232. c. 5. n. 40. dele marginalem notam *Cælibatus &c.*

pag. 234. c. 7. in fine capitis dele *Ptolomæus verò* vsq; ad *præualuerunt*, cum nota marginali *Eucharistia*.

pag. 236. c. 10. n. 10. dele *quod ne cui nouum*, vsq; ad *Iupiter* cum nota marginali *Virginis imaginem*.

pag. 240. c. 15. n. 1. dele *Inter alia verò*, vsq; ad *desolabitur*, cum nota marginali, *Papæ nimia &c.*

pag. 249. c. 28. n. 30. dele *Non sine scandalo*, vsq; ad *persoluta* cum nota marginali, *Papa &c.*

LIB. X.

pag. 261. c. 4. n. 10. dele, *Iam enim Itali*, vsq; ad *Seueritatis*.

pag. 265.

pag. 265. c. 11. n. 40. dele notam marginalem *Vrbani Papæ*.

pag. 266. cap. eodem n. 10. dele notam marginalem *Episcopi Cardinales creati*.

Ibidem, dele, *longam inde tragœdiam*, vsq; *Secretarius Apostolicus*.

pag. 282. c. 36. n. 20. dele notam marginalem *Consueta aucupia*, *&c*.

LIB. XI.

pag. 297. c. 20. n. 10. dele marginalem notam *Concilium &c.* n. 40. dele aliam, *Concilij &c.*

pag. 305. c. 30. n. 1. dele, *Sed aliquando* vsq; ad *dissimulabat*, cum nota marginali, *Annatis*.

pag. 307. c. 33. n. 10. dele, *Iam conspirantibus*, vsq; ad *Imperij* cum marginali nota, *Papa &c.*

LIB. XII.

pag. 310. c. 1. n. 40. dele in margine *Papa &c.*

pag. 311. c. 3. n. 40. dele marginalem notam *Fatigatos*, *&c.*

pag. 327. c. 27. n. 40. dele marginalem notam, *Qui dixit*, *&c.*

pag. 328. c. 28. n. 10. dele, *Iam mallet*, vsq; ad *Barbitonsor*.

LIB. XIII.

pag. 339. c. 8. n. 20. dele marginalem notam, *Ecclesiasticis &c.*

In Indice Saxoniæ dele *Pontificis &c.*

Metropolis.

Francofurti ad Mœnum ex Officina Typographica Andreæ Vvechelij 1576.

Deleatur *Præfatio Io. Volphij ad Episcopum Herbipolitanum Franconiæ Ducem*, *&c.*

LIB. I.

pag. 10. c. 10. n. 10. dele, *Sed illam*, vsq; ad, *templo*, cum nota marginali, *Fabulas &c.*

pag. 18. c. 25. n. 40. dele marginalem notam, *In diuorum, &c.*

pag. 19. c. 26. n. 20. dele notam marginalem ; *Pontifices &c.*

pag. 24. c. 34. n. 20. dele marginalem notam, *Inuidia &c.*

LIB. II.

pag. 31. c. 1. n. 10. dele notam marginalem, *Hunc annorum, &c.*

pag. 33. c. 1. n. 1. dele notam marginalem, *Multa in Martyrum &c.*

pag. 34. c. 1. n. 10. dele, *hic (vt Gratianus)* vsq; ad, *quintò*, vnà cum nota marginali, *falsa &c.*

pag. 36. c. 1. n. 30. dele notam marginalem, *Imperatoris &c.*

pag. 53. c. 20. n. 30. dele notam marginalem, *Turpe &c.*

pag. 57. c. 29. n. 50. dele notam marginalem, *fuit olim &c.*

LIB. IIII.

pag. 94. c. 10. n. 40. dele notam marginalem, *Deglutientes &c.*

pag. 109. c. 33. n. 1. dele notam marginalem, *Qui excommunicati, &c.*

LIB. V.

pag. 119. c. 1. n. 20. dele notam marginalem, *Papa &c.*

pag. 129. c. 16. n. 40. dele, *Mortiq;*, vsq; ad, *dicens*, quibus deletis adde, *Ibi diem clausit extremum*, cum nota marginali, *Rodolphus*.

pag. 133. c. 21. n. 50. dele in nota marginali, *Si non confictā*.

LIB. VI.

LIB. VI.

pag. 149. c. 12. n. 40. dele notam marginalem, *Krantzius*.

pag. 157. c. 27. n. 40. dele *ponebantur &c.* vsq; ad *Triumphandum* cum nota marginali, *quæ hodie*.

LIB. VII.

pag. 170. c. 1. n. 1. dele notam marginalem *si Papa &c.*

pag. 174. c. 10. n. 50. dele marginalem notã *Ecclesiæ &c.*

pag. 193. c. 42. n. 10. dele, *cæteri fratres &c.* vsq; ad *vehementia*, & marginalem notam, *Monachis*.

LIB. IX.

pag. 253. c. 34. n. 30. dele marginalem notam, *Romæ &c.*

LIB. X.

pag. 281. c. 27. n. 10. dele marginalem notam, *Vt in politia, &c.*

pag. 290. c. 45. n. 1. dele marginalem notam, *Ecclesiæ &c.*

LIB. XI.

pag. 293. c. 1. n. 1. dele marginalem notam, *Deus, & Sancti &c.*

pag. 297. c. 8. n. 40. dele marginalem notam, *Ioannis Hussitæ, &c.*

pag. 198. c. 10. n. 5. dele, *& quam facilè dedit, &c.* vsq; *expleri non posset*, dele etiam notam marginalem *Papa Bonifacius &c.*

pag. 301. cap. 15. n. 1. dele notam marginalem, *Christo neglecto &c.*

Ibidem n. 30. dele aliam notam marginalem, *Præceptum Christi, &c.*

pag. 303. c. 19. n. 10. dele notam marginalem, *Pontifex &c.*

pag. 305. c. 24. n. 20. dele notam marginalem, *Christi verba, &c.*

pag. 307. c. 28. n. 30. dele notam marginalem, *Bohemi &c.*

LIB. XII.

pag. 328. c. 15. n. 50. dele notam marginalem, *in Episcopis &c.*

pag. 329. c. 16. n. 20. dele marginalem notam *Nicolaus Pontzius &c.*

pag. 335. c. 29. n. 30. dele, *Solet .n. Sedes &c.* vsq; *interim*, cum nota marginali *Aurum pro plumbo &c.*

In Indice dele *Romana Sedes &c.*

Dania.

Francofurti ad Mœnum apud Andream Vvechelum 1575.

In frontispicio dele nomina hæreticorum *Io. Volphij, & Iacobi Ziegleris* Tollatur præfatio Io. Volphij ad Ludouicum Ducem Vvitembergensem, quæ incipit *In hoc nostro consilio.*

LIB. II.

pag. 85. c. 23. n. 10. dele notam marginalem *puram Religionem &c.*

LIB. V.

pag. 108. c. 18. n. 50. dele notam marginalem, *Martyr Christi, &c.*

pag. 110. c. 20. n. 10. dele, *& vt verum &c.* vsq; *circumferuntur*, cum nota marginali, *Canones &c.*

pag. 112. c. 24. n. 40. dele notam marginis, *Pontificum &c.*

pag. 117. c. 33. n. 20. dele, *quid contulit*, vsq; *magnificantibus*, cum nota marginali, *recte sua &c.*

LIB. VI.

pag. 134. c. 12. n. 3. dele notam marginalem *minaces &c.*

LIB.

LIB. VII.

pag. 160. c. 7. n. 10. dele, *cum regnum &c.* vsq; *possent*, cum nota marginali *Eundem Regem esse.*

LIB. VIII.

pag. 192. c. 30. n. 1 dele not. marg. *Indulgentiarum &c.*

In Sueuia, & Noruagia

nihil animaduertimus corrigendum.

Vvandalia.

Francofurti ex Officina Typographica Andreæ Vvechelij 1580.

Tollatur Epistola Impressoris ad Hubertum Languetum, quæ incipit *Cur hanc, &c.*

LIB. I.

p. 5. c. 2. n. 1. dele in margine, *non omnes Christiani, &c.*

LIB. II.

pag. 39. c. 23. n. 50. dele in margine, *Vos autem sic.*

pag. 40. c. 25. n. 40. dele in margine, *Hoc in Saxonum Episcopis.*

LIB. IV.

pag. 84. c. 9. n. 20. dele in margine, *Episcopo graue, &c.* Ibidem c. 10. n. 30. dele in margine, *Imò iustum &c.*

pag. 85. c. 12. n. 50. dele in margine, *gratis &c.*

pag. 87. c. 14. n. 10. dele in margine, *Pietatem &c.*

pag. 90. c. 19. n. 10. dele in margine *nil tale &c.*

pag. 93. c. 23. n. 20. dele in marg. *& Romanenses &c.*

p. 101. c. 38. n. 50. dele in marg. *non bene consulitur &c.*

pag. 102. c. 39. dele notas marginales *Episcopi, & Episcoporum &c.*

LIB. VI.

pag. 138. c. 18. n. 30. dele in margine, *Episcopus humanis hostijs, &c.*

pag. 141. c. 24. n. 40. dele, *cum de more*, vsq; *nuncia.*

ciarentur, & notam marginalem *infecta*.

pag. 147. c. 35. n. 20. dele in margine, *Excommunicationis &c.*

p. 148. c.37. n. 20. dele in marg. *sic traditionum &c.*

LIB. VII.

pag. 152. c. 6. n. 20. dele in margine, *Papa &c.*

pag. 159. c. 21. n. 20. dele in margine, *Italiæ Prouincias &c.*

pag. 169. c. 40. n. 50. dele in margine *Clerus iuris &c.*

pag. 171. c. 42. n. 10. dele in margine, *pōt ne &c.*

pag. 176. c. 49. n. 1. dele in margine *Fratres mendicantes &c.*

pag. 179. c. vltimo in fine, dele notam marginalem *Veneficium &c.*

LIB. VIII.

pag. 180. c. 2. n. 1. dele duas notas marginales primas, *Iudica*, & *Cordati*, *&c.*

pag. 183. n. 10. dele notam marginalem, *Clerus &c.*

pag. 185. c. 10. n. 10. dele notam marginalem, *Papa impiorum &c.*

Et c. 11. n. 50. dele notam marg. *dictatoria &c.*

pag. 202. c. 43. n. 20. dele notam marg. *Papa &c.* & in textu *iam omne*, vsq; *abstulissem*.

LIB. IX.

pag. 204. c. 2. n. 10. dele notam marginalem, *Papa &c.*

p. 207. c. 8. n. 50. dele notam marg. *opes in Ecclesia &c.*

pag. 210. c. 11. n. 20. dele notam marg. *Auaritia &c.*

pag. 219. c. 28. n. 20. dele notã marg. *Quis ex varijs &c.* & n. 30. *Papa ordini &c.*

p. 222. c. 30. n. 40. dele not. marg. *Dictatorium Papæ &c.*

LIB. X.

pag. 227. c. 2. n. 30. dele not. marg. *Calicis vsus &c.*

p. 237. c. 21. n. 10. dele not. marg. *Ecclesia Romana &c.* & n. 20. *Papatus &c.*

p. 238.

p. 238. c.23.n.50.dele notam marginalem *se tueri &c.*
p.240. c.25. n.10. dele not.marg. *Papa matrimonium.*
pag.242.c.28.n.30.dele notam marginalem, *at illi &c.*
Et n. 50. *sibi magis &c.*
pag.245. c.33. n.1. dele notam marg. *at Catholici &c.*
pag. 248.c.40. n.50. dele notam marg. *Monachi &c.*

LIB. XI.

p.252.c.6.n.10.dele not.marg.*Clerus Romenensis &c.*
p. 254.c.9.n.1.dele notam marginalẽ, *vestra verò &c.*
c.10. n.1. dele notam marginalem , *idest &c.*
pag. 157. c. 17. n. 30. dele notam marginalem *Imperij Patrimonium, &c.*
pag. 261. c. 23. n. 1. dele notas marginales *nullas etiam &c.* & *Papa Concilium &c.*
Et c. 24. n.50. dele notam marg. *cum Pontificijs &c.*
p. 262. c. 26. n. 10. dele notam , *& Papæ &c.*
& n. 20. *caput Ecclesiæ &c.*
c. 27. n. 30. & 40. dele in textu *Formidabat enim*, vsq; *exemplares* inclusiuè , cum nota marginali , *vnde &c.*

LIB. XII.

p. 275. c.7. n.40. dele marg. not. *sed cur tandem &c.*
p.282. c.19.n.40. dele marginalem notam *Pontificium anathema &c.*
pag.285.c.24.n.40.dele not.marg. *Pontificis bruta &c.*
pag. 290. c.33. n. 1. dele notam in margine, *oues &c.*

LIB. XIII.

pag.293.c.1.n.1.dele marginalem notam *Italis &c.*
pag.295.c.5.n.50.dele illa verba, *vt habeant*, vsq; *suas* inclusiuè, cum nota marginali , *Papæ &c.*
pag. 297. c. 8. n. 30. dele notam marg. *Catholicæ &c.*
p. 302. c. 16. n. 3. dele not. marg. *non minus &c.*
pag. 305. c. 22. n. 20. dele notam marginalem , *Papa cum Turco &c.*

LIB. XIV.

p.319.c.6.n.50.dele not.marg. *Papæ Imperium &c.*
p. 325. c. 17. n. 30. dele *facta*, *& infecta*, vsq; *Sacerdotes*, inclusiuè, cum nota marginali, *hæc &c.*
p.330.c.26.n.1. dele not.marg. *Ecclesia est in Rep.&c.*
pag. 333. c. 31. n. 30. dele notam marg. *cur verò &c.*
pag. 336. c. 33. n. 10. dele not.marg. *Religionis &c.*
p.337.c.34.n.40. dele not.marg. *hæc omnia &c.*

IN INDICE.

Dele *Ecclesia Catholica*, *&c.*
Dele *Ecclesia Romana*, *&c.*

Litera P.

Dele ab illo verbo, *Papa gladium*, vsq; ad illa, *Papa opes etc.* inclusiuè.
Item illa *Papa omnia nihil facit etc.*
Item *Papæ fulmina etc.*
Item *Papa errantem etc.*

Litera V.

Dele *Veneficium Florentinorum ars, etc.*

Amatus Lusitanus.

Ex Amati Lusitani curationum medicinalium centurijs septem ex impressione Lugdunensi, apud Rouilium anno Domini 1580. infrascripta delenda sunt.

Cent. 1. In primo tractatu, de introitu medici ad ægrotantem; & de crisi, &c. pag. 29. post versus quosdam Lini Poetæ, dele, *ijs addere possumus, etc.* vsque ad illud; *sed ne septenarij*.
In scholio curationis primæ, pag. 65. dele, *faxint Dij*, scribe *faxit Deus*, & statim, dele *mittant*, scribe *mittat*.
Curatione 9. pag. 99. post illa verba, *ante suum obitum*

tum multum vigilauerat, dele, vsque ad illud, *si quæ verò noctis pars*, *etc.*

Curatione 34. pag. 223. post illa verba, *pro qua acciti sunt*, dele vsque, *Religiosi*.

Cent. 2. In scholio curationis 15. pag. 470. post verba, *quæ iuuenis in hoc patiebatur morbo*, dele vsque ad finem Scholij.

In Scholio curationis 30. in fine, pag. 512. post verba, *in Christi religionem*, dele vsque *deducti sunt.*

Curatione 39. pag. 553. post verba, *et virili toga indutus*, dele vsque ad illud, *Manuel fuit vocatus*.

Scholion curationis 47. deleatur totum.

In scholio curationis 55. pag. 604. post verba, *et post eum Manardus Ferrariensis*, dele vsque *Cæterum theriaces*, *etc.*

In scholio curationis 67. pag. 625. post verba, *ꝙ Hipocratem medicorum*, dele vsque, *omnino, vel inuitè, etc.* & scribe *principem admirari*.

Curatione 87. pag. 670. post verba, *sed puerulis*, dele vsque ad illud, *circa anum enascuntur*.

In Indice 2. centuriæ littera D. post verba, *Dysenteria ante partum salubris censetur*, dele vsque, *Dysentericis caro perdicis*, *etc.*

In eodem Indice, littera L. post verba, *Laqueus ad nucham inditus*, dele vsque, *Lepra Græcorum*.

Cent. 3. Curatione prima pag. 11. post verba, *vt filia Trauli*, dele vsque, *euenit, quæ*, *etc.*

In fine scholij curationis 98. pag. 350. post verba, *De virginum morbis, et*, dele vsque *alijs varijs libris*.

Cent. 4. In scholio curationis 23. pag. 459. post illa verba, *vt generosus igitur, et magnanimus*, dele vsq; ad verbum *Medicus*, & eodem scholio pag. sequenti post verba, *qui postea multos vixit annos*, dele

dele vsque ad finem scholij.

Curatione 24. versus finem pag. 462. post illa verba *prouidente natura* dele vsq; ad illud, *pro sua obeunda etc.*

Curatione 36. pag. 473. dele initium curationis vsq; ad illud *male habebat*, & scribe *mulier innupta*, & post lineā lege *vnde ceteræ mulieres molā, etc.*

In eadem curatione post illa verba, *Quod verò ex semine virili in balneo relicto mulier prægnans facta fuerit*, dele vsq; versus finem curationis, ita vt periodus ista ita legatur *Quod verò ex semine virili in balneo relicto mulier prægnans facta fuerit, Auerrois, Auicenna, et Algazer hoc euenire posse facilè admittunt; Galenus verò non etc.* vsq; in finem sicut habetur in textu.

Curatione 42. pag. 486. quæ est pagina quarta eius curationis longissimæ, post illa verba *si timor, atq; mœstitia longo tempore habentes perseuerent, ex eo atra bilis significatur tum quia*, dele vsq; ad illud, *Hebræi et alijs atrabiliosis etc.*

Curatione 54. pag. 539. quæ est penultima eius curationis, post illa verba, *in eundem morbum recidit etc.* ita corrige, vt legatur, *ad quem cum quidam, qui se medicum simulabat, curatum intraret, breui ipsum interfecit*, reliqua omnia dele vsq; ad illud *simili morbo huic de quo agimus*.

Curationis 69. pag. 570. dele initium vsq; ad illa verba, *cum virgam tumentem etc.* & scribe *quidam*. eadem curatione pag. 572. post illa verba, *linteolaq; eo imbuta illi admouebat etc.* corrige ita vt legatur, *sed tunc quidam alius eodem ferè morbo laborabat etc.* dele etiam initium scholij, & corrige vt legatur *Ægrotus iste omnia quæ ad morbum etc.*

In ſcholio curationis 72. pag. 585. poſt illa verba *ſed ex iunioribus legere ne pigeat*, dele vſq; ad illud *Hieronymum Cardanum etc.*

Curationis 97. pag. 635. corrige initium vt legatur *quidam ſe ægrotare ſimulabat, et ventrem dolere dicebat, ego verò eius verſutiam veris coniecturis etc.*

In Indice 4. Centuriæ litera B. dele *Benzira*.

In eodem Indice litera L, poſt verba *lignum buxum vnicè iecur plus iuſto calidum emẽdare, et ſudorẽ egregiè euocare*, dele vſq; ad illud *linguæ, oculis, auribus, etc.*

In eodem Indice litera M, poſt verba *in natis inflationem deuenit, et liberata eſt*, dele vſq; ad illud *Monachus Illyricus* incluſiuè.

Cent. 5. Epiſtola dedicatoria tollatur tota.

Curatione 24. circa initium pag. 95. poſt verbum *pernoctaret*, dele vſq; ad illud, *non febrem etc.*

Curatione 51. circa initium pag. 147. poſt verba *ex ordine Dominicanorum*, dele vſq; ad illud, *vigente autumno etc.*

Curatione 70. pag. 183. poſt verba *hanc in lucem miſit opinionem, quam poſtea* dele vſq; ad illud, *libris ſuis Anatomicis*, & ſcribe *alius quidam auctor*. & pag. ſeq. poſt illa verba *Sanguinem foras venire nec remigrare, conſequens eſt veſcalÿ*, dele vſq; ad illud, *ratiocinationem caſſam etc.*

Curatione 83. in principio pag. 226. poſt verba *mulier infœcunda, et ſobolis procreandæ auidiſſima*, dele vſq; ad illud *ab obſtetrice etc.*

Curationis 84. titulum pag. 229. corrige vt legatur *Curatio 84. in qua agitur de quodam, qui amore cuiuſdam puellæ, etc.* Initium eiuſdem curationis dele, & corrige vt legatur *Iuuenis quidam puellæ*

amo-

amore ita deflagrauit, vt eam cum iam in amorem suum trahi etc. reliqua sequantur vt in textu, sed post verba, *rem alijs patefecit*, dele vsq; *, sed accersiti etc.* & infra post illa verba, *et amoris*, dele vsq; ad illud *pœnas lueris*.

Curatione 95. pag. 250. post illa verba, *pietate ac misericordia* dele vsq; ad illud *summa commotus*.

Curatione 100. pag. 261. post illa verba *ne ossa quidem mea habebis*, dele vsq; ad illud, *et hic finis esto*.

In Indice curationum centuriæ 5. titulum curationis 84. corrige, vt legatur, *de Iuuene, qui amore puellæ captus etc.*

Cent. 6. Curatione 9. pag. 289. post verbum *è fenestra*, dele vsq; ad illud *stomacho vacuo etc.*

In scholio curationis 46. pag. 392. post illa verba, *pro selecto, et optimo victu tribuere solent*, dele vsq; ad illud, *hœdinas carnes epilepsiam etc.*

In scholio curationis 53. pag. 414. post illa verba, *vt infra biennium diem suum obierit*, dele vsq; ad finem scholij.

Curationis 97. dele initium vsq; ad illa verba, *malè habebat*, & scribe, *mulier innupta*, paulo infra post illa verba, *quod et aliàs*, dele vsq; ad illud, *passa fuerat*, paulo inferius post verba, *ad hæc inquieta, et iracunda*, dele vsq; ad illud *insuper tam multa*, pagina sequenti 553. post illa verba *rabidi furoris dicti est in causa*, dele vsq; ad illud, *primo autem vena pedis saphæna etc.*

Curatione 100. pag. 595. post illa verba, *et earum partem chirurgicam* dele *non solum*, & post verba *viri ij grauissimi, et sapientissimi* dele vsq; ad illud *suis exercebant manibus*. Et in fine eiusdem curationis post verba, *Thessalonicæ an-*

no

no 1559. dele reliqua vsq; ad finem.

In iureiurando, quod habetur post sextam Centuriam pag. 640. post verba, *Iuro Deum immortalem*, dele vsq; ad illud, *me nihil prius etc.* & infra post illa verba, *vel teruntio ditior euaderem*, dele vsq; ad illud, *de dignitate verò*, in fine corrige vt legatur *Thessalonicæ anno 1559*. hoc eodem modo corrigendum est, *Iusiurandum*, quod habetur in fine Centuriæ 7.

In Indice Centuriæ 6. litera I, post verbum *Isthmus quid*, dele vsq; *lac caprinum*, & litera L, post verbum *larinx*, dele vsq; *leucomata*, & litera V, post verba *virga incisa, vt lapis inde extraheretur*, corrige vt legatur *vitriolo hausto iuuenis interijt*.

Cent. 7. In Epistola dedicatoria pag. 6. post verba *multis de causis, prima sapiens cùm sis*, dele vsq; ad illud, *ac acri quodam ingenio*, circa finem dedicatoriæ post verba *ex tua stere*, dele vsq; ad illud, *feliciter viue*, & in fine post verba *mense Augusti anno*, dele vsq; ad illud, *1561*.

Curatione 24. in fine pag. 74. post verba, *quos nostro hoc tempore*, dele vsq; ad illud, *Viues Valentinus etc.*

Curatione 27. pag. 80. in principio post verbum, *anno*, dele vsq; ad illud, *1559*.

Curatione 37. pag. 125. post prima verba *Vxor Sanctes Sacerdotis*, adde *Hebræi*.

Curatione 68. pag. 205. dele *initium*, & scribe, *quidam Cephalalgia affictabatur etc*.

In Indice litera L, post verba, *lotium prouocantia*, dele vsq; ad illud, *mamillarum dolor*.

Est etiam notandum, quod hic Auctor toto hoc opere

viris principibus, vel alias insignibus, & præcipuè Hippocrati, & Galeno tribuit nomen Diui, vel Diuini, quod tollendum est, vbicunq; habetur. habetur autem in scholio curationis primæ pag. 65. Curatione 27. pag. 174. Curatione 31. pag. 201. Centuria 2. in Epistola dedicatoria pag. 413. Centuria 3. in dedicatoria habetur bis. Curatione 8. pag. 48. & 49. habetur quater. Centuria 4. in scholio curationis 72. pag. 586. habetur bis. In Indice Centuriæ 4. litera D. Cẽturia 5. curat. 23. pag. 93. curatione 75. pag. 201. curatione 86. pag. 231. Centuria 6. curatione 87. pag. 508. curat. 100. pag. 598. Centuria 7. In scholio curationis 70. pag. 212. In scholio curat. 75. pag. 229. In scholio curationis 76. pag. 232. In scholio curationis 98. pag. 300. post verba, *et se totum Galeno concredat*, dele vsq; ad illud, *sic enim Medici*, In scholio curat. 99. pag. 310. In scholio curationis 100. pag. 332.

Similiter solet hic Auctor Hippocratem appellare Diuũ Senem, vel Diuinum Senem, deleatur vbicunque reperitur, & scribatur nomen proprium *Hippocratis*, habetur autem Centuria 5. in scholio curationis 11. pag. 66. curat. 100. pag. 260. Centuria 6. in primo capite, cui titulus, *Amati introitus* ad curationes &c. circa finem. In scholio curationis 55. pag. 423. in scholio curationis 59. pag. 438. Centuria 7. in scholio curat. 70. pag. 116 In scholio curationis 100. pag. 312.

Ana-

Analysis, seu resolutio Dialectica.

Censura in Analysin, seu resolutionem Dialecticam Institutionum, impressam apud Theodosium Rihelium.

pag. 4. a Ex Epistola Typographi, quæ incipit *Erotemata in quatuor etc.* delendum est nomen *Oldendorpij*.

pag. 8. b in fi. Ex oratione de vtilitate libri Institutionum videntur delenda illa verba, *non sine afflatu diuino*. Nam Iurisconsultis laudem tribuit, quæ sacrorum librorum propria est.

lib. 1. tit. 1. pag. 15. b In tit. de iustit. & iur. §. quid significat, prope fin. dele nomen *Melanchtonis*.

tit. 10. pag. 34. a De nuptijs. §. quid sunt sponsalia de futuro, dele à vers. *Lutherus tamen* vsque ad fi. §.

p. 37. a §. suntnè matrimonia, deleatur à vers. *tradit D. Martin.* vsq; ad finem §.

pag. 38. a §. qui effectus, in fi. deleatur à vers. *De quo vide Luther. etc.* cum toto §. sequenti, qui incipit, *quæ pugnantia etc.* vsq; ad finem §.

pag. 39. b §. quid fieri, &c. in fine deleatur, à vers. *De quo vide Luther. etc.* vsq; ad finem §.

pag. ead. & 40. a §. quid si prior, &c. delendus est totus §. vsq; ad §. sequentem, qui incipit, *quid verò faciendum etc.*

p. 40. a §. quid verò faciendum &c. in fine, del. à vers. *Hæc Luther. etc.* vsq; ad finem §.

p. 41. b & 42. a §. rectène fecerunt &c. delendum

est totum, vsq; ad §. sequentem, qui incipit, *quod est subiectum etc.*

p. 43. a §. de tertio requisito consensu, &c. deleatur à vers. *pro iure autem ciuili, etc.* vsq; ad §. sequétem, qui incipit, *An matrimonium etc.* Nam asserit matrimonium contractum sine parentum consensu esse nullum.

pag. 43. a & b §. an matrimonium &c. deleatur à vers. *Sed ex sententia nostrorum etc.* cum toto §. sequente, qui incipit, *Utrum pater tenetur, etc.*

pag. 44. a §. possuntnè parentes agere, &c. deleantur illa verba, *etiam sententia Lutheri huc accedit*, quæ sequuntur immediatè post illa verba, *sed iure Canonico*, & paulò post deleatur à vers. *idem tamen etc.* in fi. vsq; ad finem §. Nam adducit verba Lutheri.

pag. 44. b §. quid verò de consensu &c. del. à vers. *sed æquior est Theologorum etc.* vsq; ad finem §.

pag. 45. a §. vtrum autem agnatorum &c. del. à vers. *Et ita in Consistoriis etc.* vsq; ad finem §.

pag. 51. a §. quid est polygamia &c. videtur delendũ à vers. *Hinc facilis est responsio etc.* vsq; ad finem §. Nam de Sanctis Patribus Veteris Testamenti satis immodestè loquitur.

p. 51. b §. quæ sunt causæ diuortij, delenda sunt illa verba, *ac nostros Theologos*, quæ sequuntur post illa, *quinque præcipuè secundum ius Canonicum*.

pag. 52. a §. dic de prima causa, &c. deleatur à vers. *Lutherus tamen in secunda etc.* vsq; ad finem §.

pag. 52. b §. dic secundã &c. deleatur à vers. *& D. Philipp. in d. libello &c.* vsq; ad finem §.

pag. ead.

pag. ead. in fi. §. dic tertiam &c. deleatur à verſ. *& quæ traduntur &c.* vſq; ad finem §.

pag. 53. a §. dic quartam &c. del. à verſ. *Tamen Lutherus, aliÿq; &c.* vſq; ad fin. §.

pag. 54. a §. recita quintam &c. del. à verſ. *Lutherus in 2. parte &c.* vſq; ad finem §.

pag. ead. b §. vtrum propter errorem &c. del. à verſ. *& de hoc tractat D. Philippus* vſq; ad fin. §.

p. ead. in fi. §. quid de furore &c. del. à verſ. *ex ſententia Lutheri, &c.* vſq; ad finem §.

pag. 55. b §. dic regulas de nefarijs &c. ex illis verbis, *de Iure Diuino, ac Ciuili, ſed de Iure Canonico,* delenda ſunt illa duo verba, *Diuino, ac* quæ non aliam ob cauſam appoſuit, niſi vt Ius Diuinum contrarium faciat Iuri Canonico.

pag. 57. a §. quot modis contrahuntur &c. poſt illa verba, *XII. propter ordinem,* delenda ſunt quæ ſequuntur, *Monachi enim, & Moniales, vel Clerici olim non admittebantur ad coniugia,* aut delendum eſt tantum illud verbum, *olim,* & *pro* non admittebantur, corrigendum eſt, *non admittuntur.*

ibid. Et paulò poſt deleatur à verſ. *Sed & hoc in noſtris &c.* vſq; ad verſ. *XIII. propter,* &c.

pag. 58. a b §. dic regulas diſpenſationis &c. deleatur à verſ. *III. diſpenſatio in prohibitione humana &c.* vſq; ad finem §. Nam impugnat cognationem ſpiritualem.

pag. 59. b §. quos habet illa &c. qui eſt vltimus, deleatur illa verba in fin. §. *& Hieronymi Schiurff Conſ. 1. Cent. 1.*

lib. 2. tit. 1. p. 97. a §. quæ ſunt cauſæ realium &c. prope finem deleatur *Hierony. Schiurff Conſ. 69. Cent. 1.*



tit. 10. p. 119. b §. quæ sunt causæ testamenti &c. in fi. §. deleatur à vers. *quem omnino secutus est, &c.* vsq; ad fin. §.

tit. 11. p. 122. b De testamento militari. §. gaudentnè nostri &c. in fine deleatur à vers. *in qua etiam sententia, &c.* vsq; ad fin. §.

tit. 13. p. 124. b de exhæredat. liberor. §. quotuplex est &c. deleatur, *Kling hic num. 2. &*

tit. 14. p. 128. b De hæred. instit. §. qui non possunt institui &c. deleantur illa verba, *vii. Monachi c. exiui de verb. signif. in 6*. Non enim est verũ simpliciter, quod Monachi non possunt hæredes institui, & illud capitulum, quod adducit, loquitur de Fratribus Minoribus.

tit. 20. pag. 145. b §. quatenus legata sunt, &c. prope fin. deleatur, *& D. Henning. l. 1. cons. 18. num. 9. in 1. volum.*

tit. 25. p. 153. a De codicillis. §. quæ cognata &c. in fine deleatur à vers. *Plures differentias &c.* vsq; ad finem §.

Lib. 3. tit. 1. pag. 162. a De hæredit. quæ ab intest. defer. sub rubr. de spiritualibus liberis. §. qui appellantur &c. videntur delenda illa verba, *vt vulgò loquuntur*.

tit. 10. pag. 180. b §. suntnè bonorum &c. prope fin. deleatur à vers. *vide Oldendorpium, &c.* vsq; ad vers. *bonorum possessiones &c.*

tit. 15. p. 187. a De obligationibus. §. quæ sunt causæ contractuum, &c. prope fin. deleatur à vers. *Vide D. Oldendorp. &c.* vsq; ad vers. *finis contractuum &c.*

tit. 25. p. 208. a De locatione, & conductione. §. quæ causæ location. &c. prope fin. del. à vers. *vide, Vvesenbecium &c.* vsq; ad vers. *III. Res certa, &c.* pag. 209.

pag. 209. b eod. tit. sub rubr. de emphyteusi. §. quid est emphyteusis &c. prope finem deleatur à vers. *vide latius D. Oldendorpium &c.* vsq; ad vers. *dicitur etiam &c.*

Lib. 4. tit. 1. p. 220. b De oblig. quæ ex delic. nasc. §. qui effectus &c. in fi. deleatur à vers. *vide ea, quæ pulchre &c.* vsq; ad fin. §.

tit. 6. p. 228. b de actionibus. §. quid igitur est actio &c. prope fin. deleatur à vers. *& Kling, nu. 3. 4. 5.* &c. vsq; ad vers. *& Ioannem Corasium, &c.*

pag. 238. a §. forma libelli in rei, &c. in fine deleatur à vers. *De hac actione vide &c.* vsq; ad fin. §.

p. 239. b §. forma libelli in confessoria &c. in fine, deleatur, *de hac actione vide D. Oldendorpium, class. 3. actio. 4.*

pag. 240. b §. forma libelli actionis negatoriæ &c. in fin. deleatur à vers. *hanc actionem fusius &c.* vsq; ad fin. §.

p. 246. a §. forma libelli, Domine iudex quâquã &c. in fi. deleatur à vers. *de his actionum speciebus &c.* vsq; ad fin. §.

pag. 249. a forma libelli huius actionis, Coram vobis Domine &c. in fine deleatur à vers. *hanc actionem fusius &c.* vsq; ad fin. §.

p. 257. b §. forma libelli in actione reali, quando &c. in fine deleatur à vers. *de hac actione vide &c.* vsq; ad fin. §.

p. 315. a §. forma libelli in actione contraria &c. in fin. del. à vers. *de quibus omnibus vide &c.* vsq; ad fin. §.

tit. 13. p. 361. b de except. §. quæ est quarta &c. in fi. del. à vers. *plures verò exceptionum &c.* vsq; ad fi. §.

p. 362. b §. quæ causæ &c. qui est vltimus in fi. deleatur à vers. *cui non incommode &c.* vsq; ad fi. §.

tit. 15. p. 384. b sub rub. interdictum vtrubi. §. quid est interdictum vtrubi &c. in fin. deleatur à vers. *de huius autem, & præcedentis &c.* vsq; ad fi. §.

tit. 17. p. 391. a De officio iudicis. §. quomodo igitur iudex &c. post med. deleatur à vers. *& Ioannem Oldendorpium &c.* vsq; ad vers. *vide & Petrum Costalium &c.*

pag. ead. Et paulopost deleatur à vers. *quibus etiam non inutiliter &c.* vsq; ad vers. *quomodo autem iudex &c.*

Andreas Masius.

Ex Andreæ Masij Commentarijs ad Iosue Imperatoris Historiam Impress. Antuerp. 1574.

pag. 30. lin. 20. deleantur hæc verba, *non igitur rectè à Latino,* vsq; ad *exitum periodi* inclusiuè.

pag. 31. lin. 15. delendum hæc verba, *parum ergo plenè* vsq; ad illa exclusiuè *hæc enim ea sola*.

pag. 31. lin. 37. deleantur hæc verba, *illud conuerti*, vsq; ad illa exclusiuè, *& nihil vsitatius.*

pag. 32. lin. 36. deleantur hæc verba, *neq; verò hic*, vsq; ad illa exclusiuè *atq; hanc istorum verborum.*

pag. 43. lin. 19. deleantur hæc verba, *quod enim Latinus*, vsq; ad illa exclusiuè *verum neq; illud.*

pag. 56. lin. 11. vbi non satis considerate latinus videtur interpretatus esse, deleatur, *quod ipse sentiret*, exclusiuè *fuit ergo vt ego.*

pag. 59. lin. 31. deleantur hæc verba, *at verò si sacerdot.* vsq; ad illa exclusiuè, *cæterum quanta amplissimæ.*

pag. 66.

pag. 66. lin. 6. del. *esse autem*, vsq; ad illa exclusiuè, *atqui aquas*.

pag. 71. lin. 14. deleantur hæc verba, *quare non satis rectè*, vsq; ad illa exclusiuè, *cæterum personæ mutatio*.

pag. 128. lin. 8. deleantur hæc verba, *qua fronte Catholica Ecclesia*, vsq; ad illa exclusiuè *cæterum ponit nobis*.

pag. 139. linea 43. deleantur hæc verba, *nam furorem* vsq; ad illa exclusiuè, *neq; verò furor*.

pag. 165. lin. 6. deleantur hæc verba, *ipsa enim quam dixi*, vsq; ad illa exclusiuè, *sed enim D. Ambros.*

pag. 227. lin. 9. deleantur hæc verba, *quare non rectè Latinus*, vsq; ad illa exclusiuè, *hæc terra relicta*.

pag. 229. lin. 14. deleantur hæc verba, *neq; verò rectè Latinus*, vsq; ad illa exclusiuè *porrò illud*.

pag. 231. lin. 34. deleantur hæc verba, *Latinus nescio qua fretus*, vsq; ad illa exclusiuè, *quare ego existimare*.

pag. 236. lin. 28. deleantur hæc verba, *Latinus enim illic*, vsq; ad illa exclusiuè, *etiam vt demus illum*.

pag. 241. lin. 36. deleantur hæc verba, *non igitur rectè à Latino*, vsq; ad illa exclusiuè, *neq; enim Leuitæ*.

pag. 317. lin. 20. deleantur hæc verba, *neq; enim ara nisi cui sacrificantur dicari debet*, vsq; ad illa exclusiuè, *audiuerunt inquam*.

pag. 318. lin. 20. deleantur hæc verba, *immo vllos omnium, qui gladio*, vsq; ad illa exclusiuè, *nam etiam nostros*.

pag. 325. lin. 21. deleantur hæc verba, *non vt eam*

ado-

adoremus, vsq; ad illa exclusiuè, *vt dum*.

pag. 329. lin. 10. deleantur hæc verba, *quare non rectè Latinus*, vsq; ad illa, *eritis igitur*.

pag. 338. lin. 23. deleantur hæc verba, *habet quidem fateor*, vsq; ad illa exclusiuè, *sed quando sic loquuntur*.

pag. 343. lin. 42. deleantur hæc verba, *ad solam enim vitæ*, vsq; ad illa exclusiuè, *neq; enim solus*.

Antonius de Rampilogis.

Ex Figuris Bibliorum Doctoris Theologi F. Antonij de Rampilogis, Lugduni apud Gullielmum Rouillium 1561.

In prologo prope finem habetur, *Vt autem quæsita facilius occurrant, fabulam finito libro ordinabo Spiritus Sancti gratia adiuuante*, corrigatur, *Vt autem quæsita facilius occurrant, tabulam finito libro ordinabo, &c.*

Verbo Abstinentia.

Seruus meus diriget me, quæ est figura D, fol. 9. in fine, habetur, *filius eius spiritus est carnalis appetitus*, corrigatur, *filius eius est carnalis appetitus*.

Verbo eodem, & figura eadem.

fol. 10. prope finem figuræ, habetur, *Hæc anima Christi sponsa nullatenus ferre debet potenter potestatem super carnem, & carnis appetitus habere*, legatur, *Hæc anima Christi sponsa nullatenus ferre debet carnis appetitum, potestatem habere super ipsam, affligat igitur ipsam, &c.*

Verbo

Verbo eodem, figura eadem, fol. eodem 10. infra initium.

Legitur, *affligat igitur ipsum pane, & aqua pellens à se procul per discensum voluntatis*, corrigatur, *per dissensum voluntatis*.

Verbo Adulatio.

Erat in ore meo dulce tanquam mel, quæ est figura A, paulò post initium, fol. 13. habetur, *dulce est de se audiendi bona audire*, corrigatur, *dulce est de se bona audire*.

Verbo eodem, & fol. eodem.

Legitur prope finem, *si ergo volumus Sacrificia nostra Deo esse accepta, atq; grata, non admisceamus in ipsis adulatoribus mel*, corrigatur, *si ergo volumus Sacrificia nostra Deo esse accepta, atq; grata, non admisceamus in ipsis adulationis mel.*

Verbo eodem.

Cum gustasset, noluit bibere, quæ est figura, C, propè finem, habetur, *per Regem Babilonis subaudi Diabolum, qui puluere arrogantiæ excęcat hominem, & suum captiuum facit, cogit eum saltare hinc inde*, corrigatur, *per Regem Babilonis subaudi Diabolum, qui puluere arrogantiæ excæcat hominem, suum captiuum reddit, & facit eum saltare hinc inde*.

Verbo Apostolus.

Placebit Deo super vitulum nouellum, quæ est figura C, fol. 27. paulò infra initium figuræ, habetur, *sic enim legimus dixisse nos Saluatorem*, corrigatur, *sic enim nos legimus dixisse Saluatorem*.

Verbo Ascensio.

Via Aquilæ in Cęlo, quæ est figura C, propè finem, habetur, *Ampliora recepturi per suam ineffabilem gloriam*, corrigatur, *Ampliora recepturi*

cepturi

cepturi per suam ineffabilem gratiam.

Verbo eodem.

Venite post me, quæ est figura D, in finem habetur, *funda in te fundamentum humilitatis, & peruenies ad fastigium charitatis*, corrigatur, *funda in te fundamentum humilitatis, & peruenies ad fastigium claritatis.*

Verbo Auaritia.

Simulachra gentium, argentum, & aurum, paulò infra initium, fol. 63. habetur, *Diabolus cognoscens humanum appetitum esse pronum ad simulachra, & ideo latriam*, corrigatur, *Diabolus cognoscens humanum appetitum esse pronum ad simulachra, & idolatriam.*

Verbo eodem.

Qui de terra est de terra loquitur, quæ est figura O, in fine habetur, *si consideremus fratres clarissimi*, legatur, *fratres charissimi.*

Verbo eodem fol. 67.

Aquæ multæ, populi multi, quæ est figura N, circa medium, habetur, *percipiet quantum anima in eisdem erat sterilis, & fine bono*, corrigatur, *percipiet quantum anima in eisdem erat sterilis, & sine bono.*

Verbo eodem.

Ignis combussit peccatores, quæ est figura, R, circa finem, habetur, *sed pro dolor, multi interdictum ignem atq; prohibentes accedentes, non dolorem, sed intolerabilem dederunt fœtorem*, corrigatur, *sed proh dolor multi interdictum ignem atq; prohibitum accipientes, non odorem, sed intolerabilem dederunt fœtorem.*

Verbo beatitudo.

Qui biberit ex hac aqua, quæ est figura B, in fine habetur,

betur, *ex gratiæ largitate peccarum*, corrigatur, *ex gratiæ largitate peccatorum*.

Verbo eodem.

Inebriabuntur ab vbertate, quæ est figura C, fol. 80. habetur paulò infra initium folij, *quia tertio anno Imperij sui, primus annus fuit*, legatur, *quia tertio anno Imperij sui venit, primus annus fuit, &c.*

Verbo eodem fol. 80.

Legitur, *obseruauit igitur, quod veniret temporis plenitudo, &c. & fugaret peccati emendam*, corrigatur, *& fugaret peccati mendam*.

Verbo charitas, fol. 92.

De excelso misit ignem, quæ est figura D, propè finem, habetur, *sic ab amore rerum temporalium æternæ vitæ charitas occidit*, corrigatur, *sic ab amore rerum temporalium æternæ vitæ charitas occiditur*.

Verbo eodem, fol. 95.

Non comedetis ex eo crudum, *quid*, quæ est figura E, vbi propè finem legitur, *magis edant quam nutriunt*, corrigatur, *insipida sunt, nec ducunt ad vitam æternam*.

Verbo eodem, fol. 97.

Ignis ante ipsum præcedit, quæ est figura E, circa medium habetur, *die verò protegebat eos ab æstu*, legatur, *die verò columna nubis protegebat eos ab æstu*.

Verbo caro humana, fol. 98.

Filia Babilonis misera, quæ est figura A, circa medium habetur, *sed habita victoria contra spiritum ei propria caro obuiat cupiens ipsum decipere*, legatur, *sed habita victoria contra Diabolum, caro obuiat spiritum cupiens ipsum decipere.*

Verbo

Filij alieni mentiti sunt mihi, quæ est figura B, circa finem, fol. 103. habetur, *vt oculi prouideant lachrymas necessarias ad lauanda peccata, & ad inebriandum Christum*, corrigatur, *vt oculi prouideant lachrymas necessarias ad lauanda peccata, quæ offendunt Christum.*

Verbo eodem.

Deiecit eos dum alleuarentur, quæ est figura C, circa medium, fol. 105. habetur, *temperantia, lachrymis, constrictione*, corrigatur, *temperantia, lachrymis, contritione.*

Verbo eodem.

Mulier molesta erat adolescenti, quæ est figura E, circa finem, fol. 109. habetur, *& damnatur morte dæmonum*, legatur, *& damnatur damnatione dæmonum.*

Verbo eodem, fol. 110.

Mulier autem prætiosa, quæ est figura F, infra initium habetur, *studeat adiutricem habere*, corrigatur, *studet adiutricem habere.*

Verbo eodem, fol. 118.

Omnia subiecisti sub pedibus eius, quæ est figura I, circa medium habetur, *& factus est ita*, legatur, *& factum est ita.*

Verbo eodem, figura eadem.

fol. 3. habetur propè initium, *sed sub hominis potestate est illa respuere atq; vitare*, legatur, *sed sub hominis potestate est illa respuere, atq; vitare, gratia adiuuante diuina.*

Verbo eodem, figura eadem.

fol. 119. propè initium habetur, *imo si velit homo viriliter dominari, vt rectus iudicat ordo iuris illa omnia reperiet adiuuamen*, corrigatur, *imo*

si velit

si velit homo viriliter dominari, vt rectus expostulat ordo iuris, omnia quæ homini subÿciuntur, & à Deo sunt, reperiet sibi adiuuantia.

Verbo eodem, fol. 121.

Sicut onus graue, quæ est figura L, circa medium habetur, *& multiplici tribulatione affixit*, corrigatur, *& multiplici tribulatione afflixit*.

Verbo, Corpus Christi, fol. 125.

Panis cor hominis confirmat, quæ est figura A, circa medium habetur, *Deum iustus fugiens mortem culpæ*, corrigatur, *Dum iustus fugiens mortem culpæ*.

Verbo eodem.

Cor viduæ consolatus sum, quæ est figura C, propè initium, habetur fol. 129. *nec hoc renuere detur*, legatur, *nec hoc renuere debet*.

Verbo eodem, fol. 131.

De petra melle saturauit eos, quæ est figura D, initio figuræ, habetur, *Dicit quod intellectus hominis*, legatur, *Dicitur quod intellectus hominis*.

Verbo eodem, fol. 132. figura eadem.

Circa initium, fol. 132. habetur, *certè nullius artificis, & Domini hoc est facere*, corrigatur, *certum nullius artificis, sed Domini est hoc facere*.

Verbo eodem, figura eadem.

fol. 133. initio habetur, *Misericordia Dei occidit seueritatem leoninam ira Dei, quàm ex peccato merueramus*, legatur, *Misericors Deus deposuit iram, quàm ex peccato merueramus*.

Verbo Confessio, fol. 143.

Iuda Rex meus, quæ est figura A, paulò infra initium, habetur, *sed quia Rex in nobis mortalis est*, legatur, *sed quia Rex in nobis desinit esse*.

Verbo

Verbo eodem, fol. 145.

Si acuero, vt fulgur gladium meum, quæ est figura B, in fine fol. 145. habetur, *ideo nullum est remedium nisi mulctato peccato pro confusionem clamemus veniam*, corrigatur, *ideo nullum est remedium nisi mulctato peccato per confessionem veniam petamus*.

Verbo eodem, fol. 153.

Iniquitatem odio habui, quæ est figura F, circa finem habetur, *veniet tempus quo se cognoscat per confessionem turpissimam*, corrigatur, *veniet tempus quo se cognoscat per confusionem turpissimam.*

Verbo eodem.

Deus autem non irridetur, quæ est figura G, prope initium, fol. 154. habetur, *multi imputant suis confessionibus*, legatur, *Multi putant suis confessionibus*.

Verbo eodem figura eadem.

fol. 155. paulò infra initium habetur, *vade sibi*, legatur, *vade tibi*.

Verbo conscientia.

Lamia nudauerunt mammas, quæ est figura B, circa medium, habetur initio fol. 177. *videt se orbatam voluptate, & placere*, corrigatur, *videt se orbatam voluptate, & transire*.

Verbo compunctio.

Aqua expiationis sanctificauit me, quæ est figura F, circa finem, fol. 193. habetur, *studeat per lotionem lachrymarum omnes Sancti sordes detergere*, corrigatur, *studeant per lotionem lachrymarum omnes suas sordes detergere*.

Verbo eodem.

Desiccauit Dominus aquas maris, quæ est figura H, circa medium habetur, *per Heliam subaudi Christi fide-*

sti fidelitatem, legatur, *per Heliam subaudi Christi fidelem*.

Verbo diuitiæ.

Veni in altitudinem maris, quæ est figura E, circa initium, fol. 244. habetur, *non habemus transire mare magnum*, legatur, *nos habemus transire mare magnum*.

Verbo gratia.

Dum lucem habetis, credite in lucem, quæ est figura D, circa medium fol. 335. habetur, *quia nec valet malum culpæ fugere, nec potest bonum aliquod operari*, legatur, *quia sine auxilio gratiæ, nec valet malum culpæ fugere, nec potest bonum meritorium operari*.

Verbo gratiarum actio, fol. 338.

Primitias omnis laboris eorum, quæ est figura B, circa medium folij habetur, *his vltimo solo contentatur*, legatur, *hoc vltimo solo contentatur*.

Verbo eodem, figura eadem.

Fol. 139. circa medium habetur, *quòd non debet esse molestum nobis hanc portionem dare ei*, corrigatur, *nec debet esse molestum nobis hanc portionem dare ei*.

Verbo Incarnatio.

Cum incaluerit sol, quæ est figura A, fol. 365. paulò infra initium, habetur, *ita eius absentia nostris quandoq; exigentibus demeritis, & pro peccatis, nos facit in bonis actibus deficere*, legatur, *ita eius absentia, nostris quandoq; exigentibus demeritis, & peccatis nos in bonis actibus deficimus*.

Verbo eodem, figura eadem.

Fol. 365. circa finem folij, habetur, *sic spiritualiter ante lucis æternæ aduentum, &c.* legatur, *sic*

spiritualiter ante lucis æternæ aduentum speratum, & creditum, &c.

Verbo eodem, figura eadem.

Circa finem folij 367. habetur, *sed personaliter descendens venit quærere*, legatur, *sed personaliter descendens. non mutando locum: sed naturam humanam assumendo, venit quærere.*

Verbo eodem.

Paruulus natus est nobis, quæ est figura B, circa finem, fol. 371. habetur, *sic Sanctus vir furibundus*, corrigatur, *sic factus vir furibundus.*

Verbo eodem.

Adolescens tibi dico surge, quæ est figura C, circa finem, fol. 373. habetur, *singulis suis membris persoluit Deus*, corrigatur, *singulis suis membris persoluit Christus.*

Verbo eodem.

Peregre profectus est, quæ est figura D, circa initium folij 376. habetur, *supposita enim diuina distincta sunt cum suis motionibus*, legatur, *supposita enim diuina distincta sunt cum suis notionibus.*

Verbo eodem, figura eadem.

fol. 379. circa medium habetur, *vidit enim Cælestis Pater oculo sue prædestinationis humanum genus, quando longe distabat adhuc à salute: sed cum per verbum incarnatum, &c.* legatur, *vidit enim Cælestis Pater oculo suæ pietatis humanum genus quando longè distabat à salute, & cum per verbum incarnatum, &c.*

Verbo eodem, figura eadem.

fol. 380. circa medietatem folij habetur, *vt intelligas per fratrem illum angelorum Collegium*, legatur, *vt intelligas per fratrem illum bonorum angelorum Collegium.*

Verbo

Verbo eodem, figura eadem.

fol. 381. circa finem, habetur, *patet igitur magnanimitas istius prodigi fratris*, legatur, *patet igitur magnanimitas Cœlestis Patris*.

Verbo eodem, fol. 383,

Fontes amari dulcorati sunt, quæ est figura E, versus finem habetur, *neq; enim quicquam operari poterat, per quod possunt euadere tartareas potestates*, legatur, *neq; enim quicquam operari poterant rationales creaturæ quin saltem in limbum descenderent*.

Verbo, MARIA Virgo,

Sanctificauit tabernaculum suum altissimus, quæ est figura C, fol. 447. paulò infra initium figuræ habetur, *nam pretiosus locus debetur pretioso iucando secundum proportionem, nulla reliquia pretiorior, nullum tam pretiosum iocale, &c.* legatur, *nam pretiosus locus debetur pretioso locando secundum proportionem, nulla reliquia pretiosior, nullum tam pretiosum locale, &c,*

Verbo Mundus, fol. 534.

Confusum est gaudium, quæ est figura G, initio folij 535. habetur, *quoniam com potat homo*, corrigatur, *quoniam cum putat homo*.

Verbo, Passio Christi,

Confusio patris est de filio indisciplinato, quæ est figura M, circa medium folij 580. habetur, *qui in corde suo sanctum, &c.* corrigatur, *qui in corde suo tantum*.

Verbo eodem,

fol. 597. circa finem folij habetur, *vt per me recipias, quod per me lapsum videtur*, corrigatur, *vt per me recipias, quod per me redimendum videtur*.

Verbo Religiosus.

Apparuerunt tres viri, quæ est figura C, circa finem habetur, *quibus*, *quasi angelicis comparantur*, legatur, *quibus*, *quasi spiritibus angelicis comparantur*.

Verbo Spiritus Sanctus.

Pueri mei mecum sunt in cubili, quæ est figura B, circa initium folij 772. habetur, *Lectus eius*, *vt dictum est*, *est conscientia Sancti*, corrigatur, *lectus eius*, *vt dictum est*, *est conscientia bona*.

Arnaldus de Villanoua.

Ex Arnaldi de Villanoua operibus reijciantur sequentes tractatus.

fol. 215. liber inscriptus, *Remedia contra maleficia*, cuius initium est, *sunt quidam, qui maleficys*.

fol. 290. tractatus, cui titulus est, *Expositiones visionum, quæ fiunt in somnijs*, qui incipit, *Philosophantes antiquos*.

fol. 293. liber *de Iudicijs Astronomiæ*, cuius initium est, *Circa signa vniuersalia*.

fol. 296. libellus, qui inscribitur, *Rosarius philosophorum*, cuius initium est; *Iste nanq; liber vocatur Rosarius*.

fol. 300. liber, cui titulus est, *Nouum lumen*, & incipit, *Intellige ergò dictum Philosophi*.

fol. 301. *tractatus de sigillis*, cuius initium est, *In nomine viui patris*.

fol. 302. liber inscriptus, *Flos florum*, cuius initium est, *scias charissime*.

Bea-

Beatus Rhenanus.

Ex annotationibus Beati Rhenani in Tertulianum.

In argumento in librum de carne Christi, paulò post princ. deleantur illa verba, *in hoc libro sunt quæ euarient à placitis recentiorum Theologorum, vt quod de fratribus loquens dicit*, &c. vsq; ad illud, *quo vix alium, Christianus Orbis antiquiorem habet*.

In argumento in librum de præscriptionibus aduersus hæreticos, circa medium, deleantur illa verba, *hanc nulli loco affigit*.

In annotationibus in 1. librũ contra Marcionem nu. 10. deleantur illa verba, *& hodie quidam carnibus pisces præferunt*.

In argumento in librum quintum contra eundem in fin. deleantur illa verba, *porrò quod omnibus epistolis excussis, præter eas, quæ sunt ad Titum*, &c. vsq; ad finem argumenti.

In argumento libri contra Valentinianos, paulò post princip. deleantur illa verba, *vide quantum Christianismo semper nocuerit philosophia*.

In annotationibus in librum de Corona militis paulò ante med. vbi declarat illud Tertulliani verbum Eucharistiæ Sacramentum, deleantur illa verba, *Conradus Pellicanus, homo miræ sanctitatis, ac eruditionis*.

Ibidem, paulò post in illa Tertulliani verba, *oblationes pro defunctis*, deleatur illud, *vnde anniuersariorum sacrorum, cum eleemosynis, origo, quæ apud nos perpetua instituuntur*, deleatur etiam similis annotatio marginalis in libro de Monoga-

mia, ex omnibus impressionibus, vbi posita fuerit.

Ibidem num. 9. in illa verba, *conquirendum an in tot Christi mili.* deleatur tota annotatio vsq; ad illa verba, *Apostolos nobis representantes.*

Argumentum libri de Pœnitentia, totum expungatur, nam commodè repurgari non potest.

In annotationibus in eundem librum de Pœnitentia, in fine, deleatur integra annotatio in illa verba, *institutam à Domino exomologesin, sciens*, vsq; ad finem.

In argumento libri, *Exortationis ad castitatem*, in medio, deleantur illa verba, *quanquam veteres omnes, atq; adeò Hieronymus ipse, matrimonio parum equisuerint*, &c. vsq; ad finem argumenti

In exemplari Basileæ, apud Frobennium, impresso anno 1528. in argumento, *libri de præscriptionibus hæreticorum*, deleantur illa verba, *ex hoc libro facile liquebit lectori, qui non sit omnino stupidus*, & quæ sequuntur vsq; ad finem.

Ex libro quarto aduersus Marcionem, statim post num. 50. vel 51. (propter varias impressiones) deleantur illa verba, *Baptisma, & Eucharistia, duo Sacramenta primitiuæ Ecclesiæ.*

fol. 596. corr. in margine, *pro origo*, ponatur, *antiquitas*, Non enim sancta, & salubris anniuersariorum consuetudo Tertuliani primum temporibus nata fuit, sed ab Apostolis acceptam consuetudinem, vt nos ita, & illa secula frequentarunt.

Bene-

Benedicti Ariæ Montani.

Corrigenda in Commentario Benedicti Ariæ Montani in Isaiam, Paginæ citatæ respondent Editioni Antuerpianæ, Anni 1599. in 4.

Cap. 1. pag. 43. super illa verba Isaiæ, *quo mihi multitudinem victimarum vestrarum*, deleantur verba sequentia, *Neq; enim nos illud sacrificiũ offerimus: sed illud ipsum* CHRISTI *representamus, & referimus incruento (vt dicitur) modo repetimus id, quod* CHRISTVS *cruentum obtulit*.

Cap. 1. pag. 52. super illa verba Isaiæ, *Si fuerint peccata vestra, sicut coccinum*, deleantur triginta versiculi ab illis verbis, *neq; enim ante* CHRISTI *mortem, & resurrectionem vllus homo à peccati corpore, &c.* vsq; ad illa inclusiuè, *sine qua simplicitate non intrabimus in Regnum Cœlorum*.

Cap. 9. pag. 228. super illa verba: *Princeps pacis*, deleantur verba sequentia, *pax etiam inter carnem & spiritum conciliata*.

Cap. 32. pag. 729. super illa verba, *Cultus iustitiæ silentium*, deleantur illa verba, *sed in hac hominum conditione, &c.* vsq; ad illa inclusiuè, *vsus expolitione vates declarat*.

Corrigenda in Commentarijs B. Ariæ Montani in Prophetas minores, Citantur paginæ ex editione Antuerpiana 1571. in folio.

Cap. 10. Oseæ, pag. 173. super illa verba, *seminate vobis ad iustitiam*, deleantur verba illa, *verum enimuerò tantum hoc, tanquàm admirabile donum, &c.* vsq; ad illa, *qui vtinam aliquando ad veritatem dirigantur*, inclusiuè.

Ibidem pag. 174. deleantur illa verba, *nullam igitur occasionem, &c.* vsq; ad illa inclusiuè, *per* CHRISTVM *suo tempore afferendam*.

Cap. 14. pag. 212. super illa verba, *Vocantibus medebor, amaboq; hos libenter*, deleantur illa verba, *Igitur cum primum hortantem Israelitas vatem, &c.* vsq; ad illa inclusiuè, *Deus ipse in se recipit*.

Cap. 2. Ioelis, pag. 253. super illa verba, *& eum qui ab Aquilone est*, deleantur illa verba, *in Hebræis verò mysterijs, &c.* vsq; ad illa inclusiuè, *grandis est sermo, & ad dicendum interpretabilis*.

Cap. 2. Zachariæ, pag. 789. super illa verba, *& possidebit Dominus Iudam*, deleantur illa verba, *Is verò populus Hierusalem, &c.* vsq; ad illa inclusiuè, *ad præclaras gerendas, agendasq; res adderet*.

pag. 790. super illa verba, *Et eliget adhuc Hierusalem*, deleantur illa verba, *qualis verò eorum hominum, qui hac Sancta Ciuitate donati*, vsq; ad illa inclusiuè, *quamuis inuiti, tamen ob breuitatis studium prætermittimus*, idest, deleatur tota pagina vsq; ad finem capitis.

Cap. 4. pag. 799. super illa verba, *& lampas eius*, de-

leantur

leantur illa verba, *id quod antiquis temporibus*, vsq; ad illa, *vt exhiberet immaculatam Deo*.

Cap. 1. Malachiæ, pag. 935. super illa verba, *ab ortu enim solis vsq; ad occasum*, deleantur illa verba, *at verò cæteras gentes non legis, &c.* vsq; ad illa inclusiuè, *purum munus offerretur*, sunt hoc loco delendi supra centum versus, siue lineæ.

Corrigenda in elucidationibus B. Ariæ Montani in quatuor Euangelia, & Acta Apostolorum. Paginæ citantur ex editione Antuerpiana, in quarto, 1575.

Cap. 1. Matthæi, pag. 1. deleatur tota prima annotatio, quæ incipit, *in hoc capite exponitur IESV CHRISTI genealogia*, & finitur illis verbis, *ex familia Dauid secundum carnem, sine patre humano genitus*.

pag. 2. num. 16.' litera a, deleantur illa verba, *adoptione, & affinitate, quæ Hebræis dicitur* נכרי

pag. ead. num. 20. litera h, deleantur illa verba, *non genitum, sed natum*.

Cap. 5. Matthæi, pag. 12. num. 28. lit. a, deleantur illa verba, *concupiscentiam antiqui, &c.* vsq; ad illa, inclusiuè, *& rationi subijciant*.

Cap. 6. Matthæi num. 1. pag. 14. litera b, deleantur illa verba, *Duplex est iustitia, comparata, & accepta de vtroq; genere alias disseruimus. in prioris ratione omnia opera continentur Deo grata, & probata, in quibus*.

Cap. eodem pag. 17. num. 33. lit. D, deleantur illa verba, *nam duplex est iustitia, &c.* vsq; ad illa, *& hoc non ex vobis, donum enim Dei est*.

Cap.

Cap. 11. Math. num. 28. lit. I, pag. 34. deleantur illa verba, *venite ad me omnes, qui vestrarum culparum, &c.* vsq; ad illa, *quæ liberantur à lege peccati, & mortis.*

Cap. 19. Math. num. 28. lit. E, pag. 65. deleantur illa verba, *cognouerunt autem in regeneratione, cum regenerati re, & effectu*, & vsq; ad illa, *& nobis erit alias fusius explicanda, Deo id prospiciente.*

Cap. eodem, num. 30. lit. F, pag. 66. deleantur illa verba, *multi erunt primi, hunc locum &c.* vsq; ad finem annotationis.

Cap. 1. Luc. num. 72. lit. K, pag. 183. deleantur illa verba, *& corpore peccati*, & paulo post, deleantur illa, *idq; donum certum, perpetuumq; nobis sit, ipso auctore, omnibus diebus nostris, in hac vita, & in futura, æterna duratione.*

Cap. 12. Luc. num. 10. lit. E, pag. 229. deleantur illa verba, *alij autem accepta à Spiritu Sancto virtute, & reuelatione, illum filium Dei credunt esse longè præstantius, quàm illi priores, quia adiuti dono diuino habent testimonium Dei in se.*

Cap. 22. Luc. num. 19. lit. G, pag. 263. deleantur illa verba, *& corpus etiam mysticum à me susceptum*, &c. vsq; ad illa, *& tamen non proderit hoc omnibus vobis, quia ecce manus tradentis me, &c.*

Cap. 16. Ioannis num. 26. lit. F, pag. 341. deleantur illa verba, *qui à patre procedit. non de processione personali, &c.* vsq; ad illa, *qui est summus auctor totius huius consilij, & expeditionis.*

Cap. 19. Actorum, num. 2. lit. C, pag. 427. deleantur illa verba, *nullis verò ex experimento, antequam Christus esset glorificatus.*

Cap.

Cap. 28. Actorum, num. 28. lit.C, pag. 461. deleantur illa verba, *& corpore peccati*.

Corrigenda in elucidationibus B. Ariæ Montani in omnia SS.Apostolorum scripta,& in Apocalypsim. Paginæ citantur ex editione Antuerpiana anni 1588. in quarto.

In disputatione de Christi Iesu veritate, pag. 17.deleãtur illa verba, *neque verò signa hæc, & veri Christi argumenta, &c.* vsq; ad illa, *sancti eritis mihi, quoniam ego sanctus sum*.

Ibidem, pag. 20. deleantur illa verba, quæ habentur paulò ante finem paginæ, *& super omnem humani aleam constituti.*

Ibidem, pag. 22.prope finem, deleantur illa verba, *nam illius morte vetus ille homo, cuius culpa in nos translata multorum sine fine malorum causa fuerat, est extinctus, & omnium nominum debitum est retributum*.

Fortasse etiam tota hæc disputatio tolli posset, quia magna ex parte consumitur in demonstranda gratia noui Testamenti,quâ fingitur fomes peccati in electis planè extingui.

Epist. ad Coloss. cap. 2. num. 14. pag. 250. deleantur duo illa verba, *peccatiq; corpus*.

Epist. prioris ad Thessal. cap. 5. num. 23. pag. 264.deleantur illa verba, *humanum illud extinguens bellum, quo caro concupiscit aduersus Spiritum, & Spiritus aduersus carnem: atq; diuisionem, dissidium, & pugnantiam illam singulari dono, ac beneficio componens, ita vt ima summis concordent*.

Epist. ad Hæbreos, cap. 9.num. 9. pag. 330. deleantur illa

illa, *auferendo non solum peccata, ex corpore peccati tanquam membra deducta, sed ipsum peccati corpus*.

Ibidem, cap. 10. num. 2. pag. 334. deleantur illa, *semel mundati à peccati corpore secundum conscientiam, quòd non ita ipsis contingere confessio annua manifestat*.

Epist. posterioris Beati Petri, cap. 1. num. 1. pag. 388. deleantur illa, *apud Ecclesiam Dei, cuius duo in vniuersum primi status sunt, &c.* vsq; ad illa, *ad cæterorum ædificationem hortatur*.

Epist. 1. Sancti Ioannis, cap. 3. num. 4. pag. 408. deleantur illa, *in huius Apostoli sermone iniquitas id significat, &c.* vsq; ad illa, *qui verè iam sunt filij Dei*.

Ibidem, cap. 4. num. 1. pag. 411. deleantur illa, *Spiritus sanctificationis antiquis non fuit exhibitus, quia nondum Christus fuerat glorificatus, ideo, nec tunc quidem Spiritus malus extitit, qui sanctificationem ementiretur*.

Explicatio Apocalypsis tota fortasse tollenda esset, quia refert omnia misteria ad triplicem essentiam, diuinam, humanam integram, & humanam corruptam, quæ sunt omnia noua, & periculosa.

Corrigenda in Libro Generationis, & Regenerationis Adam, edito à B. Ario Montano. Antuerpiæ 1593. in 4.

Lib. 2. cap. 4. pag. 91. deleantur illa verba, *tentare quidem illa solent concupiscentiæ impetu cæco, & repentino, qui, si fortiter reprimatur, vincetur demum, & domabitur, præsente Dei gratia, &c.*

vsq;

vsq; ad illa, *opportunum studium ponere neglexerit.*

Eadem pagina, paulò infra, deleantur illa, *quanquam verò homo interioris partis virtute exteriori portioni, &c.* vsq; ad illa, *tantum in me auxilium tuum.*

pag. 92. deleantur illa verba in fine paginæ, *metuens interim, & cognoscens: non vitari se modo, sed reprimi, & pelli, ac subigi posse.*

Lib. 4. c. 1. pag. 202. sub finem paginæ, deleantur illa, *atq; hæc haud dubie ratio fuit, &c.* vsq; ad illa verba, pag. 205. *ambulauit Hænoch cum Deo.*

Lib. 4. cap. 2. pag. 207. deleantur illa, *& inferiore nihil pugnante, aut aduerti quidquam agente.*

Eodem capite, pag. 208. in fine paginæ, deleantur illa, *atqui lex eadem quæ homini suam imbecillitatem, &c.* vsq; ad illa, *tempus consignatum tradi.*

Lib. 6. cap. 9. pag. 327. deleantur illa, *verum enimuerò eiusdem viri exemplo, &c.* vsq; ad illa, *cum ijs, qui Spiritu Dei aguntur, communicatas legimus.*

Lib. 7. cap. 23. pag. 497. deleantur illa, *susceptum, tibiq; aptatum totius humani generis corpus Deo Patri commendaturus primum, deinde in sacrificium vna secum deuoturus.*

Quoniam fieri non potuit, vt omnia omnino loca notarentur, quæ expungenda essent, visum est hic adiũgere propositiones nouas, atq; erroneas huius auctoris, vt vbicumq; in libris eius lectori fortè occurrent, expungantur.

Prima propositio, Gratia duplex est, altera comparata, altera accepta.

Secũda, gratia comparata communis fuit Patribus Te stamen-

stamenti veteris, & noui, accepta autem propria est Euangelij.

Tertia, gratia comparata non erat iustitia inhærens, sed imputatiua.

Quarta, gratia accepta extinguit omnino fomitem peccati.

Quinta, omnis qui benè vtitur gratia comparata, perueniet ad acceptam.

Sexta, gratia accepta est iustitia inhærens, & quæ faciet filios Dei.

Septima, omnis motus concupiscentia est peccatum, quia posset homo, si vellet, extinguere concupiscentiam.

Biblia Roberti Stephani.

Christianæ Lector.

Obseruauit Genebrardus, & in Cronographia, & super Origenem, quòd ea versio, seu parafrasis, quæ circumfertur sub Francisci Vatabli nomine, aut Vatabli non est, viri alioquin doctissimi, & verè Catholici: sed quorundam prauorum discipulorum eius, qui eam à Roberto Stephano Religionis Catholicæ desertore imprimi fecerunt, vel testante Theodoro Beza in Iconibus, Leo Iudæ Eluetius eiusdem auctor fuit, vel certè si Vatabli est Caluiniani hæretici errores plerosq; inseruerunt. Quapropter ab eius lectione abstinendum iudicamus, & sumendũ esse Codicem, qui anno Domini 1584. Salmanticæ impressus fuit apud Gasparem Portonarum hoc Titulo. *Biblia Sacra cum duplici translatione, & Scolijs; Francisci Vatabli, nunc denuò*

denuò à plurimis, quibus scatebāt erroribus, &c. Curauimus tamen annectere hic censuram eius, ad commodum illorum, penes, quos reperiuntur Biblia Roberti Stephani dicta.

Ex Biblijs Roberti Stephani.

Cum duplici textu, & annotationibus Vatabli.

Post Bibliorum titulum versa pagina, tota deleatur fol. à principio 4. totus Index deleatur, cui titulus est, *Index alter, in quo itidem noui instrumenti testimonia ex veteri excerpta annotauimus.*

Inter prologos Bibliorum, qui initio præfiguntur, deleatur argumentum in lib. Iob, præsertim ab illis verbis, *in hoc vero libro hæc quæstio tractatur; an ne etiam probis à Deo malum accidat, &c.* vsq; ad finem.

GENESIS.

Cap. 6. num. 11. deleatur illud, *Ista est historia de Noe, quem iustum fuisse per fidem pronunciat*, Paulus ad Hæbreos 11. *quòd Deo prædicenti diluuium credidisset. Eundem vocat Petrus iustitiæ præconem.* 2. Petri 2.

Cap. 14. num. 14. deleatur illud. *Benedixitq; illi sua baudi Deo, idest gratias illi egit de victoria data Abrahæ.*

Cap. 15. num. 4. deleatur illud, *huius tuæ fidei.*

Eodem cap. num. 13. deleantur illa verba, *& reputauit ei illam ad iustitiam illam sub fiduciam, idest ob eam credulitatem, quia credidit Deo, liberos promittenti, iustus apud Deum habitus est.*

Eod.

Eod. cap. ad marg. lit. B; deleatur illud, *Abraham fide iustus*.

EXODVS.

Cap. 18. ad marg. lit. C, deleantur illa verba, *Moyses secundum leges Dei iudicat lites populi.*

Cap. 20. num. 23. deleatur tota annotatio.

LEVITICVS.

Cap. 5. num. 18. deleatur illud, *tristitia comes est peccati*; *& peccatores oratio Deo placere nequit.*

Eod. cap. num. 28. deleatur illud, *Declarabit eum emundatum à peccatis*.

Cap. 10. num. 31. deleatur illud, *idest remissam declaretis.*

Cap. 17. ad marg. paulò ante lit. B, deleatur illud, *Sacrificia damnat*, *quæ non fiunt ad ostium tabernaculi fœderis*.

Cap. 21. ad marg. paulò ante lit. B, deleatur illud, *Sacerdos non intersit mortuorum exequijs*.

Cap. 26. ad marg. paulò ante lit. B, deleatur illud, *sculptilia prohibet fieri*.

Eod. cap. ad marg. lit. G, deleatur illud, *promissionis suæ memor Deus parcit populo confitenti peccata.*

NVMERI.

Cap. 11. ad marg. lit. B, deleatur illud, *& infidelitas*.

Eodem cap. ad marg. lit. E, deleatur illud, *infidelitas*.

Cap. 23. num. 26. deleatur illud, *non aspexit iniquitatem in Iacob, nec vidit calumniam, &c. idest Dominus peccatum Israeli non imputat propter fidem peccat quidem fidelis, sed statim condonatur ei peccatum*.

DEVTERONOMIVM.

Cap. 4. ad marginem littera C, deleatur illud, *Dehorta-*

hortatio à quacunque similitudine adoranda.

Eodem cap. ad marg. litera D, deleatur illud, *Imagines ne fiant, quæ adorentur.*

Eodem cap. num. 24. deleantur illa verba: Corrumpatis subaudi vos, & faciatis vobis sculptile aliquod, aut similitudinem cuiuscunq; simulacri, hoc est Imaginem, &c. vel ne forte corrupti faciatis, &c.

Cap. 7. ad marginem litera D, deleatur illud, *Sculptilia, siue Imagines.*

Cap. 9. ad marginem ante literam B, deleantur illa verba, *non propter iustitiam, & equitatem cordis tribuit quidquam Deus hominibus, & paulò inferius* ad marginem deleatur illud, *iustitia hominum.*

Cap. 11. ad marginem litera D, deleantur illa verba. *Benedictio obedientibus verbo Dei: maledictionem credentibus.*

Cap. 13. ad marginem ante literam B, deleatur illud, *Pseudo propheta, miraculis à verbo Dei abducens.*

Eodem cap. paulò inferius deleatur illud, *Miraculis tentat fidem nostram Deus.*

Eodem cap. ad marg. litera B, deleatur illud, *occidendus, qui à fide, & fiducia in Deum abducere tentet, etiam si sit vxor.*

Eodem cap. ad marg. litera C, deleatur illud, *Ciuitatem à fiducia in Deum abductam iubet ipse Deus comburere, & habitatores occidere.*

Cap. 15. ad marginem paulò ante literam B, deleantur illa verba, *alendi pauperes, nec permittendum vt mendicent.*

Eodem cap. num. 23. deleatur illud, *quia apud Iudæos nulli erant mendici publici.*

Cap. 17. in ipso textu nouæ editionis num. 12. deleantur illa verba, *in actionibus iudicialibus.*

D cap. 18.

Cap. 18. ad marg. lit. D, deleatur illud, *Propheta aliud, quàm verbum Dei prædicans, interficiendus.*

IOSVE.

Cap. 1. num. 10. deleatur illud, *ire ad dexteram est addere verbo Dei.*

REGVM I.

Cap. 2. num. 7. deleantur illa verba, *vel nullus est, &c. quasi dicat, nullus alius coli debet, præter Dominum: nam est clementissimus, &c.*

Eodem cap. num. 8. deleatur illud, *qui pro salute inuocandus sit.*

Cap. 7. num. 7. deleantur illa verba, *Doctus inter Hæbreos dicit hanc haustionem, & effusionem aquæ fuisse in signum fidei remissionis peccatorum dicentes euanescant peccata nostra, vt hæc aqua dele peccata nostra. Alius inter eos in signum humiliationis inquit.*

Eodem cap. & num. vbi legitur, *resipiscentes*, legendum est, *pœnitentes.*

Eodem cap. ad marg. paulò ante literam B, deleantur illa verba, *seruiendum soli Deo.*

Cap. 12. litera D, ad marginem deleatur illud, *propter promissiones suas parcit Deus.*

Cap. 17. litera D, ad marginem deleatur illud, *Dauidis fides, & Saulis diffidentia.*

REGVM II.

Cap. 7. ad marginem paulò ante literam B, deleantur illa verba, *nihil vult Deus agi sine verbo suo.*

REGVM III.

Cap. 8. in ipso textu num. 96. deleatur illud, *reuocauerintq; ad cor suum in terra in quam captiui abducti sunt si inquam resipuerint.*

Cap. 22. ad marginem litera C, deleatur illud, *Deus*

opera

opera Pseudoprophetarum, seducit interdum eos qui verbum eius oderunt.

REGVM IIII.

Cap. 2. num. 23. deleatur illud, *idest in sinum Abrahae, &c.* vsq; ad finem annotationis.

Cap. 20. ad marginem litera B, deleatur illud, *propter se, & promissa saluat Deus.*

PARALIPOMEN. I.

Cap. 5. ad marginem litera C, deleatur illud, *orantes in fide dum praeliantur vincunt Agarenos.*

cap. 17. paulò ante literam B, deleantur ex margine illa verba, *sine verbo suo nihil vult agi Deus.*

PARALIPOM. II.

Cap. 6. num. 57. deleantur illa verba, *Idest, meminerint se peccasse.*

cap. 18. ad marginem litera E, deleantur illa verba, *Deus per Spiritus erroris in ore Pseudoprophetarum seducit interdum eos, qui verbum suum oderunt.*

ESDRAE I.

cap. 10. num. 33. deleatur illud, *q. d. Donec proposita resipiscentia nostra, vel per resipiscentiam nostram, placemus Dominum iratum in nos.*

LIBER IOB.

cap. 3. num. 19. deleatur illud, *Putabat mortem esse finem malorum, iuxta vulgi opinionem.*

cap. 5. num. 14. vbi legitur, *hortatur eum ad resipiscentiam*, dicatur, *ad poenitentiam.*

cap. 7. num. 16. vbi legitur, *quae est mihi vice custodiae verba impatientis*, dicatur, *quae est mihi vice custodiae tanquam impatientis.*

cap. 8. ad marginem ante literam B, vbi legitur, *& resipiscentiam reuocare*, legendum est, *& poenitentiam reuocare.*

Eod. cap. litera B, vbi legitur, *primum argumentum resipiscentium*, dicatur, *pœnitentium*.

cap. 9. ante literam B, ad marginem deleatur illud, *Comparatus Iob iustitiæ Dei comparatione hominis iustitiam nullam declarat*.

Eodem cap. ad marginem litera D, deleatur illud, *rursus ostendit neminem posse, iudicante Domino iustificari*.

cap. 12. num. 9. deleatur illud, *senum auctoritatem esse Sacrosanctam, modo consentiat cum iudicio Spiritus*.

cap. 13. ad marg. litera C, deleantur illa verba, *agnoscentibus peccata sua salus promittitur, hypocritis verò condemnatio*.

cap. 15. num. 14. deleatur illud, *q. d. qui fieri potest, vt coram Deo purus sit homo? probat nullum hominem esse purum*.

Eod. cap. num. 15. deleatur illud, *adeo, vt, si cum Deo conferantur, sint impÿ*.

cap. 22. num. 1. vbi legitur, *ad resipiscentiam hortatur*, dicatur, *ad pœnitentiam*.

cap. 25. ad marg. deleantur illa verba, *Baldad probat, coram Deo neminem esse mundum*.

cap. 28. num. 16. deleantur illa verba, *sita in sola in Deum fiducia*.

PSALMORVM LIBER.

Psal. 1. ad marg. deleatur illud, *Impiorum, & infidelium interitus*.

Psal. 14. ad marg. deleatur illud, *Quibus oporteat esse moribus præditos veros Cælorum ciues, & Ecclesiæ Dei municipes*.

Psal. 15. in ipso contextu nouæ editionis deleatur versus penultimus, qui incipit, *Nec enim deseret animam meam apud sepulchrum*.

Psal. 18.

Psal. 18. ad marginem litera B, deleatur illud, *Puritas Christi, quæ & nostra facta est.*

Psal. 27. ad marg.lit.D, deleatur illud, *Salutis certi.*

Psal. 31. ad marg. deleatur illud, *Qui beati,& iusti.* Ioan. 4. A.

Psal. 33. lit. B, ad marg. deleatur illud, *Spes in Deū.*

Eod. Psal. lit. C, deleatur illud, *Spes in Deo.*

Psal. 34. ad marg. litera D, deleantur illa verba, *Iustitia Dei.*

Psal. 36. ad marg. lit. C, deleatur illud, *Deus Dux & rector fidelium.*

Eodem psal. inferius deleatur illud, *Fideles non relinquuntur à Deo.*

Eod. psal. del. illa verba, *Exortatio ad opera fidei.*

psal. 38. ad marg. deleantur illa verba, *Deo fidit.*

Eod. psal. inferius deleatur illud, *orat peccata condonari sibi.*

psal. 39. litera B, ad marg. deleantur illa verba, *Christus hostia pro peccatis nostris.*

Eod. psal. litera C, deleatur illud, *Iustitiam qua peccator iustificatur, & misericordiam prædicauit Christus.*

Eodem psal. paulò inferius ad margines deleantur illa verba, *Christus afflictus putat se derelictum à Patre.*

psal. 68. ad marg. lit. B, del. illa verba, *irrisiones Christo factæ.*

psal. 71. ad marg. deleatur illud, *peccata agnoscentem liberat Christus.*

psal. 80. ad marg. lit. B, deleantur illa verba, *qui Deo credit in nullo alio fidit.*

psal. 88. ad marg. lit. E, del. illud, *peccatores punit saluaturus quidem Deus: sed tantum propter suam misericordiam.*

psal. 90. ad marg. deleatur illud, *canit quàm tutus agat, liberq; malis vniuersis, qui Deo se sola fide commiserit.*
psal. 95. num. 6. deleantur illa verba, *hoc tempore reuelati Euangelij.*
psal. 98. ad marginem deleantur illa verba, *peccatis Sanctorum propitius Deus, etsi ea quandoq; vlciscatur.*
psal. 124. à marg. deleatur illud, *Deus fidentes sibi nunquam derelinquit.*
psal. 125. ad marg. deleatur illud, *fideles sequitur crux ducens ad gloriam.*
psal. 127. ad marg. deleantur illa verba, *in laboribus manuum.*

PROVERBIORVM LIBER.

cap. 1. num. 5. deleatur illud, *idest fides iustificans.*
cap. 5. ad marg. lit. C, deleatur illud, *proprijs laboribus vult nos iuuare, eosq; alijs impertiri.*
cap. 9. num. 7. deleantur illa verba, *& de iusto per fidem.*
cap. 13. num. 10. del. illa verba, *hoc est bonis fidei.*
cap. 16. num. 27. deleatur illud, *De labore manuum loquitur, qui omnibus hominibus impositus est, vt sudore vultus acquirant necessaria vitæ.*
cap. 21. num. 11. deleantur illa verba, *peruertit, subaudi Deus.*
Eod. cap. & num. paulò inferius deleatur illud, *quia Dominus peruertit impios, vt malè pereant.*

ECCLESIASTES.

cap. 1. num. 17. deleantur illa verba, *hac propositione damnat opera hominis sine gratia.*
cap. 5. num. 6. deleatur illud, *dicit aut opus, quia per infidelitatem omnia nostra opera coram Deo sunt peccata.*

Eodem

Eodem cap. num. 12 deleantur illa verba, *& conuenit Dei mandato, in sudore vultus tui vesceris pane*, ita Chaldæa Paraphrasis.

cap. 9. ad marg. ante lit. B, deleatur illud, *per iustitiam operam nescit homo amore, an odio dignus sit:*

Eodem cap. num. 8. deleatur illud, *partem, idest, non sunt participes eorum, quæ fiunt in hoc mundo.*

Eodem cap. num. 9. deleatur illud, *ex quo scilicet recessisti à iuditio carnis, ad iuditium Spiritus, ex quo recepisti eum per fidem.*

Eodem cap. num. 15. ad fin. deleatur illud, *quæ stulta est.*

cap. 11. ad marg. litera B, deleantur illa verba, *omnia committenda diuinæ prouidentiæ.*

CANTICA CANTICORVM.

cap. 1. num. 1. deleantur illa verba, *nam schemate amatoris carminis*, vt psal. 44. *quo dotes Salomonis, & filiæ Pharaonis celebrantur, eorumq; mutuus amor, & legitima coniunctio.*

Eod. cap. num. 29. deleantur illa verba, *quamdiu fuit Christus in Ecclesia, fides Ecclesiæ dedit odorem suum.*

cap. 2. num. 9. deleatur illud, *dicit se infirmam dilectionem, vt infirmus fide dicitur: præcipuè cupit ab ipso sponso erigi.*

Eod. cap. num. 23. deleantur illa verba, *vel imbres euanuerunt, & abierunt, vacat sibi, idest terrores, & hominum traditiones.*

cap. 3. num. 2. deleantur illa verba, *sola gratia inuenitur Christus, non opera hominis.*

Eod. cap. num. 15. deleantur illa verba, *vt autem operimentum, siue cœlum lecti tegit eos, qui in lecto sunt, ita & sanguis Christi nos tegit.*

cap. 4. num. 4. deleantur illa verba, *perdentes intelligit fidem, & per fidem omnes æqualiter. Nam omnes sumus per fidem filij, & ea fides nunquam abortit, idest bona semper facit opera.*

cap. 6. num. 11. deleatur illud, *fidem comparat ouibus parientibus gemellos vnico partu, vt ostendat fidem semper exire in bona opera.*

SAPIENTIA.

cap. 1. num. 1. deleantur illa verba, *vel fidem eius non deserentibus.*

cap. 4. ad marg. ante literam B, deleatur illud, *de casta generatione fidelium.*

Eod. cap. num. 4. deleantur illa verba, *securitate donarit.*

ISAIAS.

cap. 2. ad marg. ante literam B, deleatur illud, *Ecclesia non contendit.*

cap. 3. ad marg. lit. C, deleantur illa verba, *auaritia Sacerdotum, & Principum.*

cap. 6. num. 18. deleatur illud, *præmisit autem alia, quia Scriptura sacra nullam habet rationem ordinis.*

cap. 8. ad marg. lit. C, deleatur illud, *fiducia in Deo non in humano auxilio.*

eod. cap. ad marg. litera D, deleantur illa verba, *verbum Dei interrogandum, quod sequamur.*

cap. 10. ad marg. lit. E, deleatur illud, *Iudæi post percussum Assirium soli Deo confidentes.*

cap. 25. ad marg. litera C, deleantur illa verba, *Fideles, impijs Iudæis mulctatis, quamuis inuoluti sint multis malis, seruabuntur per Christum.*

cap. 26. num. 2. deleantur illa verba, *q. d. qui sunt in Ecclesia immunes sunt ab omni periculo.*

eod. cap. num. 16. vbi legitur, *Tunc dant operam iustitiæ,*

stitiæ, *& resipiscentiæ*, dicatur, *tunc dant operam iustitiæ*, *& pœnitentiæ*.

eod. cap. num. 17. vbi legitur, *resipiscere*, legendum est, *pœnitere*.

eod. cap. ad marg. litera C, deleantur illa verba, *pax fidelibus*.

cap. 28. ad marg. litera D, deleantur illa verba, *Christus credentibus salus*.

cap. 30. ad marg. ante literam B, deleantur illa verba, *in Iudæos, qui spretis Dei consilijs suæ prudentiæ innitebantur, in creaturis spem habentes contra Sennacherib*.

cap. 35. ad marg. ante literam B, deleatur illud, *lætitia, & consolatio promittitur credentibus in Christum*.

cap. 43. ad marg. lit. B, deleantur illa verba, *& Idola vana, ideoq; sibi soli fidendum*.

Eod. cap. A, marg. litera D, deleatur illud, *nulla in nobis iustitia*.

cap. 51. ad marg. lit. C, deleantur illa verba, *aufert timorem humanum à fidelibus*.

cap. 53. ad marg. lit. D, deleatur illud, *iustitia nostra Christus*.

Eodem cap. num. 16. deleatur tota annotatio, cuius initium est, *seculum eius*.

cap. 56. num. 23. vbi legitur, *Episcoporum vox*, *& doctorum*, dicatur, *aliquorum malorum Episcoporum vox*, *& doctorum*.

Eodem cap. ad marg. lit. D, deleatur illud, *inuehitur in Episcoporum impietatem*.

cap. 58. ad marg. litera B, deleatur illud, *instigat prædicatores, vt liberè hypocrisim humanorum operum redarguant: murmurant hypocritæ ieiunia impiorum, & ieiunium Dei*.

cap. 59.

cap. 59. ad marg. lit. C, deleantur illa verba, *confessio peccatorum. Mundo impietatibus abundanti, memor misericordiæ suæ, Deus parcit.*

cap. 63. num. 5. deleatur, *ego sum is, qui nuper prædicabam, cum viuerem in mundo, iustitiam, & eam quidem, quæ est per fidem in me.*

Eodem cap. num. 29. deleatur illud, *subaudi, neque eas ostendis, vt nos liberes.*

cap. 64. ad marg. lit. B, deleatur illud, *omnes peccatores.*

cap. 66. ad marg. ante lit. B, deleatur illud, *non in manufactis templis habitat Deus, Sacrificia reijcit, quæ absq; misericordia, & fide.*

Eodem cap. num. 49. deleantur illa verba, *in Sacerdotes, idest, qui se ipsos offerent mihi, vt olim apud Israelitas, Sacerdotes, & Leuitæ oblationes offerebant.*

Eod. cap. num. 54. ad finem deleatur illud, *templi hic nulla fit mentio, quod tempore Christi loca omnia futura erant orationi opportuna.*

HIEREMIAS.

cap. 7. ad marg. ante literam B, deleantur illa verba, *iubetur Hieremias annuntiare populo verbum Domini, confidenti in externo templi cultu, nihil iuuante.*

cap. 8. ad marg. litera B, deleatur illud, *inuitat eum Dominus ad resipiscentiam, peccata eius enumerans.*

cap. 26. ad marg. ante lit. B, vbi legitur, *ad resipiscentiam*, dicatur *ad pœnitentiam.*

cap. 31. ad marg. lit. F, deleatur illud, *omnes in peccato morientur.*

Eodem cap. nu. 63. in fine deleatur illud, *fœdus nouum &c.* vsq; ad finem annotationis.

cap. 51. num. 14. deleatur illud, *contra sua sententia nos tanquam iustos absoluet: opere externo comprobabit fiduciam, quàm in eo habemus, hoc est restituendo nos in libertatem pristinam, &c.* vsq; ad finem totius annotationis.

BARVCH.

cap. 2. ad marg. lit. B, deleatur illud, *Christianorum confessio.*

EZECHIEL.

cap. 1. num. 21. deleantur illa verba, *oportet enim opera fidem, &c.* vsq; ad fin. annot.

Eod. cap. num. 46. deleatur illud, *oculi prudentia &c.* vsque ad illa verba, *quare vbiq; animaduersione opus est.*

cap. 14. ad marg. ante lit. B, deleatur illud, *contemptores verbi sui decipit interdum Dominus per Pseudoprophetas.*

Eod. cap. ad marg. litera D, deleatur illud, *iusti non liberabunt impios è malis immissis, sed ipsi iusti tantum propter iustitiam suam liberabuntur.*

cap. 18. ad marg. lit. E, deleatur illud, *resipiscenti salus promittitur.*

cap. 28. num. 28. deleatur illud, *qui Sabbathum obseruat sanctificat.*

Eodem cap. num. 31. vbi legitur, *quas Dominus per gentes imposuit*, dicatur, *quas Dominus per gentes imponi permisit.*

cap. 33. ad marg. ante lit. B, deleatur illud, *Admonet suos, vt vatibus credant docens interim, quod sit officium Episcopi, & subditi: cum exortatione ad resipiscentiam.*

Eod. cap. ad marg. lit. C, deleantur illa verba, *vt iusto, si ad peccandum se addixerit, nihil prosunt priores iustitiæ, ita impio resipiscenti non imputantur*

tantur ante acta peccata.

DANIEL.

cap. 3. ad marg. lit. C, deleantur illa verba, *fide in Deum liberantur Sidrach, Misach, & Abdenago ab igne*.

cap. 4. num. 40. vbi legitur, *quæ hominem iustum produnt*, dicatur, *quæ hominem iustum probant*.

cap. 6. ad marg. lit. F, deleatur illud, *eius liberatio quæ fide in Deum tribuitur*.

cap. 9. ad marg. ante literam B, deleatur illud, *vera confessio*.

OSEAS.

cap. 2. num. 1. deleantur illa verba, *inuitat Sinagogam ad resipiscentiam*.

Eod. cap. num. 45. deleatur illud, *vel per iustitiam idest per fidem, qua iustificantur homines*.

Eodem cap. num. 47. deleatur illud, *vel per fidem, &c.* vsque ad finem annotationis.

cap. 9. num. 2. del. illa verba, *fidendo alij, quàm ipsi*.

HABACVC.

cap. 2. num. 13. deleatur illud, *& ita viuet pereunte eo, &c.* vsq; ad finem annotationis.

ZACHARIAS.

cap. 7. ad marg. litera B, deleantur illa verba, *respondet Dominus per Zachariam, ieiunia absq; operibus misericordiæ nihil esse*.

cap. 14. ad marg. litera D, vbi legitur, *omnia Sancta in Ecclesia Dei*, deleatur, *verbum omnia*.

MALACHIAS.

cap. 1. num. 48. deleantur illa verba, *idest optimæ preces, & animæ fidelium*.

In annotationes diffusiores in priores 70. Psalmos.

Psal. 3. num. 16. deleatur illud, *tu Deus populum tuũ*

idest

ideſt tibi fidentem, ſeruare tutari, liberare ſoles, & bonis cumulare.

Pſal. 4. num. 12. deleatur verbum, *reſipiſcentiam*, & dicatur, *pœnitentiam*.

Eod. Pſal. num. 15. deleatur illud, *habeo, inquit, aduerſarios multos, &c.* vſq; ad finem annotationis.

Pſal. 14. num. 1. deleatur illud, *hic Pſal. ingeniū, &c.* vſq; ad finem annotationis.

Eod. Pſal. num. 12. deleatur illud, *ſalus pro auxilio in libris ſacris.*

Pſal. 16. in ipſo textu nouæ editionis num. 20. cuius initium eſt, *neque enim deſeres*, del. totus verſus. Item deleatur illud, *ideſt cadauer meum, &c.* vſq; ad finem annotationis.

Eod. Pſal. 22. deleantur illa verba, *Hæb. videat corruptionem, &c.* vſq; ad finem annotationis.

Pſal. 32. num. 2. del. illa verba, *ideſt cuius peccatum diſſimulatur ad cuius peccatū conniuet Dominus.*

Eod. Pſal. num. 3. deleantur illa verba, *cui non ſolet imputare, &c.* vſq; ad finem annotationis.

Eod. Pſal. num. 5. deleatur illud, *ideſt cum vellem reticere peccatum meum, &c.*, vſq; ad illud, *fidere in bonitate Dei.*

Eod. Pſal. num. 8. deleantur illa verba, *qua docemur quomodo peccatum, &c.* vſq; ad illa verba, *gratiam, & beneuolentiam.*

Pſal. 36. num. 15. deleatur illud, *veritas, & ſincera doctrina, Deo ſolo docente cognoſcitur.*

Pſal. 37. num. 35. deleatur illud, *per iuſtum, intellige fidentem Domino, & eum qui implorat auxilium eius.*

Pſal. 47. num. 15. deleatur illud, *Deus ſolus poteſt homines iuuare.*

Pſalm. 49. num. 9. deleatur illud, *ſi ab alio pendeant.*

deant, quam à solo Deo.

Psal. 50. num. 1. deleatur illud, *quo tempore nulla Sacrificia, sed suæ bonitatis tantum prædicationem requiret.*

Psal. 51. num. 1. deleatur illud, *in hoc Psal. præcatio est peccata sua, &c.* vsque ad finem annotationis.

Eod. Psal. num. 13, deleatur illud, *concupiscentia enim radix omniũ peccatorũ me inuasit cum cõciperer.*

Psal. 62. num. 3. deleantur illa verba, *per salutem diuinã opem intelligit, idest ab eo seruor in periculis.*

Eod. Psal. num. 7. vbi legitur, *qui à solo Deo pendeat,* deleatur, *verbum solo.*

Eod. Psal. num. 22. deleatur illud, *nam præsidia humana, &c.* vsque ad finem annotationis.

Psal. 65. num. 4. deleantur illa verba, *Ante Christum orationes nostræ non exaudiebantur.*

Psal. 67. num. 8. deleantur illa verba, *non pro sceleribus nostris.*

Ex Indice horum Bibliorum, in libros Veteris, & Noui Testamenti, deleantur subiectæ propositiones tanquam suspectæ.

Ciuitas abducta à fiducia in Deum comburenda, & Ciues occidendi.

Credendo in Christum remittuntur peccata.

Credens Christo non morietur in æternum.

Dierum delectus nullus apud fideles.

Diues vix cognoscit Euangelium.

Fide accipitur Spiritus Sanctus.

Fide purificantur corda.

De Iudæis sunt ferè omnia, quæ in Euangelijs, & Epistolis scripta leguntur.

Imagines prohibet Deus fieri, vt adoremus, & coram eis incuruemur.

Propter

Propter iuſtitiam cordis nihil tribuit Deus.
Iuſtitia in nobis nulla.
Iuſtificamur fide in Chriſtum.
Iuſtitia noſtra Chriſtus.
Iuſtitia ex operibus nulla.
Iuſtus coram Deo nemo.
In requiem ingreſſuri credentes.
Non propter opera liberati ſumus.
Reſipiſcere omnes deſiderat Deus.
Reſipiſcentia donum Dei.
Reſipiſcentia Iſraelis.
Verbum Dei ſolum faciendum.
Vxorem habeat vnuſquiſq;.

In pleriſq; Biblijs circumferuntur, *hic ipſe Index Bibliorum Vatabli nihilo mutatus*, in hijs hac ipſa cenſura poterit caſtigari, *Scholia omnia, & annotationes in Nouum Teſtamentum, quæ eidem Vatablo adſcribuntur, omnino tollantur.*

Bibliotheca SS. Patrum.

Expurgatio Bibliothecæ Sanctorum Patrum, Editionis ſecundæ Pariſienſis, Anni Domini 1589. per Margarinum de la Bigne Theologum Pariſienſem.

TOMO I.

Prima totius Operis inſcriptio, in ipſo frontiſpitio, quæ habet, Bibliotheca Sanctorum Patrum, *mutatur in hanc*, Bibliotheca Patrum, & Veterum Auctorum Eccleſiaſticorum.

Pag. 1. vbi eſt inſigne Nauis linea 3. inſcriptionis, dele vo-

le vocem Sanctorum; *& repone*, Veterum. *Et lin. 6. expunge vocem*, probabilium.

Pag 2. in censura Theologorum lin. 5. dele Sanctorum probabilium, *& substitue*, Veterum. *Idem fiat lin. 16. & lin. 23. dele* Sanctorum, *& scribe*, Veterum.

In Epistola ad Sixtum V. pag. 2. lin. 2. dele, Sanctorum, *& scribe*, Veterum. *Et lin. 35. ab illis verbis*, Sanctorum, & probabilium &c. *cancellentur omnia, ad illa vsque verba exclusiuè lineæ 46. Itaque adeo gratiæ &c. quod multi ac plurimi sint in hac Bibliotheca Auctores minimè probati, aut probabiles Ecclesiæ iudicio.*

In præfatione ad Lectorem lin. 1. & 2. Inscriptionis pro Sanctorum Probabilium, *dicatur*, Veterum. *lin. 1. & 2. Præfationis idem fiat. Pag. 2. eiusdem Præfationis lin. 33. à verbis illis*, Nostro sæculo an ad &c. *ad illa vsq; pag. 3. lin. 40.* Liturgiarum Corpus, pro subiectæ &c. *tollantur omnia, eò quòd Margarinus, & recenset, & laudat varia Opera Hæreticorum recentiorum quibus illi conati sunt veterum aliquot Patrum scripta in corpus vnum colligare. In his nominat Henricum Petri, Ioannem Heroldum, Georgium Fabritium Chemnicensem, Tigurinos, & alios primæ classis Hæreticos. Et ne ob lacunam corpus hiet, in locum expunctorum ista substitui poterunt:* Nostro sæculo variè laboratum est eo in argumento ab Hæreticis: sed quorum Opera iure non probentur ab Ecclesia.

In Indice Auctorum huius primi Tomi lin. 1. & 2. inscriptionis, dele, Sanctis Ecclesiæ, *& scribe*, veteribus.

Indicis lin. 1. D. Iunilij *dele*, Diui, *lin. 3.* D. Anastasij

stasij, *dele*, Diui, *lin.* 7. S. P. N.& Martyris Anastasij Sinaitæ &c. *dele*, Martyris. *S. Anastasius enim Sinaita non fuit Martyr, sed successor eius alter Anastasius trucidatus à Iudæis. Primi Anastasij obitus consignatur in Romano Martyrologio 21. Aprilis; Secundi vero 21. Decembris. Adito Notas Baronij, & Tomum 8. Annal. Anno Domini 593. cap. 11. 15. & Anno 609. cap. 4. qui perspicui erroris arguit Nicephorum Callistum, quod priori Anastasio Martyrium, quod posterioris fuit, perperam tribuat.* lin. 22. D. Salonij, *dele*, Diui, *Eadem lin.* Diui Aponij, *dele* Diui, lin. 37. *quod nomen Ecclesia nondum ei tribuit. lin. 31.* D. Aponij, *dele*, Diui. *lin. 32.* D. Lucæ Abbatis, *dele*, Diui. *Eadem lin.* Diui Aponij, *dele*, Diui. *lin. 37.* Et Germani Patriarchæ &c. *repone*, & S. Germani Patriarchæ &c.

Pag. 2. Indicis Auctorum lin. 1. D. Arnoldi, *dele*, Diui, *lin. 12.* D. Clementis Alexandrini, *dele*, Diui, *lin. 18.* Victorini Pictauiensis &c. *adde*, S. Victorini &c.

Colum. 1. in prima inscriptione lin. 1. pro Sanctorum, *repone*, Veterum. *lin. 4.* D. Iuliani, *dele*, Diui, *& scribe*, Iunilij Episcopi &c. *Insuper nomen Diui, præpositum Iunilio in sequentibus inscriptionibus, & titulis paginarum sui operis, & vbicunque reperiatur*, dele; *Nec in hoc, alijsque deinceps aliam abradendi nomen Diui, afferemus rationem, quàm quòd his Ecclesia eiusmodi titulum nondum tribuit, aut in Albo Sanctorum, aut in sacris Fastis, vel Romano Martyrologio, aut saltim tribui non permittit iudicio particularium quarundam Ecclesiarum.*

In Iunilio de Partibus Diuinæ Legis:

Liber primus.

Cap. 3. column. 3. C, dele notam marginis, Scripturæ libri non Canonici, *& scribe*, Cautè lege; nam perperam quosdam libros à Canone Sanctarum Scripturarum euellit.

Cap. 4. column. 4. D, dele notam marginis, Apocalypsis D. Ioannis an sit Prophetia, *& appone*, Citra omne iam dubium liber Apocalypsis, & Canonicus, & Propheticus est.

Liber secundus.

Cap. 8. col. 15. A. tolle glossam marginis, Lex vetus iubebat mala malis reddi, *& scribe*, Cautè lege ista; nam lex non iubebat priuatim mala malis restitui; sed iuridicè auctoritate publica, nec huius transgressio bona.

Cap. 21. column. 20. C, expunge notam è margine, Homo à Christo assumptus meruit gratiam diuinam, *& scribe*, Cautè lege, nam haud ista cum placitis Theologiæ consonant, quæ docent Christum, nec suam Incarnationem, nec gratiam, aut gloriam animæ meruisse: sed gloriam dumtaxat sui corporis, & nominis sui exaltationem. *S. Thomas 3. P. Q. 19. art. 3.*

In Anastasio Nicæno.

Column. 23. D, post inscriptionem Operis, adde, De hoc Anastasio, vide quæ habet Gentianus Heruetus in Præfatione huius Operis, quod primum Parisijs excussum est, & quæ notat Margarinus in Indice Auctorum Chronologico, ad finem huius primi Tomi in 7. sæculo.

Quæstione 1. column. 27. B, ibi in textu, Quidam non facientes mandata existimant se rectè credere. Quidam autem facientes, regnum expectant

tanquam

tanquam quæ debetur mercedem : ambo autem à regno excidunt, *appone in margine*; Caute lege, aut potius abijce ista : nam peccator fidelis rectè credit : tam & si non fructuosè, ideſt, meritoriè; & operibus noſtris in gratia factis tanquam merces regnum debetur.

Quæſt. 2. col. 27. D, ibi in textu, Poſtquam ergo homo factus fuerit Templum Dei &c. *ſcribe in margine*, Hæc & ſequentia cautè lege; nam non ſatis ſana videntur : ſi quidem gratia Dei, non abijcit deſiderium Eccleſiarum, ſacrorum cætuum, & feſtorum, cum hæc optima ſint, & Deo chara : præſertim ſacrum, & externum Miſſæ ſacrificium.

Colum. 31 in titulo paginæ, & deinceps in paginarum titulis, cum ponitur Diui Anaſtaſij, *dele*, Diui,

Quæſt. 2. column. 28. D, tolle gloſſam marginis, At Orationem non quæritur locus, ſed modus, *& repone*, cautè lege; nam ſalubriter ex Apoſtolica, & diuina traditione præſcripta ſunt precationibus ſacra loca; quamuis priuatim orare in quouis loco quiuis fructuosè poſſit.

Quæſt. 8. colum. 40. B, dele notam marginis, Humilitatis diuitiæ acquiruntur per vitia quædam.

Quæſt. 11. colum. 48. A, tolle notam marginis, Orationes peccatorum, qui non egerunt pœnitentiam Deum irritant. *Et lit. B, dele aliam gloſſam*, Ad altare Dei non admittendæ oblationes.

Quæſt. 15. column. 52. E, cancella notam marginis, Epiſcopus appellandus quiſnam ſit, *& ſcribe*, Caute lege iſta ex Apochrypho libro accepta; nam Epiſcopus malus, aut imperitus, verus Epiſcopus eſt, tametſi, & dignitate, & nomine indignus.

Quæſt. 21. column. 64. B, derade notam marginis,

 Homo

Homo non est factus ad Dei imaginem propter id, quod non est aspectabile, *& substitue*, Cautè lege, nam ferme Patres docent, hominem factum ad Dei imaginem propter intellectum, & voluntatem, quæ inaspectabilia sunt. *vide Bellarminum, lib. de Gratia primi hominis, cap. 2.*

Quæst. 23. column. 67. D, expunge glossam marginis, Saraceni mortem præsciunt eius, qui est moriturus in bello, *& scribe*, Hoc de Saracenis non nisi arte dæmonis, nec sciri certò potest.

Quæst. 60. column. 97. B, amouenda nota marginis, Saluum esse quasi per ignem, est permanere, *& reponendum*, Aliena, & præpostera interpretatio.

Quæst. 61. column. 97. E, aufer scholium marginale, Peccatum expellit Angelum, *& scribe*. Vide Sixtum lib. 5. Bibliothecæ annot. 216. & S. Thomam 1. P. Q. 113. art. 6.

Quæst. 73. colum. 109. D, dele notam marginis, Dolus est & bonus, & malus.

Quæst. 74. col. 111. A, lin. 12. ibi in textu. Non ergo dixit de Præsidibus Ecclesiæ illud; Quæcunque ligaueritis, erunt ligata &c. *appone margini*, Cautè lege, nam omnes verba Christi de Præsidibus Ecclesiæ interpretantur.

Quæst. 76. column. 116. E, tollantur duæ notæ marginis, Sabbatho, & die Dominico non ieiunandum, & Sabbathum, & Dominica sunt dies Festi, *atque scribe*, Cautè lege, nam sunt hæc è ritu Græcanico. Vide Tom. 1. Annal. Eccles. Anno Christi 57. cap. 202. *idem fiat colum. 118. B, & D.*

Quæst. 87. colum. 130. E. dele annotationem marginis, Hodie futurum dixit latroni Christus, quod futurum est aliquando, *& repone*, Cautè lege hanc 87. quæstionem; nam abripi Auctor videtur in il-

in illum errorem, Animas ante vniuersalem corporum resurrectionem, non admitti ad beatitudinem; nisi forsan de plenissima, & consumata totius humani ratione, & gloria corporum loquatur.

Columm. 131. A, dele notam, Latro ingressus est Paradisum sententia non experientia, *& scribe*, imo statim, vt mortuus est eodem die vidit clarè diuinam essentiam.

Quæst. 93. columm. 139. in numero deprauato B, delendæ tres notæ marginis, Prima, Trinitas sola cum carne materiata commiscetur. Secunda, sola Trinitas est propriè incorporea. Tertia, Angeli nõ sunt propriè incorporei, *& loco istarum apponatur*. Tria hic cautè accipienda; nam haud satis cum veræ Theologiæ doctrina concordant. Primum, solam Trinitatem cum carne commisceri. Illabitur enim Deus, & intimè rebus omnibus adest per essentiam, præsentiam, & potentiam: sed absque vlla commixtione. Secundum, solam Trinitatem esse incorpoream. Tertium, Angelos propriè non esse incorporeos. Vtrumque asserere iam hoc tempore temerarium censent Theologi. Vide S. Thomam 1. P. Q. 51. eiusque interpretes. Nisi fortè Anastasius corporeitatem metaphoricè accipiat pro compositione ex actu, & potentia. Vide Ascanium Martinengum in glossa magna pag. 201. & seqq.

Colum. 140. A, expunge marginis scholium, Improbi viri oratio est Diaboli inuocatio, *& scribe*, cautè lege, videtur enim hyperbolicè ita loqui, quod peccatori oratio non prosit ad meritum.

Colum. 141. E, post notam marginis, Sacrificium expers materiæ decet Deum, *adde*, Immò etiam materiale illud externum Eucharistiæ Sacrificium, præ cæteris est Deo acceptius.

Colum. 142. A, *Cancella glossam*, mentem immundam non iuuat spiritalis oratio, *& scribe*, cautè lege, oratio peccatoris non ipsum iuuat ad meritum, iuuat tamen ad supplicandum, impetrandum, & ad bona alia.

Column. 147. E, *ad notam marginis*, peccata sepeliuntur pœnitentia, vt sanguis terra tegitur, *adde*, immò tollitur, & penitus deletur culpa.

Colum. 153. A, *tolle annotationem*, Trinitas sola est incorporea, & simplex natura, *& scribe*, cautè lege, forsan loquitur de incorporeitate, quæ omnem excludit potentiam.

Colum. 153. A, *dele glossam*, virtutes sunt ex æquo in omnibus hominibus, *& scribe*, cautè lege, nam non satis explicatè ad normam Theologiæ loquitur, agit verò de virtutibus moralibus acquisitis, quæ studio, & exercitatione comparantur, ad quas, ex æquo niti omnes possunt.

In S. Anastasio Sinaita.

Col. 175. lin. 1. 4. & 37. S. P. N. & Martyris Anastasij, *&c.* dele, vocem Martyris. *Et post lineam 36. Præfationis, adde ista*, sed de S. Anastasio Sinaita Patriarcha Antiocheno plura, & certiora te docebunt Annales Ecclesiast. Tomo 7. anno Christi 561. cap. 1. & anno 563. cap. 9. & seqq. anno 572. cap. 17. & seqq. & Tomo 8. anno 599. cap. 11. & 15. ex magnis Auctoribus, & monumentis deprompta.

Ex primo eius libro in Hexameron.

Column. 181. E, *dele notam marginis*, Angeli sunt con-

conditi ante mundum ſenſilem.

Colum. 184. C, ibi in textu, vt intelligas ſupernum mundum prius fuiſſe fabricatum, &c. *ſcribe in margine*, Ita quidem multi ex vetuſtis Patribus Angelos ante mundum corporeum creatos tradidere: ſed iam hæc ſententia abſque temeritate defendi non poteſt, *vide poſt alios Aſcanium Martinengum in gloſſa magna Geneſ. pag. 183. & ſeqq. & S. Thomam cum ſuis expoſitoribus 1. p. q. 61. art. 3.*

Colum. 189. D, detrahe notam marginis, de duabus Chriſti generationibus nihil apertè ſciunt Angeli, *& ſcribe*, cautè iſta lege, nam certum eſt ex Theologia Angelos à principio ſuæ beatitudinis videre clarè in verbo, & diuinam generationem, & myſterium Incarnationis, tametſi non naturali, vel comprehenſiua viſione, nec ſcire omnes peculiares Incarnationis rationes, & circumſtantias. *S. Thomas 1. p. q. 57. art. 5.*

Colum. 190. B, tolle notam, Incarnationis myſterium primi nouerunt homines, deinde Angeli per Eccleſiam, *& ſcribe*, Cautè lege, forſan intelligit Angelos per Eccleſiam nouiſſe quaſdam peculiares circumſtantias, & rationes Incarnationis, *vide Sixtum lib. 6. Biblioth. annot. 165. 182. 299. 320. & S. Thomæ interpretes 1. p. q. 57. art. 5.*

Colum. 190. C, expunge ſcholium, Angeli non videbant Deum, quem celebrabant, *& adſcribe*, cautè lege, nam Angeli ſtatim vt creati ſunt poſt primũ actum meriti fuerunt beati, & à principio ſuæ beatitudinis vident clarè diuinam eſſentiam, fortaſſe intelligit de viſione comprehenſiua, *vide Sixtum lib. 6. annot. 182.*

In libro tertio.

Colum. 198. E, dele notam, si stetur literæ, non est factum, quod Deus fieri iusserat.

In libro quarto.

Colum. 216. A, tolle glossam, naturarum vnio in Christo Angelis incognita, *& scribe*, caute lege, nam sciunt Angeli Incarnationis arcanum; quamuis non omnes eius rationes, & circumstantias, *vide Scholium colum. 189. D.*

Colum. 216. D, cancella notam, Angeli sole reuertẽte didicerunt futuram Christi Incarnationem, & Assumptionem, *& adscribe*, cautè lege, & regreditor ad notam marginis, *colum. 190. B.*

In libro sexto.

Colum. 237. A, aufer Scholium, Angeli fuerunt mente concepti, & creati ante omnem creaturam, *& scribe*, cautè lege, & vide notationem ad colum. 184. C.

In libro septimo.

Colum. 260. D, tolle notam, cur hominem potius, quàm Angelos Deus fecerit ad suam imaginem, & similitudinem, *& scribe*, cautè lege, nam tàm homines, quàm Angeli sunt creati ad imaginem, & similitudinem Dei, immò Angelus simpliciter dicendus est magis, quàm homo ad imaginem Dei creatus, *S. Thomas 1. p. q. 93. art. 3.*

Colum. 266. D, dele notationem, littera historiæ diuini opificij necessariò reducenda ad anagogen, *& repone*, constat semper hic littera scripturæ cum suo historico sensu, & si ei rectè, & vtiliter anagoges inedificari possit.

Colum. 268. A, dele glossam, arbores, & plantæ Paradisi non fuerunt sensiles, *& litt. D, tolle aliam notam*, quæ tertio die facta sunt, non sunt ligna

Para-

Paradisi, *& litt. E, deme aliam,* si Paradisi ligna sunt sensilia melioris conditionis sunt bruta, quàm homo, *& litt. A, appone hoc Scholium marginale*, cautè hæc omnia lege, nam potius ex sententia aliorum Paradisum tantummodo spiritaliter accipientium, differere videtur, cum corporalem, & terrestrem Paradisum Auctor ipse diserte in sequentibus adstruat *præsertim colum. 273. & 274.*

In libro nono.

Colum. 292. C, expunge notam, ligna quibus Deus iubet vesci Adamum, non sunt sensilia.

In libro vndecimo.

Colum. 322. E, notam marginis, ita restitue, *sola mulier prima est in culpa transgressionis.*

Colum. 323. B, dele notam, Adamus cum non peccasset omnem culpam in se transfert.

Colum. 326. B, tolle notam, serpens decepit Ecclesiã, non Christum, *& scribe*, ritè intellige serpentem decepisse Ecclesiam, ideſt, quosdam ex Ecclesia.

Colum. 328. C, abrade glossam, si serpens intelligatur corporaliter, quot sequuntur absurda, *& scribe*, cautè lege, tantum enim velle videtur, verba Dei ad Serpentem, præcipuè in Diabolum dicta, non solùm in Serpentem materialem.

Colum. 331. A, tolle notam, hæreses ortæ ex eo, quòd Paradisum corporaliter intellexerint.

Colum. 332. B, marginale Scholium, ita restitue, pœnæ quæ à Deo inferuntur primis parentibus, & serpenti, non tantùm corporaliter: sed etiam spiritaliter intelligendæ.

In Mose Bar-Cepha.

Cap. 1. colum. 407. C, ad illa verba textus, hodie

mecum

mecum eris in Paradiso, *affigatur margini nota*, non promisit Dominus latroni Paradisum terrestré: sed gloriam, *eandem notam appone cap. 6.*
colum. 412. B, ad verba illa textus, hodie mecum eris in Paradiso, *& cap. 14. colum. 419. B, ad verba illa textus*, nã latronis animam eo subuexit, &c.
cap. 18. colum. 419. A, ad verba illa textus, at verò post Christi Regis aduẽtum, &c. *scribe in margine*, caue Auctorem istum errore Græcorũ quorundam implicitum Sanctorum animas ante Iudicij diem in terrestri Paradiso detineri. *vide librum F. Thomæ Maluendæ Theologi Ordinis Prædicatorum, de Paradiso, cap. 90.*
cap. 20. colum. 426. C, tolle notam, Adam non creatus capax, ideſt, in statu perfectæ disciplinæ, *& scribe*, Fallitur Bar-Cepha, nam vera Theologia docet Adamum conditum à Deo in statu perfectarum scientiarum, & cognitionum, tam naturaliũ, quàm supernaturaliũ, quæ principẽ, & caput humani generis decebant. *S. Thomas 1. p. q. 94. art. 3.*
cap. 22. colum. 429. C, ibi in textu, nam & Angeli iussa peragunt, &c. *conscribe ad marginem*, cautè lege, nihil enim præmij essentialis Angelis obueniet, aut accrescet post generalem hominum resurrectionem, nisi tantum accidentale, *vide Sixtum lib. 5. Biblioth. annot. 126.*
colum. 429. E, tolle notam marginis, Angelorum præmium post generalem resurrectionem.
cap. 25. colum. 431. C, ad initium capitis appone marginale istud antidotum, Cautè lege hoc caput; nam dissonat à communi sensu Theologorum docentium in statu innocentiæ futuram fuisse hominum generationem per commistionem maris, & fœminæ. *Vide S. Thomam 1. p. q. 98. art. 2. eiusq; interpre-*

terpretes Bañes Cumel, Valentiam, Molinam, & Sixtum lib. 5. Biblioth. annot. 20.

cap.27.col.435.ad finem C, ibi in textu, vt occulta quædam veluti fraterna indolis,&c. *scribe in margine*, cautè lege,nam similitudo quædã indolis, non fraterna coniunctio ineſt colubro cum diabolo.

Columm. 436. E, in textu, neque enim adhuc ſciebant &c. affige margini. Temerè iſta adſtruit Bar-Cepha, cum certum ſit Adamum in Paradiſo, excellenti quadam cognitione nouiſſe ſubſtantias ſpirituales, ideſt Angelos, *S. Thomas 1. p. q. 94. art. 2. ad finem corporis artic.*

Column. 479. C, ad illa verba textus, Animaduertendum hic eſt, Adamum &c. *adſcribe margini*, Errat planè Bar-Cephas; nam pleniſſima rerum humanarum, ſupernaturaliumq; cognitione, qua imbutus fuit Adam, rectè originem ſuam nouit *S. Thomas 1. p. q. 94. art. 3.*

Column. 459. D, ibi in textu, Tum quia veſtiti erunt gloria &c. *appone ad marginem*, Cautè lege; nam Adam non habuit corpus glorioſum, vt Beati in Patria: ſed forſan intelligit donum illud ſplendidum ſtatus innocentiæ quo ex nuditate corporum nullus oriebatur rubor quale quoque erit in Patria.

Column. 438. B, cancella totam notam Andreæ Maſij marginalem, In Hebræo eſt Cherubim, quam vocem interpretantur Hebræi pro figuris quibuſdam, vt videre eſt, *Exod. 25. & 3. Reg. 7.* Quod importuna huic loco ſit, & ad nihil aliud faciat, niſi ad obtrudendum Cherubim Paradiſi cuſtodes, figuras quaſdam fuiſſe, ſeu ſimulacra, non veros ſpiritus Angelicos. Quare in textu Bar-Cephæ, ad aſteriſcum * quod malè Maſius vertit, figuras reſtitue, *Cherubim*.

Colum.

column. 485. A, ad verba textus, immissa est in Paradisum anima latronis, *in margine dicatur*; Non in terrestrem Paradisum immissa est latronis anima: sed in gloriam.

column. 484. B, ibi in textu, Qui Genij cælestes dolent si quando peccent mortales, *scribe in margine*, Cautè lege, nam Angeli propriè non dolent, aut tristantur de peccatis hominum *S. Thomas 1. p. q. 113. art. 7* sed tantum metaphoricè, cum vniuersæ salutem nostram cupiant.

In secunda Parte libri de Paradiso.

cap. 7. column. 490. C, ibi in textu, Angelos ante hanc mundi aspectabilem, &c. *scribe in margine*. Cautè lege, & vide notam superius *ad 1. lib. in Hexamer. S. Anastasij Sinaitæ column. 184. C.*

In Salonio.

column. 535. in titulo paginæ, & in duobus inscriptionibus, & deinceps toto opere in titulis paginarum tolle nomen, *Diui*, quod Salonio præfigitur; nam & si eruditione, & sanctitate magnus fuerit, nondum tamen Ecclesia titulum istum ei tribuit.

Et post præfationem Margarini adde ista, Salonium fuisse Episcopum certum est, at fuisse Viennensem Episcopum magnis argumentis in dubium reuocat Baronius Tómo 6. Annal. Anno 441. cap. 12.

colum. 564. D, ibi in textu, Quia decem fuerunt ordines Angelorum, sed vnus cecidit per superbiam, *scribe ad marginem*; Impropriè vocat decimum ordinem, numerum illum Angelorum, qui ex nouem ordinibus cecidit; nam nouem tantum esse Angelorum ordines, & ex quolibet ordine aliquos cecidisse, docent Theologi. *Vide S. Thomam 1. p. q. 63.*

q. 63. art. 9. ad 3. & q. 108.

Ex Olympiodoro.

Columm. 569. post præfationem ex Xysto Senensi adde, Sed & de Olympiodoro, & alijs eiusdem nominis, consule sacrum Apparatum Posseuini.

Columm. 571. in titulo paginæ, & deinceps in alijs paginarum titulis per totum opus, dele nomen, *Diui,* Olympiodoro præpositum.

Cap. 9. columm. 617. B, abrade notam marginis: Mystica Corporis Christi participatio, *& scribe,* Nedum mysticè, sed verè, & realiter ipsum Christi Corpus in Eucharistia participamus.

In Philone Carpathio.

Columm. 635. post præfationem Stephani Salutati, adde ista, Cæterum cum multa occurrant in hoc Philonis opere, quæ totidem fermè verbis posita inueniuntur in Commentario in Cantica S. Gregorij Magni, suspicantur viri eruditi ab aliquibus ea Operi Philonis inserta; nam nec cum reliquo contextu nimis cohærent. Consule sacrum Apparatum Posseuini.

Columm. 720. E, dele notationem, Misticum cibum Corporis Christi possidet Ecclesia, *& scribe,* Verum Christi Corpus realiter in cibum datur Ecclesiæ: sed Patres interdum, mysticum cibum appellant propter spiritualem gratiam, qua alit mentem, & quia mysterijs magnis referta Eucharistia.

In S. Iusto Orgelitano.

Columm. 737. post inscriptionem Operis adde, De S. Iusto, & hoc eius opere agit S. Isidorus de Scriptoribus Ecclef. cap. 14. & de Viris Illustribus cap. 34. Interfuit Concilio Toletano 2. vt eius acta indicant. Claruit sub Iustiniano Imperatore.

Habetur nomen eius inter Sanctos in Romano Martyrologio 28. Maij.

In Apo-

In Aponio.

colum. 763. lin. 1. 21. & 44. dele nomen, Diui Apponio præfixum.

Idem fiat columm. 765. lin. 1. & 23. & deinceps in titulis paginarum Operis Aponij.

column. 782. A, in nota marginis post vocem, Scriptoribus, *adde,* Sed quod hic Aponius narrat de morte Iustini, pugnat cum actis sinceris martyrij eius, quæ eum publicè à Iudice pro Christi fide interfectum produnt.

In Luca Abbate.

column. 839. In inscriptione Operis Lucæ, dele nomen, *Diui,* appositum *Lucæ, & Apponio,* & sic deinceps in titulis paginarum.

In S. Theophilo Antiocheno.

column. 867. lin. 19. post verba, Guilielmi Tirij, *appone ista:* Certum est Lucam scripsisse Euangelium viuentibus adhuc Apostolis, vt S. Augustinus de consensu Euangelistar. lib. 4. c. 8. affirmat; Theophylactus, & Euthymius Præfatione in Lucam, aiunt ipsum scripsisse quintodecimo post Ascensionem Domini anno. In Annalib. Ecclesiasticis Tomo 1. Anno Christi 58. Optima coniectura consignatur scriptionis Euangelij Lucæ tempus Anno salutis 58. Porrò S. hic Theophilus Anthiochenam Sedem accepit octauo anno Imperij Marci Aurelij, vt testis est Eusebius in Chronico, idest, Anno Christi nati 170. prorogasse autem ipsum vitam vsque ad Commodum Imperatorem, hoc est, ad annum Christi 182. ex libris eius ad Antolycum in Annalibus Ecclesiasticis apertè deducitur. Quocirca ex ratione temporum non sit verisimile Lucam ad hunc Theophilum suum conscripsisse Euangelium.

Lib. 2.

Lib. 2. ad Antolycum.

column. 881. B, in nota marginis cum dicitur, Sic Clemens Apoſtolus &c. *dele*, Apoſtolus.

column. 909. B, tolle gloſſam, Ferrarum reſtituetur primitiua manſuetudo.

In Arnoldo Abbate.

column. 943. In Opere Arnoldi Abbatis, delendum ſemper nomen *Sancti*, vel *Diui*, quod ei in inſcriptionibus Operis, præfatione, paginarum titulis tribuitur, cum nondum Martyrologio Romano ſit adſcriptus, & ſine Eccleſiæ auctoritate, de qua non conſtat, id non liceat.

In Victore Antiocheno.

column. 977. in Epiſtola dedicatoria Peltani, lin. 14. ad marginem adſcribe, Peltanus Euſebium Emeſſenum, & Baſilium Ancyranum Epiſcopos inter Orthodoxos Patres recenſet, quos fuiſſe Hæreticos nemo non nouit. S. Hieronymus in Chronico Anno Domini 350. ait. Euſebius Emeſſenus Arianæ ſignifer factionis multa, & varia conſcribit. Et lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis; Baſilius Ancyranus ſub Rege Conſtantio Macedonianæ partis cum Euſtathio Sebaſteno Princeps fuit. Vide Tom. 4. Annal. Eccleſiaſticor.

cap. 4. column. 999. D, in nota marginis, Videndi facultas eſt à Deo: ſed non tota, dele illud, *ſed non tota*.

cap. 5. column. 1004. D, tolle gloſſam, Dæmones torquentur igni, qui ſub ſenſum non cadit, *& ſcribe*, Cautè lege; nam ignis inferni corporeus, & ſenſilis eſt, & appoſitum aſſerere, vel eſt error in fide, vel errori proximum. *Vide Dominicum Soto in 4. diſt. 50. q. 1. art. 2. Sixtum lib. 5. Bibliot. annot. 145. & 219. Dominic. Bañes 1. P. Q. 64. art. 4.*

art. 4. dubio 2. sed piè potest Victor intelligi, dæmones quamuis re vera igni sensili, & corporeo torquerentur, at tūc in præsentia Christi à circumstantibus nec videbatur, nec sentiebatur.

column. 1007. D, dele notam, Non vestimentorum contactus: sed fides saluat, *& scribe*, Cautè lege; nam in eiusmodi curationibus Domini, & si fides præcipuè sanaret, & contactus vestium Christi instrumenta fuisse sanandi non est dubium.

In Tito Bostrorum Episcopo.

colum. 1089. in operis inscriptione, & deinceps in titulis paginarum, dele nomen, *Sanctus*, Tito præpositum, *& post inscriptionem in ipso statim frontispicio operis adde huiusmodi notam*, Titus Bostrorum Episcopus tēpore Iuliani Apostatæ claruit, quem Episcopatu eiusdem Vrbis. Iulianus exturbare conatus est, vt refert Sozomenus lib. 5. hist. cap. 14. & alij, immò ea de re extat Epistola Iuliani ad Bostrenos Græcè edita. Mortuum autem Titum sub Valente, S. Hieronymus in Catalogo prodit. At Auctor huius operis cum sæpius citet Ioannem Chrysostomum, & Isidorum Pelusiotam Chrysostomi discipulum; item, & Cyrillum Alexandrinum, & constet Chrysostomum sub Iuliano fuisse puerum tantum octo annorum (nam cum Auctoribus Leone Augusto, Georgio Alexandrino, Zonara, alijsq; in eius vita, obierit natus annos quinquaginta duos, menses octo, Honorio septimum, & Theodosio secundum Coss. hoc est, anno Domini secundum exactiorem Chronologiā, 407. opportuit eum ortum anno Christi 354. & ita anno Domini 362. qui erat secundus Iuliani Imperij, non excesserat octauum ætatis annum,) rursumq; Isidorus, & Cirillus iuniores Chrysostomo fue-

fuerint, hinc non parua suspicio est, alterius potius, quàm Titi Bostrensis Episcopi hoc esse opus. Accedunt, & aliæ coniecturæ, quas omittimus.

cap. 7. colum. 1113. D, dele notam marginis, tametsi multi latinorum mulierem hanc Marthæ, & Lazari sororem fuisse existiment; Græci tamen scriptores constanter id negant. Certè Scripturæ Mariam Marthæ sororem nusquam Magdalenam, aut peccatricem vocant, *& scribe*, Cautè legenam fallitur Auctor iste eas mulieres distinguens, cum vna tantum extiterit. Vide post alios Tom. 1. Annal. Anno Christi 32. cap. 17. & seqq.

In Theodulo Cælesiriæ Presbytero.

colum. 1157. post inscriptionem Operis Theoduli apponatur, Falsò videtur adscriptus hic Commentarius Theodulo Cælesiriæ Presbytero; nam Theodulus obijt sub Zenone Imperatore Anno Domini 490. vt Gennadius est Auctor lib. de Ecclesiasticis Scriptoribus cap. 91. & Marcellinus Comes in Chronico indict. 15. sine Coss. at in hoc Opere citantur Oecumenius, quem aiunt claruisse Anno Christi 800. & Photius, qui electus est in Episcopum Constantinopolitanum circa Annum Christi 858. vt ex Curopalate, Cedreno, Zonara, & alijs constat. Ad hoc Gennadius recensens Theoduli scriptorum monumenta, huius in Epistolam ad Romanos Commentarij nequaquam meminit. In Indiculo Auctorum vnde hic Commentarius excerptus est, pro, *Photinus*, lege *Photius*, & sic deinceps in decursu Operis, vbi citatur aliquoties Photius, & post indiculum adde ista, *Videtur autem hoc opus ex Oecumenij catena ad verbum decurtatum*.

cap. 5. columm. 1183. C, ibi in textu, verum omnia

omnium aliorum mortalium &c. adde ad marginem, *Quod sufficientiam dumtaxat*.

cap. 8. column. 1199. B, Expunge notam, *Gratiæ non est tota nostra salus*.

column. 1202. C, ad finem longiusculæ illius notæ marginalis adiunge, *Quin & in explanatione Theoduli illud prorsus reyciendum, quod propositum, in verbis Pauli, non Dei; sed hominum propositum interpretatur*.

cap. 11. column. 1215. E, derade notationem, *fati necessitas*.

In Clemente Alexandrino.

column. 1235. in inscriptione Operis Clementis, dele nomen, *Diui*, præpositum Clementi. Et post præfationem ex Cassiodoro, adde, *S. Gelasius I. in Concilio Romano Opera Clementis Alexandrini inter apocrypha censuit. Eruditi existimant immissos errores ab hæreticis. Adito sacrum apparatum Posseuini*.

column. 1236. D, tolle glossam marginis, Anima immortalis quidem, at non per naturam, *& scribe*, cautè lege, nam anima ex natura sua incorruptibilis est, & immortalis forsan loquitur de incorruptibilitate perfecta, ac supernaturali gloriæ, vel quod non per suam naturam, vt Deus: sed à causa efficiente dependens, nempe à Deo.

In S. Victorino Pictauiensi.

column. 1243. inscriptio Operis Victorini ita restituatur, S. Victorini Pictauiensis Episcopi, & Martyris &c. *Post duas illas præfationes ista adiunge*, De S. Victorino, eiusq; operibus plura promunt Annales Ecclesiast. Tomo 2. anno & Tomo tertio, anno 324. cap. 126. & notæ ad Romanum Martyrologium 2. Nouembris, quo

die

die S. Victorinus inter reliquos Sanctos scriptus est in Romano Martyrologio. Non desunt autem coniecturæ, quæ hoc opus S. Victorino abstrahant. Primum, cum S. Hieronymus in 36. cap. Ezechiel inter Patres Chiliastas enumerat, at Auctor huius Commentarij longe abest ab eo errore: postremis enim verbis libri ait, *Ergo audiendi non sunt, qui mille annorum regnum terrenum esse confirmant*, Deinde column. 1250. D, citat Epitomen Theodori de numero librorum Scripturæ Sacræ. *Constat autem Victorinum martyrio occubuisse in persecutione Diocletiani, & Theodorum sub Iustiniano vixisse*, Forsan Opus, detractionibus, additionibus, mutationibus alicuius audacia variatum. Vide quæ notauit ea de re F. Thomas Maluenda Theologus Dominicanus, lib. 1. de Antichristo cap. 1. & lib. 10. cap. 4. & Sixtū, lib. 6. Biblioth. annot. 347. qui etiam hanc Epistolam S. Hieronymi in dubium reuocat.

colum. 1253. B, ibi in textu, Sed quia in nouissimo tempore Sanctorum remuneratio &c. *appone ad marginem*. Cautè lege; nam Auctor labi videtur in errorem quorundam Græcorum animas Sanctorum non frui clara Dei visione ante diem Iudicij, nisi forsan loquatur de plenissima remuneratione, quæ corporum glorificationem includit. *Vide Sixtum lib. 6. Biblioth. annot. 345. & Bellarminum lib. 1. de Sanctor. Beatitud. cap.*

colum. 1254. A, ibi in textu, Hieremiæ autem mors non inuenitur, &c. *scribe in margine*, cautè lege, nam falsò existimat Hieremiam nondum esse mortuum: sed venturum cum Elia aduersus Antichristum. contra communem sensum Patrum, *vide librum nostrum de Antichristo, cap. 9.*

colum. 1254. A, ibi in textu, fuisse autem iam in Regno Romanorum, &c. *adscribe margini*, cautè lege, nam perperam existimat Neronem nondum mortuum, ac futurum verum Antichristum in mũdi fine venturũ. Quã sententiam à mẽte Patrũ, & à veritate prorsus aliena cõfutat F. Thomas Maluẽda Theologus Dominicanus, lib. 2. de Antichristo c. 2.

colum. 1259. A, ad verba illa textus, vnum autem de capitibus occisum in morte, &c. *scribe in margine*, cautè ista de Nerone adhuc viuente, & futuro vero Antichristo, & vide Scholion ad col. 1254. C.

In Andræa Cæsariensi Episcopo.

cap. 29. colum. 1308. A, ad verba illa textus, aut Sanctum certè Apostolum, &c. *affige in margine*, sententia Andreæ de viuente adhuc Ioanne, & venturo aduersus Antichristũ meritò iam ab omnibus reijcitur. Vide librum eiusdem Auctoris, 9. de Antichristo cap. 11.

colum. 1377. A, ad finem Tomi, pro Sanctorum Patrum, *lege*, veterum Patrum.

In Indice Auctorum qui est post 1. Tomum.

In prima inscriptione lin. 3. pro *Sanctorum*, lege *veterum*, in Indice pag. 1. lin. 1. D. Adelmanni, dele nomen *Diui*, lin. 15. dele verba illa, *Demum verò per Ioannem Vuolfium Tigurinum.*

Pag. 2. lin. 6. Alexandri V. lege, III. *lin. 11.* *D. Algeri*, dele, *Diui*. lin. 14. D. Aluari, *dele*, *Diui*. lin. 16. D. Amalarij, dele, *Diui*. lin. 27. Ammonio Alexandrino, adde, *vel potius Titiano Syro*, lin. 31. D. Amœni, dele, *Diui*. lin. 47. D. Anastasij Episcopi Nicœni, dele, *Diui*.

Pag. 3. lin. 9. post verba illa, illustribus, cap. 42. *addes*; sed verius existimatur Græcum interpretem libri Pastoralis, fuisse Sanctum Anastasium Sinaitam, quod

quod is magna familiaritate cum S. Gregorio coniunctus fuerit, Vide Tom. 8. Annal. Eccles. Anno Christi 599. cap. 11.

lin. ultima S. P. N. Antonij Melissæ . dele, *S. P. N.*

pag. 4. lin. 1. dele illa verba, Conrado Gesnero, & Ioanne Ribito Interpretibus, quòd sint hæretici primæ Classis, lin. 4. D. Antonini, dele, *Diui*, lin. 7. D. Aponij, dele *Diui*, lin. 24. D. Athanasij Patriarchæ Constantinopolitani, &c. dele, *Diui*, lin. 37. D. Aurelij Prudentij, dele, *Diui*, lin. 43. D. Bacchiarij, dele, *Diui*.

pag. 5. lin. 3. D. Basilij Imperatoris, lege expresse Domini Basil. *lin. 14. D. Balisarij*, dele, *Diui*, lin. 15. D. Berengosii, dele, *Diui*, lin. 27. D. Bernonis, dele, *Diui*, lin. 31. D. Bertrandi, dele, *Diui*.

pag. 6. lin. 15. S. Claudiani, dele, *Sancti*, eadem linea Viennensis Galliarum Episcopi, lege, *Presbyteri*, & dele notam marginis, *11. Maij*, lin. 24. D. Clementis, dele, *Diui*, lin. 34. D. Constantini, scribe, *expressim*, Domini Constantini, lin. 46. S. Cyrilli Archiepiscopi, scribe ad marginem, *28. Ianuarij*.

pag. 7. lin. 9. D. Dacriani, dele, Diui, *lin. 18. D. Dionysij Abbbatis*, dele, *Diui*, lin. 22. S. P. N. Dionysij Archiepiscopi Alexandrini, scribe in margine, *17. Nouemb.* lin. 31. *D. Dorothei Martyris, & Episcopi Tyri, qui sub Constantino Magno vixit*, dele ista omnia, *& scribe*, Dorothei de vita, ac morte, &c. *& dele notam marginis*, 5. Iunij, *lin. 33. D.* Dracontij, *dele*, Diui, *lin. 39. D.* Dragonis, *dele*, Diui, *lin. 41. D.* Durandi, *dele*, Diui.

pag. 8. lin. 16. S. P. N. Euagrij, *dele*, S. P. N. lin. 20.

post verba illa, *composuisse tradunt*, adde, *sed opportebat istos obseruasse, Euagrium fuisse Hæreticum Origenistam*, vide quæ Tomo 5. in principio Operis Euagrij annotamus, *lin. 34. D.* Fausti, *dele*, Diui, *lin. 38.* S. Claudianus Mamertus, *dele*, Sanctus, *lin. 46. post verba illa*, de luminaribus Ecclesiæ cap. 85. adiunge ista, *Faustum fuisse Discipulum S. Benedicti haud fit verisimile*, vnde Baronius Tomo 5. Annal. Anno 490. cap. 38. ita scribit, *sed multò magis obstupescimus Faustum ab alijs redigi in classem Monachorum Ordinis Sancti Benedicti, cum antequam idem Sanctus auspicaretur vitam monasticam, iam Faustus senex ex hac vita decessisset, iam longè antequam idem Benedictus nasceretur, creatus Episcopus*, Hæc ille, qui de ætate Fausti, & S. Benedicti plura eodem Tomo accuratè disserit. Porrò Faustum fuisse Pelagianum, & scripta eius ab Ecclesia Romana damnata certum est, *vide quæ obseruamus suo loco initio Operum Fausti.*

lin. 47. D. Ferrandi, *dele*, Diui.

pag. 9. lin. 10. D. Fulconis, *dele*, Diui, *vel scribe expressim*, Domini Fulconis, *lin. 14.* scribe, *Domini Galonis*, lin. 15. scribe, *Domini Gualteri*, lin. 20. S. Gelasij Primi Pontificis Maximi, de duabus naturis, &c. *ita restitue*, Gelasij de duabus naturis, &c. *& dele notam marginis, 21. Nouembris*, lin. 26. post verba illa, *fidem Apostolicam*, adde, *Opus istud de duabus naturis non esse S. Gelasij primi Romani Pontificis, ferme omnes Orthodoxi recentiores consentiunt, cuius autem sit, inspice notam nostram initio Operis Tomo 4.*

pag. 10. lin. 13. D. Gregorij Betici, *lege*, S. Gregorij Betici.

Betici, *& affige ad marginem*, 24. Aprilis, *lin. 27.* S. P. N. Gregorij Palamæ, *dele*, S. P. N. *lin. 42.* ex D. Guiberti, *dele*, Diui, *lin. 47.* per D. Guillermum Parisiensem, *exprime*, Dominum Guillermum.

pag. *11. lin. 1. D.* Guitmundi, *dele*, Diui, *lin. 8.* D. Hegesippi, *dele*, Diui, *lin. 11.* D. Heraclidis, *dele*, Diui, *lin. 12.* S. Hermæ, &c. *ita lege*, Auctoris Apochryphi, nomine S. Hermæ, qui D. Pauli, &c. *& dele notam marginis*, 9. Maij, *lin. 26. & 29.* bis S. Hildeberti, *dele*, Sancti.

pag. *12. lin. 4.* lege, *Domini Honorij Primi*, lin. 6. *lege*, Domini Honorij II. *lin. 8.* D. Hugonis Etheriani, *dele*, Diui, *lin. 21. D.* Idacij, *dele*, Diui.

pag. *13. lin. 17. D.* Ioannis Maxentij, *dele*, Diui, *lin. 29. D.* Ioannis Quadragesimi, &c. *dele*, Diui, *lin. 34.* D. Ioannis Monachi, *dele*, Diui.

pag. *14. lin. 1.* S. Isaac Syri, *dele*, Sancti, *& notam marginis*, 11. Aprilis, *lin. 3.* S. Iuliani Pomerij, Toletanæ Sedis primum Diaconi, deinde Archiepiscopi, &c. *dele*, *Sancti*, *& vocem*, *primum*, & deinde, *Archiepiscopi*, atq; ita lege, *Iuliani Pomerij Toletanæ Ecclesiæ Diaconi in S. Hildefonsi librum*, *&c.* lin. 6. *eiusdem ad Idalium*. *&c.* dele, *eiusdem*, & lege, *facto initio nouæ lineæ*, S. P. N. Iuliani Toletanæ Sedis Archiepiscopi ad Idalium, &c. *lin. 24.* post verba illa, *Dei sumus*, *&c.* ista appone, *fallitur Margarinus, tres enim distinctos Iulianos oportet constituere: Primum Iulianum Pomerium natione Maurum. Secundum, S. Iulianum Archiepiscopum Toletanum, qui nequaquam dictus fuit Pomerius: Tertium, Iulianum Toletanum Dia-*

conum forsan Pomerium appellatum, *qui posterior aliquando fuit Sancto Iuliano Archiepiscopo*, De his plenius annotamus suis locis initio operum duorum Iulianorum Toletanorum, ibi vide *lin. 27.* Diui Iunilij, *dele*, Diui, pag. 15. lin. 1 D. *Lanfranchi*, dele, *Diui*.

pag. 15. lin. 18. *lege*, Domini Leonis cognomento, &c. *lin. 21. scribe*, Domini Leontij, *lin. 25.* D. Liberij Poetæ, *dele*, Diui, *lin. 26.* ita lege, Sancto Lino Martyri, & P. M. de Passione SS. Dei Apostolorum Petri, & Pauli, ad Ecclesias Orientales, falsò adscripti libri duo apocryphi Scholiolis illustrati, &c. *lin. 34.* D. Lucæ, Abbatis, *dele*, Diui, *eadem lin.* ex D. Aponij, *dele*, Diui, *lin. 45.* D. Manuelis Patriarchæ, *dele*, Diui.

pag. 16. *lin.* 12. D. Marci Episcopi Idruntis, *dele*, Diui, *lin.* 13. *&* 14. *dele verba illa*, partim Vicentij Obsopæi, partim, *lin.* 20. *ita lege*, Sanctissimæ Virgini Matri Deiparæ Mariæ, ad S. Ignatium Epistola adscripta, *lin.* 40. *dele verba illa*, Ioanne Ribito Interprete, *lin.* 47. *ita lege*, de Transitu Virginis Mariæ liber Pseudepigraphus, & apocryphus, adscripta, &c.

pag. 17. lin. 28. *post verba illa*, plus minus 1550. *adde*, vereor ne Margarinus fallatur, cum Masius, qui primus eum Commentarium nactus est, & interpretatus, ante annos septingentos compositum *dicat*, vide quoq; apparatum Sacrum Possevini, *lin. 36.* D. Nemesij, *dele*, Diui, *lin. 39.* D. Nicephori Catophylacis, *dele*, Diui.

pag. 18. lin. 8. *Nicolai Cabasilæ Thessalonicensis Episcopi, viri pij, & doctissimi*, dele, *viri pij & doctissimi*, lin. 40. *D. Oddonis Cameracensis* dele, *Diui*, lin. 41. *D. Odonis Parisiensis*, dele,

Diui.

Diui, lin.48. *D. Oresiensis*, dele, *Diui*.

pag. 19. lin. 5. D. Palladij, dele, *Diui*, Eadem lin. *qui S.P.N. Euagrij discipulus fuit*, dele, *S.P.N.* lin. 44. S. Petri Archiepiscopi Alexandrini, & Martyris, *scribe in margine* 26. Nouembris.

pag. 20. lin. 5. D. Photij Patriarchæ, dele, *Diui, vel Domini*, Eadem lin. *D. Theodori Balsamonis*, dele, *Diui, vel Domini*, lin. 12. *D. Pothonis*, dele, *Diui*, lin. 19. *B. Prochori &c.* ita restitue. *S. Procoro Christi discipulo, de vita, miraculis, & Assumptione B. Ioannis Apostoli, falso adscripta historia, & apochrypha, illustrata scholijs &c.* lin. 35. à D. Remigio Antisiodorensi, dele, *Diuo*, lin. 42. scribe, *Rustici S. R. E. Diac[illegible] [illegible]inalis*, lin. 47. *D. Salonij*, dele, [illegible].

pag. 21. lin. 2. D. Saluiani, dele, *Diui*, lin. 20. *D. Seueri Patriarchæ Alexandrini*, dele, *Diui, vel Domini*, lin. 28. D. Sigiberti Gemblacensis, *dele*, Diui, vel Domini, *lin. 35. dele ista omnia, S. Sixti II. ex Atheniensi Philosopho, Pontifici Maximi, & Martyris*, repone, *Sixti Pythagorici Philosophi Ethnici sententiæ Interprete, &c.* & dele notam marginis, *6. Augusti, lin. 49.* D. Stephani Eduensis, *dele*, Diui.

pag. 22. lin. 5. scribe expressim, *D. Sulacæ Patriarchæ &c.* lin. 26. Tatiano Alexandrino, *adde*, seu potius Ammonio Alexandrino Auctore, *lin. 34. post verba illa*, filiorum Iacob, *adde*, liber apocryphus Roberto Lincolinensi &c.

pag. 23. lin. 2. D. Theodori Balsamonis, *dele*, Diui, vel Domini, *lin. 8.* In S. Photij Patriarchæ, *dele*, Sancti, *lin. 9.* ad D. Georgium Xiphilinum, *dele*, Diuum, vel Dominum, *lin. 11.* eiusdem D. Balsamo-

samonis, *dele*, Diui, vel Domini, *lin. 14.* quinque sequentes lineas cursiui caracteris, transfer superius post primæ lineæ verba illa, *Commentaria Tomi 1. colum. 1157.* nam ibi earum proprius locus, *lin. 18.* D. Theodulphi, *dele*, Diui, *lin. 24* D. Theophilasti, *dele*, Diui.

pag. 24. lin. 1. D. Titi Bostrorum, *dele*, Diui, *lin. 7.* D. Venantij, *dele*, Diui, *lin. 12.* D. Victoris, *dele*, Diui, *lin. 29.* dele notam marginis, *26. Iunÿ*, & lineam textus ita restitue, *Vigilÿ contra Eutychen libri quatuor &c.* lin. 40. D. Vualafridi, *dele*, Diui, *lin. 42.* scribe expressim, *Domini Vuilielmi*.

In Indice Chronologico Auctorum.

Post inscriptionem adiunge, Monitum te velim Lector, non nimis exactè à Margarino data interdum sua Auctoribus tempora in hoc Indice. *Consule notas, quas eius scriptori initio sui Operis affiximus.*

pag. 1. columm. 1. lin. 31. ab illis verbis, In proprio domate Basilicam &c. vsq; ad illa, *ad eum scripsit*, dele omnia, & substitue, *sedere cæpit anno 8. Marci Aurelÿ*, vt Eusebius in Chronico, reijciendus in secundum sæculum, *lin. 48.* S. Hegesipus, *dele*, Sanctus, *columm. 2. lin. 24. post verba illa*, sed altera Assyriorum, *adde*, sed præstat in inscriptione consonantiæ Euangeliorum, in quam præfatur S. Victor Capuanus, *legere*, Ammonij Alexandrini, vt ibidem obseruauimus, initio Operis *lin. 52.* Alexandrinus Martyr, *dele* Martyr, *lin. 54. quæ incipit*, S. Sixtus II. ex Philosopho Pontifex &c. *dele quatuor lineas sequentes de Sixto*, columm. 3. lin. 40. *dele duas illas lineas de Caio Mario Victorino*, lin. 47. ita lege, *Caius Marÿ Victorinus Afer Romæ docuit*

cuit &c. lin. 52. *S. Dorotheus Episcopus Tyri*, lege, *Presbyter Tyri*, *lin. vlt.* S. Tytus Bostrorum, *dele*, Sanctus.

pag. 3. *columm.* 1. *lin.* 25. *post illud*, in Chronicis, *adde*, sed non hic, verum eius frater fuit Claudianus Mamertus Viennensis, non Episcopus, sed Presbyter, *cuius Opera Tomo 4. huius Bibliothecæ habetur*, Ad finem columnæ, *adde*, Claudius Marius Victor Orator Massiliensis, moritur, *vt inquit Gennadius Theodosio Valentiano regnantibus*, colum. 2. lin. 20. *de Vigilio post vocem Martyr*, adde, *Quisnam autem fuerit librorum contra Eutychen, qui nomine Vigilij circumferuntur*, Vide quæ initio eius Operis notamus. Tomo 4. lin. 33. *D. Salonius*, dele, *Diuus*, colum. 3. lin. 4. post vocem, *Theopaschita*, ista adiunge, *Fallitur omnino Margarinus, cum certissimum sit Ioannem illum Episcopum Constantinopolitanum, longe diuersum fuisse à Ioanne Maxentio; nam ille Cappadox; hic Scytha, ille Episcopus, iste nequaquam, ille semper Orthodoxus, iste Hæreticus Eutychianus, ille iam obierat, cum iste ingentes turbas in Ecclesia excitauit*. Vide Tomo 7. Annal. Anno 518. cap. 101. & seqq. & anno 520. cap. 22. & seqq.

pag. 4. *columm.* 2. *lin.* 2. dele totam lineam, *D. Seuerus Patriarcha Alexandrinus*, column. 3. lin. 19. *S. Seuerus*, dele, *Sanctus*, lin. 56. *D. Philoteus*, dele, *Diuus*.

pag. 5. *columm.* 1. *lin.* 7. lege, *Dominus Fulco Parisiensis*, lin. 18. *S. Iulianus Pomerius*, dele, *Pomerius*, columm. 2. lin. 52. post verba illa, *Patriarcham legimus*, adde, *Mirum sanè, cum omnes ferè citent hanc Chronologiam sub nomine*

S. Nice-

S. Nicephori Constantinopolitani Episcopi, quem certum est sub Leone Armeno claruisse, Vide Baronium Notis ad 13. Martij Romani Martyrologij, nisi velimus quinque illos Constantinopolitanos Episcopos, qui post Nicephorum in Chronologia ponuntur, non ab ipso S. Nicephoro: sed vel ab Anastasio Bibliothecario interprete, vel ab alio fuisse adiectos. Sed id in medio relinquimus, *Vide quae notamus initio Operis Nicephori, Tom. 7.* column. 3. lin. 50. *S. Guibertus*, dele *Sanctus*, lin. 59. *D. Galterus*, dele, *Diuus*.

Pag. 6. colum. 1. lin. 50. lege, *Dominus Galo*, columm. 2. lin. 8. *D. Durandus*, dele, *Diuus*, quamuis insignis sanctitate fuerit, nam id ei nomen nondum tribuit Ecclesia, *lin. 22.* D. Petrus Abbas, *dele*, Diuus, *lin. 32. lege*, Dominus Constantinus, *lin. 43. D. Photo*, dele, *Diuus*, lin. 46. *D. Theodorianus*, lege, *Dominus*, lin. 53. lege, *Dominus Alexius*, colum. 3. lin. 8. *D. Balsamon*, dele, *Diuus*, *vel Dominus*, *lin. 21.* D. Robertus, *dele*, Diuus, *lin. 51.* D. Hugo, *dele*, Diuus.

In Indice locorum Scripturae.

In inscriptione lin. 3. pro Sanctis, *lege*, Veteribus.

In alio Indice Patrum, qui libros aliquot Scripturae explicarunt.

In inscriptione lin. 4. pro Sanctis, *lege*, veteribus, column. 1. lin. 6. *D. Albini*, dele, *Diui*, lin. 15. *D. Salonij*, dele, *Diui*, lin. 21. *D. Albini*, dele, *Diui*, lin. 27. *D. Aponij*, dele, *Diui*, *lin.* 29. D. Lucae, *dele*, Diui, *D. Aponij*, dele, *Diui*, lin. 40. *S. Titus*, dele, *Sanctus*, column. 2. lin. 8. *D. Venantij*, dele, *Diui*, lin. 10. S. *P. N.* dele, S. *P. N.* lin. 21. S. *Didymi*, dele

dele, *sancti*, lin. 23. *D. Clementis*, dele, *Diui*, lin. 29. *D. Clementis*, dele, *Diui*, in inscriptione ad finem paginæ, lin. 2. *pro*, Sanctorum, *lege*, veterum.

Tomo I I.

In prima Tomi inscriptione lin. 3. pro, *sanctorum*, scribe, *veterum*.

In Indice Auctorum pag. 1. in inscriptione lin. 3. pro *sanctorum*, repone, *veterum*, pag. 2. Indicis lin. antepenult. *D. Dragonis*, dele, *Diui*, pag. 3. lin. 8. *s. Fausti*, dele, *sancti*, lin. 42. *D. Venantij*, dele, *Diui*, pag. 4. lin. 10. *D. Berengosij*, dele, *Diui*.

column. 5. in inscriptione lin. 1. pro, *sanctorum*, scribe, *veterum*.

In S. Hyppolito Episcopo, & Martyre.

column. 5. in scholio margini lin. 1. vbi ait, *Gelasius PP. I. in Libro contra Eutychen*, appone in margine, *Non est illud Opus s. Gelasij Primi Romani Pontificis*, vt Tomo 4. initio illius libri annotamus.

lin. 8. ibi, His si addas non esse verisimile &c. adscribe margini, *Fallitur Margarinus; nam s. Hippolytus Portuensis Episcopus Græcus fuit, & Græcè scripsit, vt apparet etiam ex Cyclo Paschali Græcis litteris scripto, & sedi eiusdem s. Hippolyti Marmoreæ, quæ nunc in Vaticano seruatur insculpto*. Consule notas ad Romanum Martyrologium 22. Augusti.

column. 5. post scholium Margarini adiunge ista, De S. Hyppolyto agunt etiam Eusebius lib. 6. Histor.

ftor. cap. 16. Nicephorus lib. 5. cap. 15. S. Hieronymus Epift. 84. ad Magnum, & Procemio in Matthæum, Photius in Bibliotheca, & alij. Martyr occubuit fub Alexandro Mammeæ, infcriptusq; extat Romano Martyrolog. 22. Augufti. Plura de eodem ex probatis Auctoribus collecta exhibent notæ ad Rom. Martyrol. & Annales Ecclefiaftici Tomo 2. Anno Chrifti 224. cap. 10. & Anno 228. c. 3. & feqq. Item & Apparatus Sacer Poffeuini column. 14. A, ibi in textu, *Excitabit mortuos*, affige margini, *Non verè, fed apparenter; nam certum eft Antichriftum vera miracula nequaquam affecturum.*

In S. Petro Martyre, Alexandrino Epifcopo,

colum. 21. *C, poft præfationem ex Nicephoro, attexe* ***ifta***, Si de S. Petro Martyre, & Alexandrino Epifcopo, eiusq; fcriptis vberiora fcire aues, confulendi tibi Auctores, quos indicant notæ ad Romanum Martyrol. 26. Nouembris. Item Annales Ecclefiaftici Tomo 2. Anno 300. cap. 1. & Anno 305. cap. 20. & feqq. & Tom. 3. Anno Chrifti 306. cap. 44. & feqq. & Anno 310. cap. 2. & feqq. & Anno 311. cap. 48. Quibus clariffime demonftratur S. Petrum Anno nono perfecutionis Diocletiani fub Galerio Maximiano, & non fub Iouio Maximino eius nepote pertuliffe martyrium. Quod verò attinet ad hoc Opus Canonum pœnitentialium eft illud quidem præclarè cumprimis auctoritatis, quod etiam approbatur in Canone 2. Trullano, quamuis Canones illi Trullani non ita fint in pretio. Sed opportunè ifta annotauit Baronius Tomo 2. Annal. Anno 305. cap. 20. Vtinam fidelius ifto nacti effemus exemplar, quod

quod partim textu deprauato, vt apparet, & partim ex parum accurata translatione nonnunquam redditur suboscurum, licet ex his, quæ subsequuntur, perspicua cuncta fiant, *sic ille*, Celebrat Ecclesia Festum S. Petri 26. Nouembris.

canone 1. columm. 22. D, vbi incipiunt, Commentaria Balsamonis, *adÿciendum scholion*, Memineris lector, Theodorum Balsamonem Græcum esse, schismaticum, Ecclesiæ Romanæ hostem, erroribus non paucis defædatum, de quo alias in his Tomis lectorem monemus, *vide inter alia quæ notauit Genebrandus lib. 4. chronographiæ pag. 616. 622.* Quo circa scholia ista cautè legenda, nec eis multum fidendum.

canone 14. in Balsamone col. 32. C, ibi in textu, quod hi hæc sua voluntate fecerint, *corrige*, quod hi nec sua voluntate fecerint, *& ad finem columnæ E, ibi in textu*, vel Sabbathis, *scribe in margine*, de ieiunio Sabbathi secundum ritum Græcorum Balsamon, quem Romana Ecclesia non seruat, *vide Bellarminum lib. 2. de bonis operibus in particulari cap. 18. & apparatum sacrum Possevini in s. Petro Alexandrino.*

In Hesychio Presbytero Hierosolymitano.

colum. 40. D, post inscriptionem Operis adde, putant nonnulli hunc Hesychium esse eundem, qui scripsit commentaria in Leuiticum, quem Episcopum Hierosolymitanum appellat Strabus Monachus præfatione glossæ ordinariæ in Leuiticum, sicq; existimant Auctorem huius Homiliæ ex Presbytero Hierosolymitano factum eiusdem Ecclesiæ Episcopum, esseq; illum Hesychium, qui in ordine Hierosolymitanorum Antistitum numeratur, quinquagesimus nonus in Chronologia S. Nicephori.

Flo-

Floruisseq; tempore S. Gregorij Magni, ad quem extat eiusdem Gregorij Epistola, quæ est 40. lib. 9. Registri. Consule Apparatum Posseuini, *Homilia* 2. *col.* 44. *A, dele glossam*, dixit non, tecum: sed ex te, seruiens instituto, *& rescribe: editio vulgata*, tecum non ex te habet, *eadem col. D, ibi in textu*, mater effecta est, quæ minimè sponsa, *adfige margini*, cautè lege verè siquidem sponsa, & coniux fuit, quoad veritatem, & essentiam coniugij, non quoad torum, vel coniugij consumationem, vt docent Theologi, *vide s. Thomam* 3. *p. q.* 29. *art.* 2.

colum. 46. *A, dele glossam*, intelligo de cognitura, virum, quia est ambigua, & obscura, *& ad verba illa textus*, qua ratione fiam mater, quæ non fui sponsa? *scribe in margine*, cautè lege, & regreditor ad notam col. 44. D.

In S. Cyrillo Hierosolymitano Episcopo.

col. 51. *post inscriptionem Operis appone ista*, de S. Cyrillo, eiusq; scriptorum monumentis vide quæ annotant Margarinus in Indice Auctorum huius Tomi, & Baronius in Notis ad Romanum Martyrologium 18. Martij.

Præfatione in catecheses col. 51. *expunge duas primas marginis glossas*, expectat Deus propriam cuiusq; voluntatem; Et; Propositum proprium facit nos vocatos, *& rescribe*, cautè lege; non enim Deus expectat voluntates nostras, vt apertè definiuit Arausicanum Concilium Canone 4. & interpretationem illam verborum Pauli, *vt propositum non Dei, sed hominis intelligatur*, tanquam Pelagianorum reijcit S. Augustinus lib. 2. contra duas Epistolas Pelagianorum ad Bonifacium cap. 10. vide Sixtum lib. 6. Biblioth. Annot. 201. & Bel-

larminum lib. 2. de Gratia, & libero arbitrio, c. 14. Reducenda ſemper in memoriam, ſalubris obſeruatio S. Auguſtini de Prædeſtinatione hominum nõ ita explicatè loquutos ante exortam Pelagianam hæreſim. Forſan S. Cyrillus nõ aliud indicat, quàm liberum noſtrum arbitrium cooperari gratiæ Dei.

col. 54. dele gloſſam quartam, rebaptizantur hæretici, *& reſcribe*, fides Catholica eſt hæreticos non eſſe rebaptizandos, niſi quando in eorum Baptiſmo non eſt ſeruata, vel forma, vel materia, vel intentio Eccleſiæ, & de his intellexiſſe certum eſt S. Cyrillum.

cathech. 6. col. 87. A, & B, expunge duas illas marginis notas, Angeli ſecundum quid vident Deum; & Filius, & Spiritus Sanctus ſoli Deum vt eſt vident; *& repone*, vident quidem Angeli Deum clarè ſicuti eſt: ſed non cognitione comprehenſiua, qua ſolus Deus ſeipſum cognoſcit. *vide S. Thomam P. p. q. 12. art. 1. ad 1. & Sixtum Senenſem lib. 6. Biblioth. Annot. 182.*

col. 94. D, gloſſam marginis ita ſcribe, Thomæ nomine Euangelium, eſt cuiuſdam Thomæ, diſcipuli Manetis.

col. 95. D, aufer gloſſam; Hæreticorum libros legit Cyrillus.

catechiſi 8. col. 100. E, in nota marginis, de pœnitẽtia Dei orrores, *corrige*, de prouidentia Dei errores.

col. 102. A, dele gloſſam, pecunijs iuſtificari poſſe aliquem.

catechiſi 12. colum. 130. A, tolle gloſſam, Maria vxor Ioſeph, ſola deſponſatione, *& ſubſtitue*, ſolàm deſponſationem intelligit S. Cyrillus de præſenti, nimirum verum, & ratum coniugium: ſed non

G conſu-

consummatum. *vide s. Thomam 3. par. q. 29. art. 2. & Sixtum lib. 6. Biblioth. Annot. 3.*

catechesi 13. col. 136. E, in textu ibi, omnis Rex à militibus typicæ crucifigi; &c. *locus mutilus typographorum culpa, ex integris exemplaribus vno adiecto versu redintegrandus ita,* omnis Rex à militibus appellatur, oportebat, & Iesum à militibus typicæ crucifigi, sicut ideo, &c.

catechesi Mystagogica 2. col. 200. A, derade notam, Baptismus Ioannis tantum remittebat peccata, *& scribe,* cautè lege, nam Ioannis Baptismus ex opere operato, nec gratiam, nec remissionem peccatorum conferebat, *vide s. Thomam 3. p. q. 38. art. 3. forsan,* S. Cyrillus tantum innuit, Ioannis Baptismum excitasse homines ad veram pœnitentiam, per quam peccata condonantur, *consule recentiores s. Thomæ interpretes eodem loco.*

In S. Gaudentio Brixiensi Episcopo.

col. 209. post inscriptionem Operis ista adde, successit S. Gaudentius in Episcopatu Ecclesiæ Brixiensis S. Philastrio, cuius memoriam Romanum Martyrologium 25. Octobris hoc elogio conseruat Brixiæ natalis S. Gaudentij Episcopi eruditione, & sanctitate conspicui, *de quo plura ex ipsius scriptis excerpta produntur in Annal. Eccles. Tomo 4. anno 386. tractatu 8. in Exodum, qui est ordine,* 10. *colum.* 257. *A, in glossa marginis post verba illa,* quoque visum est, *adde,* sed qua ratione sit intelligenda ista sententia, docetur abundè, supracitato *lib.* 1. *de Antichristo c.* 28. 29. 30.

In Machario Aegyptio.

col. 295. *post præfationem Ioannis Pici adde,* vterque Macharius, & illæ senior Aegyptius, & alter ille iunior Alexandrinus inter alios Sanctos inscripti

pti habentur Romano Martyrologio, Aegyptius 15. Ianuarij, & Alexandrinus 2. Ianuarij, sed Aegyptius cum hoc elogio, *in Aegypto sancti Macarij Abbatis, discipuli Beati Antonij vita, & miraculis celeberrimi*, de duobus his Macharijs, vt etiam de alijs eiusdem nominis multa ex varijs, idoneisq; Auctoribus, quos notæ ad Roman. Martyrologium 2. Ianuarij indicant, cognoscere poteris: Quod attinet ad scripta S. Macharij Aegyptij, hæc de illo prodit Gennadius in Catalogo cap. 10. vnam tantùm ad iunioris professionis suæ scripsit Epistolam, in qua docet illum perfectè posse seruire Deo, qui conditionem creationis suæ cognoscens ad omnes semetipsum inclinauerit labores, & luctando atq; Dei auxilium aduersus omnes, quòd in hac vita suaue est, explorando, ad naturalem quoq; perueniens puritatem continentiæ, velut naturæ debitum munus obtinuerit, *hæc Gennadius*, quibus verbis Apathiam illã Euagrij Pontici S. Machario inurit. Equidem in hoc Homiliarum Opere alicubi videtur introduci apathia, præsertim Homil. 20. 35. & aliàs; Alibi tamen valide euertitur, vt Homil. 17. & 38 alijsq; locis. Verisimile est Euagrium Ponticum, quem S. Macharij Aegyptij discipulum fuisse referunt *Socrates lib. 4. cap. 18. & Gennadius in Catalogo cap. 10.* 11. ex dictis S. Macharij perperam à se intellectis apathiã illam Pelagianam, & Stoicam, sensus sui peruersitate ebibisse, quam tantopere S. Hieronymus suis scriptis insectatus est, vt in hac nostra censura pluribus locis monemus. Forsan Gennadius Pelagianis fauens (quod est exploratissimum) Pelagianam apathiam, auctoritate S. Macharij male, & conceptа, & decorata voluit stabilire. Certum, quia

Gennadius harum Macharij Homiliarum non meminit, & prætereà his insertæ deprehensæ sint aliquot aliorum Auctorum Homiliæ; in dubium quis reuocare possit, num hæ Homiliæ legitimus sint fœtus S. Macharij, præsertim cum nonnulla immixta habeant graui, & diligenti censura digna; quæ nos in notis marginalibus indicabimus. Nihilominus, quia ab omnibus S. Machario tribuuntur, & spiritualium documentorum maximè vtilium sunt plenè, tantùm illud opportunè obseruamus, quædam illis inesse obscura, ambigua, & à proprio exactoq; more loquendi Theologorum quadamtenus aliena; proindeq; cum iudicio, & circumspectè legenda. Et subest suspicio ne ab aliquo Pelagiano sint alicubi interpolatæ.

Homil. 4. col. 308. in textu, creaturis suis visibilibus, nempè animis Sanctorum, &c. *scribe in margine*, hæc sequentia; cautè lege, nam Auctor perspicuè nimis docere videtur Angelos esse corporeos, & animas humanas esse corporeas. Primum, & si quidam veterum Patrum docuisse reperiantur, at iam hoc tempore sine temeritate adstrui nequit, *vide S. Thomam, eiusq; interpretes 1. p. q. 50. art. 1. & quæst. 51. art. 1. & Ascanium Martinengum in glossa magna Genes. pag. 201. & seq.* animas verò esse corporeas fuit hæresis Montani, quam sequutus est Tertullianus, lib. de Anima cap. 9. & Faustus Rhegiensis, lib. de Creaturis, qui habetur Tomo 4. huius Bibliothecæ, colum. 759. *vide, quæ ibi notamus, & quæ S. Thomas docet 1. par. q. 75. art. 1. & 5. & Pamelium in Paradoxis Tertulliani.*

homil. 15. col. 358. E. in textu, Peccatum enim cum sit substantia, & facultas quædam Sathanæ &c. *adscri-*

adscribe margini, Ritè intellige, non enim Manichæo errore peccatum veram substantiam intelligit: sed substantiã vocat metaphoricè, hoc est, opes, robur, facultatem, vires &c. Sathanæ.

homil. 17. col. 366. D, tolle glossam, Apostoli non planè securi de gratia, *& col. 391. homil. 26. B, in textu*, & ita Deus spectans bonum propositum tuum &c. *adscribe margini*, cautè lege, nam prolabi videtur Auctor in Pelagianum errorem, antecedere in nobis bonum propositum, amorem, fidem, præcationem tanquam bona naturalia, ob quæ Deus nobis suam gratiam largiatur. Nisi locus manu Pelagiana sit temeratus, forsan intelligit anteire illa in nobis à vitali, & naturali potentia liberi arbitrij elicita: sed tamen ex speciali gratiæ auxilio, ob quæ ritè disposita nostra anima sequatur fortius, & præsentius auxilium diuinum, & tandem gratia iustificans.

homil. 27. col. 398. in textu, Prophetæ nouerant venturum esse Redemptorem &c. *scribe in margine*, cautè ista lege, nam etsi non omnes Prophetæ cuncta Christi mysteria nouerint, at Mortem, & Crucem Christi, Baptismum, Eucharistiæ Sacrificium, sanctificationem hominum &c. illi Prophetæ, qui suis vaticinijs ista prædixerant (quorum plurima in Scripturis extant) certum est omnia illa præcognouisse, quamuis non ita plenissimè, & quo ad omnes circumstantias, vt tempore quo expleta sunt, cognita ab Apostolis, & Christianæ Ecclesiæ Doctoribus fuere.

homil. 35. colum. 415. E, initio homiliæ appone, antidotum, Auctor in hac homilia, & alijs locis videtur inducere apathiam illam, quando anima vi gratiæ Dei ad eam peruenit impassibilitatem, vt

 nullo

nullo vnquam afficiatur sensu fomitis, seu passione aliqua appetitus, quasi in ipsa nullus vnquam exurgat motus, nullus conflictus carnis, & spiritus, prorsus sopito, vel extincto peccati fomite. Quem errorem in Euagrio Pontico, Rufino, Iouiniano, & alijs Origenistis, & Pelagianis sæpissimè damnat S. Hieronymus, *vide quæ notamus Tomo 5. huius Bibliothecæ Patrum in Euagrio*, Verum si homiliæ istæ genuinæ sunt Macharij, nec ab Hæreticis Origenistis, vel Pelagianis deprauatæ: dicemus planè S. Macharium non stabilire apathiam simpliciter; sed quantum pro ratione huius vitæ nostræ, & status viatorum fieri potest: nempè esse quosdam viros, qui exercitio præstanti virtutum continenter carnem domant, ac validè frenant, exurgentesq; rebelles appetitus motus compescunt, vt nunquam (præuia semper Dei gratia) ad consensum lætalis criminis pertrahantur, eam quandoque tranquillitatem adepti, vt paucissimi in ipsis inordinati impulsus excitentur. Et hoc esse mysticum animæ Sabbathum, quod virtute Christi in hac vita, & sub lege Euangelica inchoatur, in beata verò Gloria plenè complebitur. Nam simpliciter in aliquo Sancto sopiri, vel ligari, vel extingui peccati fomitem, vt nunquam, nec venialiter peccent esse singulare Dei priuilegium, nec vlli nisi Beatæ Deiparæ concessum: summo consensu docent Theologi; & contrarium asserere (nisi forsan de S. Præcursore) temerarium, & erroneum censent, *vide S. Thomam 1.2. q. 109. art. 8. eiusque interpretes*, Regreditor ad ea, quæ notauimus initio harum homiliarum.

In S. Simeone Stylita.

col. 443. post inscriptionem Operis adde, Duos fuisse Simeones Stylitas sanctitatis laude celebres alterum seniorem, qui tempore Theodosij Iunioris vixit, cuius meminit Euagrius lib. 1. Hist. cap. 13. 14. Alterum Iuniorem, qui sub Iustiniano vixit, de quo idem Euagrius agit lib. 6. Historiæ cap. 22. tam claris argumentis ostenditur in Notis ad Romanum Martyrologium 5. Ianuarij, & in Annalibus Ecclesiasticis, vt fatuum nimis fuerit velle in dubium reuocare. Primi natalis dies consignatur in Romano Martyrologio die 5. Ianuarij: Secundi verò die 3. Septembris. Cuiusnam autem horum Opus istud sit nobis incopertum. Iunioris scimus extare scriptorum monumenta, nempe Epistolam ad Iustinum Imperatorem, quæ recitatur actione 5. Concilij 2. Nicæni.

In Drogone Ostiensi Episcopo.

column. 447. in titulo paginæ, & deinceps in alijs titulis paginarum Operis nomen Diui, præpositum Drogoni deleatur, vel illud D. expressim scribatur *Domini*, & post inscriptionem Operis adde, *de Drogone plura ex idoneis scriptoribus afferunt post alios Posseuinus in Apparatu sacro, & Alphonsus Ciacconus de Vitis Pontificum in Innocentio II. aiunt claruisse tempore B. Bernardi.*

In S. Eligio Nouiomensi Episcopo

column. 475. post inscriptionem Operis adde, Habetur nomen S. Eligij Romano Martyrologio inscriptum inter reliquos Sanctos prima die Decembris, cuius vitam sanctitate, & miraculis admirandam scripsit S. Audœnus Rothomagensis Episcopus, *De eo plura ex varijs auctoribus in notis ad Romanum Martyrologium. Discessit in cælum An-*

De Duob. Syme. Sty.

no salutis 665. vt habet Sigibertus in Chronico. homil. 8. columm. 499. C, tollatur glossa, Peccanti nihil prodesse eleemosynam.

homil. 11. columm. 513. B, dele notam, Peccator ieiunans dæmonum similis est.

In Antiocho Monacho.

col. 531. post inscriptionem Operis ista scribe, Fuit iste Antiochus Monachus Palæstinus Lauræ S. Sabæ Abbatis vir sanctitate, & doctrina insignis, qui sub Heraclio Imperatore vixit, & sub Cladem Hierosolymitanam, qua, Vrbe capta, Lignum S. Crucis à Chosroe in Persidem abductum est (incidit ea in Annum salutis 614.) scripsisse videtur, vt apparet ex homilia 107. & alijs locis prælertim in Exomologesi, quæ est ad finem Homiliarum, & Epistola dedicatoria. Occasionem verò, & institutum scribendi hoc Opus, ipsemet Antiochus exponit initio homiliæ 66. *De eodem plura exhibent tibi Annales Ecclesiastici Tomo 8. Anno 614.*

columm. 537. initio affige hoc scholion, Quia non nisi fragmentum Epistolæ Antiochi ad Eustathium à Godefrido Tilmanno è Græco in Latinum translatum, & editum hoc loco antepositum fuit, cum ea Epistola integra reperta sit in Vaticano Codice Græcè scripta, partem illam, quæ in editione Tilemanni desiderabatur, ex versione Friderici Metij hic subijciendam meritò duximus; & expuncta inscriptione, quæ hic ponitur ita scribatur, *Epistola Antiochi Monachi Lauræ Sabæ Abbatis* ad Eustathium præpositum Monasterio Datalenæ Ancyræ Ciuitatis Galitiæ: annecte scholion, *Lauram neoterici Græci insignia dicunt Monasteria pro magna hominum copia, quæ deuotionis ergo*

instar

instar multarum aquarum confluunt, deinde subdatur Epistola.

Cum ad me scripseris, Eustathi Pater venerande, te magna affici molestia, dum è loco ad locum, & è regione in regionem migrare cogeris metu vigentis Chaldæorum calamitatis, fame etiam, & siti laborare, non panis, & aquæ: sed iuxta Euangelium Propheticum dictum, verbi Dei, cum neq; libros circumferre possitis, neq; ita facilè in locis, in quibus exulatis, quæ vultis, inuenire valeatis: cumq; meæ præceperis humilitati, vt epitomen aliquam diuinarum scripturarum ad te mitterem, quæ neq; circumferendo grauis esse præ magnitudine, neq; sui tenuitate in ea aliquid eorum, quæ ad vtilitatem, & salutem animæ faciunt, desideraretur. Otemperaui libenter tuis mandatis, & quamprimum quod petis, faciendum curaui: E sacra igitur scriptura centum quinquaginta excerpsi capita, iuncta quidem simul, inuicem tamen ita disiuncta vt qui ea legerit, nulla confusione trahatur. Et hæc tuæ misi pietati, quæ cum acceperis, Deo, quam par est, gloriam, & gratiarum actionem reddas, qui suam virtutem imbecillis impertitur, vt in infirmitate perficiantur. Tu verò contra tuis Deo gratis precibus nos foueas, vt quod reliquum est nobis vitæ tempus iuxta Dei voluntatem peragere possimus. Si verò aliquid (vt facilè fieri potuit) imperfectum offenderis, ignoscas quæso te, meæ tenuitati, tum etiam temporis angustiæ tribuas, qua tuis mandatis volui obtemperare.

Quoniam verò illud præterea scripsisti, vt tibi aliquid diceremus de Sanctis Patribus nostræ Lauræ, an vera sint quæ à nonnullis audisse dicis, de eorum videli-

videlicet vita, & nece, cum vix illa credi possint, & sensum omnem superent. Necessarium propterea duxi, breuibus tibi prius aperire, quæ ad illos attinent, ea deinceps subijcere, quæ diximus sacræ Scripturæ capitula. De laudabili autem vita eorum in præsentiarum agere, id temporis non postulat, nec mea lingua illa posset facilè percurrere. Illud tantum dicam, quod re vera homines erant diuini (si homines tantum illos oporteat dicere potius quàm Angelos, cum in exercitatione spirituali, & monastica vita, & laboribus, quos pro pietate sustulerunt à iuuentute sua insenuerint) senes quidem venerandi, & canos capillos habebant: sed mente magis præstabant, & humilitate, honesti, modesti, veridici, irreprehensibiles, iusti, pij, ab omni turpitudine, & prauitate alieni, omnibus bonis ornati, & diuino repleti amore; nonnulli ipsorum centum excesserunt annos, & quinquaginta sex in quieta, & monastica vita cum peregissent, nec à Laura, & Monasterio vnquam recesserunt, nonnulli verò neq; ad Ecclesiam processerant, nec Ciuitatem amplius viderant, ex quo vitam monasticam semel fuerant amplexati; varijs etiam virtutibus emicabant, terrestres scilicet Angeli, & cœlestes homines: quapropter hunc finem sunt adepti, & victoriæ præmium sunt consequuti. Cum enim Ismaelitæ ad nostrum accessissent Monasterium vna septimana antequam sancta Ciuitas fuisset occupata, & vniuersa sacra vasa Ecclesiæ iam diripuissent, pleriq; Patres aufugerunt quamprimum, remanserunt autem in Monasterio, qui fortiores Christi fuerant serui, sacrum illum locum destituere nullo pacto volentes: Barbari verò cum illos comprehendissent, & mul-

multos dies illos inhumanè tractassent, & tormentis afflixissent, pecunias hoc pacto se inuenturos putantes, apud quos nihil huius sæculi reperiebatur. Illi simulatq; intellexerunt &c.

homil. 21. column. 571. B, expunge glossam, vitæ religiosæ nullus est fructus sine virginitate.

homil. 27. column. 582. A, tolle glossam, Etiam dæmones à Christo exauditi.

In Fausto Rhegiensi.

column. 755. in titulo paginæ; in Operis inscriptione, & lin. 1. præfationis, vbi dicitur, *S. Fausti*, dele, *Sancti*, & post præfationem adiunge, *Nemo non nouit Faustum Rhegiensem Episcopum Pelagiana fuligine tinctum, eiusque Opera à S. R. E. Auctoribus S S. Gelasio I. & Hormisda Roman. Pontificibus fuisse damnata. Dicemus de ipso plura in notis ad 4. Tomum huius Bibliothecæ*, Nunc verba S. Isidori de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 14. attulisse simus contenti, ea sunt: Scripsit Fulgentius Ruspensis Episcopus multa, ex quibus legimus de Gratia Dei, & libero arbitrio libros Responsionum septem, in quibus Fausto Galliæ Rhegiensis Vrbis Episcopo, prauitati, Pelagianæ consentienti respondens obnititur eius profundam destruere caliditatem. *Repetit eadem Isidorus lib. de viris Illustr. cap. 27. & hinc discas quanto cum iudicio legenda sint Fausti Opuscula.*

column. 760. A, in textu, Quanto nos arserimus ad studium, tanto ille apponet adiutorium, *scribe in margine*, Caue ista Pelagiana, in Auctore Pelagiano.

In S. Chromatio.

column. 759. B, post præfationem ex Sixto Senensi, adiun-

adiunge, *Agit de s. Chromatio sæpissimè s. Hieronymus extat ad eundem Epistola s. Ambrosij, s. Chrysostomus Epist. 155. ad eundem*, ita illum celebrat; Clarissima feruentis tuæ,& sinceræ charitatis tuba, ad nos vsq; sonum suum diffundit. *Extat nomen eius Roman. inscriptum Martyrologio 2. Decembris*.

column. 779. A, in textu, Qui per effrenatam libidinis &c. *adscribe margini*, Cautè lege; nam innuere videtur, dimissa vxore adultera licere aliam ducere. Sed reducendus S. Pater in bonum sensum, *vide Sixtum lib. 6. Biblioth. annot. 81. & Bellarminum lib. 1. de matrimonio cap. 16. 17.*

column. 779. A, in textu, In Euangelio verò nec iurandum, *adscribe margini*, Cautè lege, nam videtur sentire omnino non licere iurare: sed reuocat in bonam mentem Sancti Chromatij verba *Sixtus Senensis lib. 6. Biblioth. annot. 26.*

In Agapeto Diacono.

column. 795. post inscriptionem adde, Quisnam autem Agapetus iste fuerit, vel potius quis non fuerit, *docebunt te Annales Eccles. Tom. 7. Anno Christi 527. cap. 41.*

column. 795. A, numero 1. in textu, Honore quolibet sublimiorem cum habeas dignitatem, *scribe in margine*, Inter sæculares puras dumtaxat.

Idem fiat column. 798. B, num. 27. & colum. 797. num. 21. lin. 3.

column. 800. C, tolle glossam, Certa Imperatoris salus.

In Dorotheo Archimandrita.

column. 804. in præfatione Anonymi lin. 17. vbi in textu est ✠ *summo Sacerdotio*, in margine appone,

pone, *summum Sacerdotium vocat Episcopatum quemuis, veteribus vsitato more loquendi*, de quo vide plura in notis ad Romanum Martyrologium 9. Aprilis, & Tom. 5. Annal. Eccles. Anno 397. cap. 61.

doctrina 4. column. 824. A, ibi in textu, Fieri autem nequit &c. *appone ad marginem*, Cautè lege, nam innuit nullo pacto haberi posse timorem filialem, quin præcesserit seruilis. Ordinariè quidem ita euenit in peccatoris iustificatione extra Sacramenta, *vt habetur cap. 6. Conc. Trid.* at contingit interdum aliter cum quis per Sacramenta iustificatur, & in subitarijs, & miraculosis iustificationibus, *vide s. Thomam 1. 2. q. 113. artic. 7. & 10.*

column. 824. D, ad verba illa textus, Hic est perfectus timor &c. *scribe in margine*, Cautè lege & regreditor ad notam huius col. A.

doctrina 1. column. 809. B, ibi in textu: sed etiam ab innatis affectibus &c. *appone in margine*, Non tollendo penitus fomitem peccati, sed reprimendo, & obsistendo, nam statim se rectè Dorotheus exponit.

doctrina 4. column. 830. A, tolle glossam, Nullum bonum opus sine charitate.

doctrina 6. column. 835. F, in textu ibi, Excedit omne peccatum temerarium iudicium, *scribe ad marginem*, Hyperbolicè ita loquitur.

doctrina 10. column. 854. D, ibi in textu, Nec talis etiam si voluerit &c. *adscribe margini*, Cautè lege, nam frequens est in ista non satis tutæ sententia, aliquos peccatores non posse pœnitentiam agere, nisi eos alicuius Sancti Oratio adiuuet; *Sic enim docere videtur columna 858. A, 860.*

860. C, 861. D, & alibi.

Doctrina 13. column. 870. A, ibi in textu, trahentes vi etiam nolentem, &c. *in margine annota*, cautè lege, vt etiam alijs locis, vbi ita loqui solet, forsan hyperbolicæ de vehementia impuræ cogitationis, aut vitiosi habitus; alioqui in omni actu lætalis peccati adest actio voluntatis plenè libera, & sui iuris.

Doctrina 14. E, dele notam: Permissio Dei, *& scribe*, cautè lege, nam malum pœnæ certum ex Theologia est, ne dum permittente Deo: sed etiam efficiente ordinante, & disponente fieri. Nec satis explicitè ad regulas Theologiæ, hic loquitur Auctor.

Doctrtna 15. col. 879. C, ibi in textu, subtractis Sabbathis, & Dominicis, &c. *scribe in margine*, intelligit de ritu Græcanico; nam Romana Ecclesia alium morem colit, Sabbathis in Quadragesima ieiunans.

Doctrina 24. col. 900. A, lin. 1. ibi in textu, ne reprehenderis vllum, &c. *scribe in margine*, non tollit fraternam correctionem; sed superbam exprobrationem in fratrem peccantem.

Col. 902. D, tolle inscriptionem illam, de Monachis propter pecuniam obambulátibus Nilus, *& lit. E, à verbis illis textus*, vita Monachorum, quæ olim &c. *vsq; ad finem Operis, col. 904. vbi finit*, pudet me plura scribere; *expunge omnia*, & notam quoq; marginis quæ est col. 902. E, incipientem, *Hæc non habentur in translatione, &c.* dele totam.

In Basilio Seleuciæ Episcopo.

In prima Cõcione de exsuscitatione Lazari, col. 999. C, dele notam, *Hæc Basilij sententia communis*, & appone

appone, cautè lege; nam hæc opinio quorundam Græcorum de duplici, vel triplici Magdalena, consensu iam omnium immò, & Ecclesiæ exploditur, *vide post alios Baronium Tom. 1. Annal. Anno Christi 32. cap. 17. & seqq.*

Oratione in Annunciationem Dominicam, col. 987. A, post inscriptionem orationis Basilij, *appone ista*, memineris Lector hunc Basilium Ecclesiæ Episcopum in Concilio Ephesino 11. Prædatorio vi, & metu adactum subscripsisse vna cum alijs in S. Flauianum Constantinopolit. Episcopum: postea verò pœnitentem in communione Ecclesiæ receptum in Synodo Chalcedonensi, *vt constat ex action. 1. Conc. Calcedonensis, & 4. eundem plurimum laudat Photius in Biblioth. Beatum, & Sanctum Patrem appellans*, vide Sacrum apparatum Posseuini.

In S. Sophronio Hierosolymitano Episcopo.

col. 1021. C, post præfationem Margarini, *ista subÿce*, pleniora de S. Sophronio Hierosolymitano Episcopo suppeditabit, *Tomus 8. Annal. Ecclesiasticorum ex actione 13. Sextæ Synodi ex Concilio Romano sub S. Martino Papa Secretario 2. Tom. 3. ex Theophanæ in Miscella, & alÿs*, Consule quoq; notas ad Romanum Martyrologium 11. Martij. Consignatur obitus S. Sophronij sub Heraclio Imperatore, Anno salutis 636. 11. Martij, quo die eius Natalis inter Sanctos inscriptus habetur publicis Latinæ, & Græcæ Ecclesiæ Tabulis.

In S. Cæsario Arelatensi Episcopo.

col. 1037. post præfationem, in S. Cæsarei Homilias ista adiunge; vberiora de S. Cæsario, ac planè certiora petenda tibi, Lector, erunt ex notis ad Rom. Martyrologinm 27. Augusti, & ex Annal. Eccles.

Tom. 6.

Tom. 6. vbi multa de S. Cæsario ex probatissimis Auctoribus collecta reperies, ac præsertim ex sinceris Actis vitæ eius à Cypriano illius discipulo cō scriptis, *quæ Surius in 4. Tom. congessit*, ex quibus omnibus liquido constat S. Cæsarium non potuisse multum excedere tempora Symmachi Papæ, & Anastasij Imperatoris; *nam etiam Gennadius ait lib. de scriptoribus Ecclesiast. cap. 86. illum claruisse sub Anastasio Augusto*, Annales ex certa temporum ratione, res S. Cæsarei, quæ sciri potuerunt non perducunt vltra annum Symmachi 10. & Anastasij 18. hoc est Domini 508. vnde manifesti erroris arguuntur Trithemius, & alij quotquot dixerunt ipsum vixisse ad annum Domini 670. vel 700. & fuisse Monachum S. Benedicti, cum antequam S. Benedictus vitam Monasticam arriperet, iam S. Cæsarius factus Episcopus, & sanctitate, & doctrina florebat, *agit de his abundè Baronius locis citatis*, quocirca Homilia 42. inferius posita, in qua citantur S. Gregorius, & S. Isidorus Cæsario posteriores alterius potius quàm S. Cæsarij esse Opus oportet.

Homil. 2. columm. 1041. B, ibi in textu, *Ieiunium sine eleemosyna nullum bonum est*, scribe in margine, *cautè lege, forsan intelligit ei, qui tenetur ex præcepto dare eleemosynam, nullum esse meritum ex ieiunio sine eleemosyna, vel est hyperbole*.

Homil. 6. col. 1050. C, tolle notam marginis, *Dei substantia est arbitrij libertas*, & scribe, *metaphoricè, seu parabolicæ appellat Dei substantiam omnia bona, quæ à Deo accepimus, siue substantiæ sint, siue accidentia*, vt alludat ad illius Lucæ 12. *Dissipauit omnem substantiam suam.*

Homil. 12. columm. 1069. D, expunge glossam, *consecratio*

secratio corporis, & sanguinis Domini fit in Ecclesia tantum, aut restituatur isto modo, *fieri debet in Ecclesia tantum*.

Homil. 29. col. 1112. C, in glossam marginis, *contritione magna opus est pœnitentibus*, dele voculam, *magna*, & paulò inferius ad verba illa textus; *non leui agendum est contritione, &c.* appone in margine, *cautè lege, nam quæuis vera contritio quantumuis non magna, satis est ad remissionem culpæ, & pœnæ æternæ: Sed nomine contritionis vniuersæ intellexit dolorem de peccatis, qui vt remittat culpam non ita leuis debet esse, vt non excedat attritionis metas*.

In Venantio Fortunato.

col. 1155. post præfatiunculam in sermonem Andreæ, *ista adiunge*, certum est in Indice Hierosolymitanorum Antistitum, quem texuit S. Nicephorus Constantinopolitanus Episcopus in sua Cronologia vsq; ad Sophronium 62. eius Sedis Episcopum, qui sub Heraclio obijt nullũ reperiri Andream. Equidem sub Iustino iuniore, scimus sedisse Ioannem, qui successit Machario 2. successoremq; habuit Amos sub Mauritio Imperatore sub quo mortuum Ioannem, *Euagrius lib. 6. Hist. Eccles. cap. 23. prodit*, ad tempora igitur Saracenica reducendus esset iste Andreas si Episcopus, & non Presbyter Hierosolymitanus fuit. At successio Episcoporum Hierosolymitanorum sub Mahometano Imperio interrupta, incerta, & obscura.

In S. Zenone Episcopo Veronensi, & Martyre.

col. 1179. lin. 34. post præfationem Raphaelis Bagatæ, & Baptistæ Peretti, *ista adde*, cæterum his pro assertione sermonum S. Zenonis prudenter, & erudite adductis, *non obstantibus magnis conjectu-*

ris existimat Baronius in notis ad Rom. Martyrologium 12. Aprilis, nonnullos ex subiectis Sermonibus, non esse posse S. Zenonis Veronensis Episcopi, qui sub Galieno Martyr occubuit; eos præsertim, in quibus Ariana hæresis confutatur, *tu ipsum consule; nam multas rationes, & optimas coniecturas ad id probandum se habere profitetur*.

In Berengosio Abbate.

Col. 1315. in inscriptionibus Operis Berengosij, & deinceps in titulis paginarum, *vbi dicitur*, D. Berengosij, *dele*. Diui.

cap. 11. colum. 1340. C, dele notam, *hodie diuersum sentit Ecclesia de S. Constantino*, & scribe, *Constantinus Magnus tametsi pijssimus Princeps, nondũ tamen ab Ecclesia Romana relatus est in Sanctorum numerum, vel ipso Romano Martyrologio, vel albo Sanctorum eius Natali inter festos inscripto*, quamuis Græci in Menologio 21. Maij Festum Constantini, & Helenæ celebrent.

Tomo III.

In prima Operis Inscriptione lin. 3. pro, *Sanctorum*, repone, *veterum*, In inscriptione Indicis Auctorum lin. 2. *pro sancti Ecclesiæ Patres*, substitue, *veteres Patres*.

In Indice Auctorum lin. 24. D. Fausti, *dele*, Diui, *lin. 42.* D. Dionysij Abbatis Romani, *dele*, Diui. Magnus doctrina, & sanctitate Dionysius, sed Romana Ecclesia, ipsum cum optimè noscat, nondum Diuum appellat, *pag. 2. Indicis lin. 1.* D. Bachiarij, *dele*, Diui, *lin. 7.* D. Agnelli, *dele* Diui.

Diui, *lin. 22.* D. Adelmanni, *dele*, Diui, *lin. 46.* D. Durandi, *dele*, Diui.

In S. Ignatio Episcopo Antiocheno, & Martyre.

column. 3. post inscriptionem illam, Sacrosancti Martyris Ignatij Antiochiæ Archiepiscopi Epistola prima, *apponatur huiusmodi scholion*, quod attinet ad duas priores Epistolas S. Ignatij ad Ioannem, & ad duas alias sequentes, alteram Ignatij ad Mariam Deiperam, alteram Mariæ ad Ignatium: tam etsi eas, vt germanas vendicari sciamus à pluribus recentioribus, *vt D. Bernardo sermo 7. in psal. 9. Marcho Michaele Carnotensi Presbytero, lib. de Viris Illustribus, Dionysio Carthusiano in comment. ad lib. Areopagitæ de diuinis nominibus, Sixto Senensi lib. 2. Biblioth. in Maria Petro Canisio, lib. 5. de Maria, cap. 1. & alijs*, at cum illarum neq; Eusebius, nec S. Hieronymus, nec Nicephorus, nec vllus veterum, ad D. vsq; Bernardum meminerit, qui alioqui accuratè scripta Ignatij memorauerint, tutius fuerit easdem, vel in apocrypharum ordinem redigere, aut saltem, vt non omnino certas, ac genuinas habere; *Consule Tom. 2. Annal. Eccles. Anno Christi 109. cap. 34.*

column. 3. in præfatione Margarini lin. 26. dele verba illa, Quæ demum rata habeatur si fuerit sub Episcopo, sine quo non licet immolare sacrificium; nam à simplici Sacerdote confectum sacrificium verum, & ratum est, & illis licet quotidie immolare Eucharistiam.

Epist. 8. column. 22. E, in textu lin. vlt. *si quis Dominicam diem, aut Sabbathum, vno excepto, ieiunauerit, hic Christi interfector est*, appone ad marginem; *Non damnat simpliciter ieiunium*

in Dominica, aut in Sabbatho: sed tantum hæc dicit propter Simonis Magi sectatores, qui Deum legis, & Prophetarum Sabbatho rerum Opificium complentem negabant. Vide S. Epiphanium hæresi 41. & ex recentioribus Baronium Tomo 1. Annal. Anno 57. cap. 202.

epist. 9. columm. 25. A, tolle glossam, *Dei osores non percutiendi*, eadem column. E, *dele notam*; Apostoli vxorati, *& in textu ibi*, vt Petri, & Pauli, & aliorum Apostolorum, qui nuptijs operam dederunt, *Adiunge margini verba illa*, & Pauli, & aliorum Apostolorum, *videntur è textu abradenda*, nam cum Tertullianus, S. Hieronymus, & pleriq; veterum Patrum, Apostolos omnes, vno excepto Petro, cœlibes fuisse contendant, haud leuis suspicio est, Græculos, quo suo recentiori mori de Presbyteris coniugatis suppetias accerserent, hunc locum S. Ignatij deprauasse. Et verò de Pauli nomine certum est à melioribus Græcis S. Ignatij exemplaribus abesse, *Consule Annales Eccles. Tomo 1. Anno 57. cap. 64.*

epist. 11. columm. 35. B, dele notam, *Castitas, & nuptiæ non statuantur sine Episcopo*, & repone, *sacra, & solemnis castitas, præsertim sacrarum Virginum non statuatur sine Episcopi auctoritate.*

In scholijs epist. 14. columm. 47. B, in scholio G, lin. 3. dele illa verba, *siue hominem Dominicum*, & lin. 5. dele illud, *hominem assumptum diuina*, & substitue, *humanitatem assumptam*.

In S. Martiali Episcopo Burdegalensi.

epist. 1. cap. 8. columm. 58. C, glossa marginis ita restituatur, *Baptisma, Christi cruce sanctificatum*.

In S. Dionysio Alexandrino Episcopo.

column. 75. C, vbi incipiunt scholia Balsamonis, *affigatur margini*, Non te lateat Lector hunc Theodorum Balsamonem Græcum esse, ac schismaticum, Ecclesiæq; Romanæ manifestum hostem, ob id neq; ei fidendum quin & scripta eius cum iudicio legenda.

column. 76. B, tolle glossam, *Menstruatæ non accedant ad communionem*, & inferius lit. D, amoueatur illa altera, *Menstruatas ne in vestibulo quidem Ecclesiarum orare liceat*, & loco earum scribatur, *Quid de menstruatis agendum sit, docet s. Gregorius lib. 12. epist. pen. cap. 20.*

In Metaphrasi Ecclesiastæ cap. 7. column. 96. B, dele notam, *Mulier pudica nulla*.

cap. 9. col. 97. E, tolle glossam, *sic verè sentiunt qui sublatas volunt preces pro defunctis*.

In S. Antonio Magno.

epist. 2. column. 113. B, expunge notam, *Angelorum tristitia pro peccatoribus*, & scribe, *Cautè lege, nam Angeli non propriè dolent, aut tristantur de malis hominum, nisi tantum metaphoricè, quod vniuersim hominum salutem cupiant.* Vide S. Thomam 1. p. q. 113. art. 7.

epist. 5. column. 120. B, tolle glossam, *Angelorum lachrymæ pro hominibus*, & repone, *Cautè lege, & regreditor ad notam*, Epist. 2. column. 113. B.

In S. Paulino Nolano.

epist. 2. column. 141. C, dele glossam, *Dilectione trahi ad mendacium*, & illam alteram paulò inferius, *De charitate in charitatem peccare.*

epist. 4. column. 171. B, tolle notam, *Non meminit scriptura Abraham lauisse Angelorum pedes.*

epist. 9. column. 191. *C*, ad finem scholij marginalis ista adiunge, Ne mireris lector tantis laudibus excipi hic à S. Paulino Ruffinum Origenistam; nam sanctissimo, & candidissimo viro haud adhuc comperta fuerant studia, & conatus Ruffini, quibus vehementer Hierosolymis annisus fuerat, vt errores Origenis in Ecclesiam inducerentur refragantibus totis viribus S. Epiphanio, & S. Hieronymo, *Consule Tom. 5. Annal. Eccles. Anno Christi 397. cap. 8.*

epist. 10. column. 194. B, dele notam, *S. Melaniæ laus*, & scribe, *cautè lege ista de laudibus Melaniæ senioris lector, neq; enim sanctissimo viro Paulino adhuc innotuerant, quæ agente Ruffino per Melaniam de inuehendis in Ecclesiam Origenis dogmatibus, Hierosolymis antea gesta fuerant, ob quæ non laudibus, sed vituperio digna cum primis Melania*, Consule Tom. 5. Annal. Eccles. Anno Domini 397. cap. 8.

column. 196. A, in nota marginis, S. Melaniæ, *dele*, Sanctæ, *idem facito column. 197. C, & column. 199. A*, ad finem ibi in textu, ita & laus in exitu conatur, *appone ad marginem*, Notat Baronius Tom. 5. Annal. Anno 409. cap. 30. Melaniam seniorem postea Catholicam redditam, & piè, sanctèque obijsse.

epist. 36. columna 301 D, tolle glossam, *coniugij incommoda*, & paulò inferius, dele aliam marginis notam, *coniugij malum anceps*.

Epist. 41. column. 311. B, notam marginis ita restitue, *Qui sequuntur 48. non habentur in alijs quibusdam exemplaribus impressis*.

In panegyrico de obitu Celsi pueri, column. 327. E, dele illa verba textus, *In thesauro veterum Poe-*

tarum

tarum, & ſubſtitue, *alia inſcriptio habet*.

column. 328. A, in textu, dele illa verba, *In theſauro veterum Poetarum Eccleſiaſticorum Fabritij*, & repone, *alia inſcriptio præfert*. Tres iſtas notas adiunximus, vt expungatur nomen Georgij Fabritij, eiuſq; operis, quod ſit Auctor hæreticus primæ claſſis.

colum. 332. A, tolle gloſſam, *De reſurrectione minus creditur Deo, quam ipſi telluri*.

In Natali 8. S. Felicis column. 369. C, dele notam marginis, *ſequentes ducentos, & aliquot verſus exſcripſit ex hoc Poemate Georgius Fabritius in ſuo veterum Poetarum Theſauro*.

column. 373. E, derade gloſſam, *Hucuſq; exſcripſit Georgius Fabritius*.

Natali 9. column. 376. in emendato numero E, dele tres vltimas lineas, Sequentes verſus ad 71. exſcripſit Georgius Fabritius in ſuo Eccleſiaſticorum Poetarum Theſauro, eorumq; argumentum ita expreſſit, *De diebus Feſtis olim in Eccleſia celebribus*.

column. 378. C, expunge notam, *Hucuſq; exſcripſit Georgius Fabritius*.

column. 380. C, deme gloſſam, *Hinc rurſus aliquot verſus exſcripſit Georgius Fabritius*.

In Fauſto Rhegienſi Epiſcopo.

column. 401. A, in inſcriptione Operis, & vbicunq; inuenietur nomen *Diui*, vel *Sancti*, præpoſitum Fauſto Rhegienſi Epiſcopo omnino delendum, quod eo prorſus indignus Fauſtus extiterit.

poſt præfationem Gennadij, iſta adiunge, Gennadius, & Fauſtum, & eius Opera laudat: ſed nulla fides in his ei adhibenda, quod eo tempore, quo iſta ſcribebat, nimium Pelagianis addictus, eorum

encomia celebrabat. Notissimum autem est Faustum erroris Semipelagianorum antesignanum, & eius scripta à Sancta Romana Ecclesia repudiari, *vt Tom. 4. initio Operum eiusdem annotabimus.*

ante initium Epistolæ S. Paulini ad Faustum, affigatur hæc nota, Ex stylo, ex doctrina, ex ratione temporum tantum non certa accipitur coniectura, hanc Epistolam neutiquam à S. Paulino Nolano Episcopo conscriptam. Faustus creatus est Episcopus Rhegiensis Anno Domini 472. at S. Paulinus obijt Anno Salutis 431. *vt ex recta temporum ratione in Annalibus Ecclesiasticis demonstratur.* Proculdubio scripta videtur à quodam Benedicto Paulino, ad quem sequens Fausti data dicitur, quæ responsionem ad eandem continet.

column. 403. A, in titulo Epistolæ, vbi dicitur, Sancti Faustini, *dele*, Sancti, & lege, *Fausti*. Et post inscriptionem ista appone, *Hæc Epistola, & sequentia quæ subijciuntur Fausti Opuscula cautissimè legenda, vtpotè opera reiecta, & damnata à Romana Ecclesia.*

column. 403. B, ad marginem scribe, Cum iudicio lege quæ hic Faustus differit; nam etsi extrema necessitate, momentanea vera pœnitentia difficile habeatur; veram tamen, & legitimam interdum posse tunc contingere, nullus vnquam Orthodoxus dubitauit; *Vide Dominic. Soto 4. sent. distinct. 19. q. 2. art. 6.*

column. 405. B, ibi in textu, Quod autem de ipsa anima &c. *adscribe margini*, Caue ista omnia, quæ hoc loco affert Faustus absurda illa prorsus, & erronea, cum ostendere nititur animas humanas esse corporeas.

In scholio marginis ad lit. C, lin. 8. Claudianus Vien-

nensis

nensis Episcopus, *lege*, Presbyter: Claudianus enim frater S. Mamerti non Episcopus: sed Presbyter Viennensis fuit, *vt initio Operum eius annotabimus Tomo 4.*

In S. Paciano Barchinonensi Episcopo.

epist. 1. column. 417. A, dele notam marginis, *Dominum, & fratrem salutat hæreticum.*

column. 419. E, tolle glossam, *Malum ex pœnitentia.*

epist. 3. column. 428. E, ibi in textu, Quia quamdiù peccat, & non pœnitet, extra Ecclesiam constitutus est, *annota in margine*, Locus videtur à Nouatianis corruptus, nisi forsan loquatur de peccatoribus in hæresim lapsis, *vt annotauit Bellarminus, lib. 3. de Ecclesia, cap. 9. ad septimum argumentum.*

column. 430. D, amouenda nota marginis, *Baptismus est donum, pœnitentia autem labor.*

colum. 445. A, ibi in textu, hoc est ergo quod non dimittetur, &c. *appone in margine*, ritè intellige, Lector, verba S. Paciani reliqua peccata dimitti bonis pœnitentibus; non autem blasphemia in Spiritum Sanctum, quia ordinariè, & vt plurimum peccatum eiusmodi non curatur per veram pœnitentiam iusto iudicio, deserente Deo, ac in reprobum sensum tradente eos, qui ita peccant, *vide Bellarminum lib. 2. de pœnitentia cap. 16.*

col. 449. A, tolle glossam, Sancti non exorant pro non pœnitentibus.

col. 449. C, dele notam, Tertullianus post hæresim Catholicus.

In Sermone de Baptismo col. 458. D, ibi in textu, parere enim talibus Dominis res ipsa cogebat, *scribe in margine*, non loquitur de absoluta coactione: sed

sed de necessitate conditionata, & ex suppositione.

In S. Gregorio Nysseno.

col. 463. E, ante scholia Balsamonis, *appone*, reducito in mentem, Lector, Balsamonem esse Græcum schismaticũ, Romanæ Ecclesiæ iniquum; scriptaq; eius cum iudicio legenda, *vide supra col. 75. C.*

col. 472. D, *deme glossam*, auaritiæ pœna nulla constituta à Patribus, ideo inualuit.

col. 473. C, *tolle notam*, Clerici non inquiruntur an sint auari.

In Teophilo Alexandrino Episcopo.

colum. 495. post Indicem Operum Teophili adnecte ista, inter veterum Patrum Opuscula, quæ Sancta Romana Ecclesia custodienda, & recipienda decernit, & mandat, recenset S. Gelasius I. in Conc. Romano. Item Opuscula Beati Teophili Alexandrini Episcopi.

Epist. 1. Paschali colum. 503. A, dele glossam, perfectus homo à Christo assumptus.

Epist. 2. colum. 518. B, *tolle notam*, non valet consequutio, *& litt. D*, *dele aliam glossam*, vix est verisimiliter consequens.

columп. 519. B, *tolle notam*, acerbè contra Origenem; Nam cum Ecclesia Origenem cum suis Operibus damnauerit, nihil contra hæreseos damnatum acerbè dicitur.

In epist. ad Ammonem colum. 541. D, ante Balsamonis Scholia, adfige, hic est Balsamon Græcus, & schimaticus Romanæ Ecclesiæ hostis, propterea scripta eius cautè legenda, *vide colum. 463. E.*

In S. Proclo Episcopo Constantinopolitano.

colum. 547. A, in vtraq; inscriptione literarum maiuscularum scribatur semper, *Sancti Procli Constantinopolitani, &c.*

Et

Et post præfationem, *adde*, plura de S. Proclo ex magnis auctoribus accepta suppeditabunt tibi *quintus, & sextus Annal. Eccles. Tomi*, seorsim de Epistola ista ad Armenios, *Consule Tom. 5. Annal. anno Domini 435. cap. 5. & seqq.* Extat Procli Natalis dies inter alios festos sanctitatis titulo insignis in Romano Martyrologio 24. Octobris consignatus.

col. 549. B, expunge glossam, Christianus moraliter tantum bonus est sine fide, spe, & charitate.

col. 550. D, ibi in textu, vt per primum singularitatem naturæ personæ vtriusq; commendet, haud dubiè error ex scriptoris, locus restituendus hoc pacto, vt per primum singularitatem personæ, naturæ vtriusq; commendet. Vitio enim notarij videtur facta traiectio.

In S. Cyrillo Alexandrino Episcopo.

column. 556. B, ante scholia Balsamonis, adscribe, semper præ oculis habeto lector, Theodorum Balsamonem esse Græcum hominem, ac schismaticum, Romanæ Ecclesiæ infensum: ob id scripta eius, & fide, & auctoritate carere, esseq; cum delectu legenda, *vide supra colum. 541. D.*

column. 557. E, Renunciationes in Ecclesia non admittendæ, *amoueatur tota hæc glossa marginalis.*

In Bachiario.

column. 559. in titulo paginæ, & deinceps in alijs paginarum titulis, delendum nomen, *Diui*, Bachiario præpositum.

column. 567. A, expunge notam, Sepulturæ honos omnibus debetur.

In Antonino Episc. Constantiniensi.

column. A, expunge scholium marginis, *Anima statim beata.*

In

In Symmacho Romano Pontifice.

column. 584. A, tolle notam: Vicarius Petri, *& scribe*, vocat se Pontifex Vicarium Petri lata quadam appellatione, vel modestiæ causa, cum verus Petri successor sit, Christi autem Vicarius. Solent enim Romani Pontifices id honoris Petro deferre, vt eum tanquam Pontificia dignitate sedentem in Apostolica Sede, & gubernantem Romanam Ecclesiam semper agnoscant, quod etsi potestate non præstet, at meritis, & intercessione præclarè representat.

Vicarius Pontificis.

eadem column. A; ibi in textu, Itaq; vt non dicam superior &c. *scribe margini*, Iure dicere poterat, & dixit paulò superius, sed modestia abstinet.

column. 85. A, in textu, Qualiscunq; Sedis Apostolicæ Vicarius &c. *in margine tolle scholion*, Qualiscunq; Vicarius Sedis Apostolicæ, *& substitue*, Modestiæ causa Vicarium se appellat, qui verus, supremus, ac legitimus Præsul erat.

In Agnello Episcopo.

column. 9. B, tolle glossam, Genitorem, & Genitum simul oriri, patet exemplis.

column. 90. C, dele notam, Deus in Christo quomodo passus sit. Patri passio.

In Nicone.

column. 90. D, post inscriptionem Epistolæ Niconis, *affigatur istiusmodi antidotus*, Cautè legenda hæc Epistola; nam vt hominen in iaciendis excommunicationis præcipitem cohibeat, nonnulla interdum ex dicendi calore fundit, quæ præssius discussa, modum excedere, nec satis cum Theologiæ placitis congruere videntur, *Consule Theologos 4. senten. distinct. 18. & Dominicum*

Soto

Soto 4. senten. distinct. 22. q. 1. artic. 3. colum. 91. D, ad verba illa textus, In pane quoq; mystico vtuntur azymis, *ad marginem annota,* Non error conficere Eucharistiam in azymis, vt Auctor iste Græcanico imbutus ritu existimat, cum eum morem consecrandi in azymis persanctè Romana colat Ecclesia.

In Fulberto Carnotensi Episcopo.

column. 535. post Operis inscriptionem adde, Quantum & sanctitate, miraculisq; & doctrina Fulbertus excelluerit, ex idoneis, vetustisq; Auctoribus, *fusè exponitur Tomo 11. Annal. Eccles. præsertim Anno Domini 1028.*

epist. 1. col. 641. A, tolle notam marginis, Eusebius Emessenus; cum certum sit sermonem illum celebrem de corpore Domini, non esse Eusebij Emesseni. *Vide Bellarminum lib. 2. de Eucharistia cap. 30.* esse autem S. Eucherij Lugdunensi Episcopi omnes illas homilias, quæ nomine Eusebij Emesseni circumferuntur, scitum est inter eruditos, *Consule Tom. 6. Annnal. Eccles. Anno 441. cap. 4. & seqq.*

column. 641. D, dele notam marginis, *Fidei summum meritum.*

In Adelmanno.

column. 649. D, & deinceps in titulis paginarum, *dele nomen Diui,* præpositum Adelmanno.

column. 653. E, ibi in textu, Corpus, & sanguinem suum creat &c. *scribe in margine,* Creat, rite intellige, idest, conficit: nam habet aliquid simile creationi transubstantiatio, *Vide S. Thomam 3. p. q. 75. art. 8.*

colum. 656. A, in textu, Atque in eum statum, quo fuerat Adam &c. *repone in margine,* Quod ad essen-

essentiam gratiæ iustificantis dumtaxat attinet, non quoad alias excellentes eius felicis status qualitates.

In Petro Damiano.

Epist. 2. colum. 664. D, inscriptio illa, *ad Hildebrandum Papam, qui & Gregorius Septimus*, deleatur, & hæc substituatur, *ad Alexandrum Papam, & Hildebrandum, qui postea Gregorius Septimus fuit Apologetica Epistola, &c.* & paulò inferius in alia inscriptione, *dilectissimo Sedis, &c.* scribatur, *dilectissimis Sedis Apostolicæ, &c.* vt habetur in Vaticano Codice; nam Epistolam ad hos duos missam, pluribus perspicuè in Annalibus Ecclesiasticis ostēditur, *Tomo 11. anno 1061.* & ex ipsa Epistola facilè animaduerti potest.

Epist. 5. cap. 3. columm. 720. B, *dele notam marginis*, damnatorum animas die Dominico refrigerari, *& scribe*, cautè narrationem istam lege, Auctor, cum primis liberat fidem suam, & opinio illa Prudentij à Theologis exploditur, *vide Sixtum lib. 6. Biblioth. Annot. 47.*

cap. 4. colum. 721. A, in Scholijs capitis, ab illis verbis, *quod si constat, vt in, &c.* ad finem vsq; capitis, dele omnia, *& cap. 5. colum. 722. A*, expunge sex integras lineas vltimas capitis, quæ sunt Scholium, *& vtroq; loco ista repone*, pro tua erga Apostolicam Sedem obseruantia, Lector Orthodoxæ; *Consule de his vndecimum Annal. Ecclesiast. Tomum vbi paratum antidotum ne impingas inuenies.*

Epist. 7. colum. 730. E, & 731. A, *aufer glossam*, liceatne litigare pro iuribus Ecclesiasticis, planè verò id negat Diadochus de perfectione spirituali cap. 64. *& scribe*, non damnat Petrus in Præsidibus Ecclesiæ

clesiæ iustam bonorum Ecclesiasticorum repetitionem, etiam armis cum moderamine, quando aliter recuperari non possunt, sed illationem iniuriæ, odium, amorem, vindictæ, excessum armorum, &c.

Epist. 12. *cap.* 4. *B*, in nota marginis, dele tres priores voculas, Ecclesiæ, *fides est*, & post vocem, *Virginem*, adde, *tanquam de fide non definiuit Ecclesia, asserunt tamen id SS. Hieronymus, Augustinus, & alij, & piè creditur in Ecclesia.*

Epist. 15. *cap.* 30. *colum.* 807. *D*, in nota marginis pro, *voluit*, lege, *vetuit*.

Epist. 16. *cap.* 4. *colum.* 815. *A*, ad initium capitis appone antidotum: cautè lege hoc caput, nam alioqui Christus, & Sacerdotij dignitate, & gratijs omnibus animæ à primo momento suæ conceptionis fuit plenissimè imbutus: Quamuis in Baptismo, & voce Patris, & sacro signo Columbæ Spiritus Sancti, facta fuerit veluti promulgatio quædam gratiarum Christi, indeq; exerceri cœpta munia dignitatum, & missionis Christi, *vide post alios Franciscum Toletum in* 1. *Ioann. Annot.* 71.

colum. 815. *C*, *tolle glossam*, Christus in Baptismo factus est Sacerdos, *ibidem dele illam aliam*, Ecclesia ante annum 30. neminem ad Sacerdotium admittit, *& lit. E*, *expunge notam*, Apostoli in Baptismo à Christo ordinati sunt Sacerdotes, *& substitue*, notum est Apostolos in Sacra Cœna ordinatos à Christo Sacerdotes illis verbis, *hoc facite in meam commemorationem*, *&c.* verùm in die Penthecostes effuso in eos S. Spiritu cœpisse manifestari eorum Sacerdotium, & Sacram Apostolatus functionem, quam tum exercere orsi sunt.

cap. 16. *colum.* 831. *E*, tolle glossam, *Vigilius Papa Martyr*.

colum.

colum.833. C, ad finem Scholij, A, adiunge, *sed certiora, & vberiora de causa Liberij*, ex magnis Auctoribus accipies à Bellarmino lib. 4. de Romano Pontifice, cap. 9. Iodocco Coccio Tomo 1. Thesauri Catholici, & Tom. 3. & 4. Annal. Ecclesiasticorum.

In Hildeberto Turonensi Archiepiscopo.

col. 881. in inscriptione Operis, & deinceps in titulis paginarum nomen *sancti*, vel *Diui*, Hildeberto præpositum, *deleatur*, nam etsi vir magnus, & clarus eum tamen titulum nondum ei Romana Ecclesia defert; *& post præfationem ista adiunge*, Quis autem, qualis, quantusq; fuerit Hildebertus, primum Cenomanensis Episcopus, postmodum Turonensis Archiepiscopus, *e Tomo 11. & 12. Annalium Ecclesiasticorum poteris intelligere*, Floruit tempore Anselmi Cantuariensis Episcopi, & Vrbani II. circiter Annum Domini 1100. Temporibus quoque Honorij I I. clarus est habitus.

In S. Aldelmo Episcopo.

colum. 1005. B, post inscriptionem Operis ista subiunge, Fuit S. Aldelmus Schiriburgensis in Anglia Episcopus doctrina, & sanctitate illustris, cuius natalis dies inter sacros consignatus, *Habetur in Romano Martyrologio 25. Maij. De quo plura tibi indicabunt notæ Baronij cap. 7. huius libri*, ait se fidei rudimenta, & Baptismi Sacramentum à S. Gregorio Magno Romano Pontifice suscepisse.

cap. 23. column. 1041. D, dele notam, D. Cyprianus è mago Episcopus, *& scribe*, Lapsus est S. Aldelmus communi errore Græcorum, cum certum sit Cyprianum illum, qui è mago Martyr euasit,

ſit, longè diuerſum eſſe à Cypriano Epiſcopo Carthaginenſi. *Vide Romanum Martyrologium 14. & 26. Septembris, & notas Baronij vtroque loco.*

In Albino Flacco.

column. 1065. in inſcriptionibus Operum Albini, & deinceps in titulis paginarum, & vbicunq; reperietur *D. Albini*, aut dele, *Diui*, aut expreſſim ſcribe, *Domini Albini &c.*

lib. 3. de Trinitate cap. 17. colum. 1287. D, tolle ſcholion marginis: Hoc non rectè dicitur vt in ſcholio admonuimus.

column. 1293. in inſcriptione ad finem Operis, lin. 2. pro *Sanctorum Patrum*, ſcribe, *veterum Patrum*.

Prætermiſſa

In S. Polycarpo.

column. 49. D. poſt epigraphem Epiſtolæ adde, Indicem Auctorum fide præſtantium, qui de S. Polycarpo perſcripſerunt, ſuppeditant notæ ad Romanum *Martyrologium 26. Ianuarij, & Tomus 2. Annal. Eccleſiaſt.* Huius autem Epiſtolæ ad Philippenſes meminit S. Hieronymus libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis hiſce verbis, *ſcripſit ad Philippenſes valde vtilem Epiſtolam, quæ vſq; hodie in Aſiæ conuentibus legitur.* De ea Epiſtola hæc obſeruauit Baronius in notis. Extat inſignis Epiſtola Polycarpi ad Philippenſes, cuius meminit S. Hieronymus, quam piæ memoriæ vir doctiſſimus pariter, ac Religioſiſſimus Franciſcus Turrianus Societatis IESV, longè prolixiorem illa, quæ habetur Typis excuſſa, apud ſe eſſe Græcæ ſcri-

ptam, cum viueret, testatus est. Speramus eam vnà cum cæteris egregijs vetustatis monumentis, quæ summo labore collegit propediem esse edendam. *Tantum Baronius in Indice Græcorum Codicũ Bibliothecæ Turrianæ, quem texuit nuper Posseuinus, nullum verbum de Græca Epistola Polycarpi.*

In Nicolai Primi Epistolis.

column. 585. post præfationem præfixam Epistolis, adiunge ista. Cæterum de causa Ebbonis, & Rhotoaldi; item de rebus gestis Hinomari cum Nicolao Magno, & Epistolis vltro citroq; datis, & quid in his actum fuerit, quæuè extiterint iura legitima, vel secus istorum Episcoporum; quia res est longissimæ perquisitionis, vberiora de his omnibus, & certiora ex magnis Auctoribus, & monumentis collecta continet *Tomus 10. Annal. Ecclesiasticorum*, illuc Lectorem amandamus.

In S. Theodoro Studita.

column. 645. post inscriptionem Epistolæ appone, Nobiles S. Theodori Studitis agones, & Triumphi pro Religione Catholica, ex vetustis scriptoribus, & ex ipsiusmet Theodori Epistolis accuratè recensentur, *Tomo 9. Annalium Ecclesiasticorum*, vbi de scriptis eius etiam agitur. Obijt sub Michaele Balbo Anno salutis 826.

In Iuone.

column. 647. D, post inscriptionem Epistolæ, adde, De Iuone Carnotensi Episcopo plura ex antiquis scriptoribus, & ipsius Epistolis accepta referuntur, *Tomo 11. & 12. Annalium Eclesiasticorum*.

Tomo

Tomo IIII.

In prima Operis inscriptione lin. 3. pro, *Sanctorum*, scribe, *Veterum*.

In auctorum Indice in titulo lin. 1. pro, *Sancti*, scribe, *veteres*, Indicis pag. 1. lin. 14. *D. Iuliani Pomerij*, dele, *Pomerij*, lin. 25. *Optati Afri*, repone, *Sancti Optati Afri*, *&c.* lin. 30. S. Gelasij Pontificis Maximi de duabus naturis, &c. dele, *Sancti*, *&* *Pontificis Maximi*, lin. 31. D. Ioanns Maxentij, dele, *diui*, lin. 35. *D. Vigilij Martyris, & Episcopi Tridentini*, dele omnia, & tantum scribe, *Vigilij contra Eutichen.* lin. 39. Claudiani Mamerti Viennensis Galliarum Episcopi, *lege*, Presbyteri.

pag. 2. Indicis lin. 6. D. Rustici, *dele*, Diui, *aut exprime*, Domini Rustici, lin. 6. D. Pelegrini, *dele*, Diui, lin. 14. D. Bertrandi, *dele*, Diui, *lin. 19.* D. Constantini, *lege*, Domini Constantini, *lin. 48.* lege expressim, *Domini Gennadij*, *&c.*

In S. Philiastrio Brixiensi Episcopo.

colum. 1. post secundam præfationem ex Trithemio, ista adiunge, De S. Philastrio plura indicabunt tibi ex probatis Auctoribus Notæ ad Romanum Martyrologium 18. Iulij. Quo die Natalis S. Philastrij inter Sacros inscriptus habetur publicis Romanæ Ecclesiæ Tabulis. Verum etsi S. Philastrius Sanctitate, & doctrina præclarus extiterit; hoc tamen eius Opus de hæresibus, cautè, & cum iudicio quibusdam in locis legendum, quod nonnulla contineat cum placitis rectè Theologiæ non satis cohærentia, S. Augustinus præfatione in librum suum de hæresibus, ad quod vult Deum, monet doctius

de hæresibus perscripsisse S. Epiphanium quam S. Philastrium.

Hæresi 49. colum. 27. C, *ante initium capitis annota*, cautè lege hoc caput, nam S. Philastrius existimat primi hominis animam; cum SS. Patres fermè omnes, & explanatores Geneseos eruditè, piè, orthodoxè, historicè, & germanè Spiraculum vitæ præfato loco, Animam rationis participem intelligant, *vide Castrum lib. 2. aduersus Hæreses verbo Anima, Hæresi 2. & Sixtum lib. 5. Biblioth. Annot. 27.*

Hæresi 56. colum. 30. B, *ad initium capitis adscribe*, cautè lege hoc caput, nam S. Philastrius in hæresi ponit existimare ante constructionem Turris Babel vnam tantum fuisse linguam in mundo; cum tamen Scriptura Sacra, & Sancti Patres fermè omnes non nisi vnam linguam inter homines fuisse ante ædificationem Babel, apertissimè doceant, *addito recentiores Genes. 11. Interpretes, Castrum, lib. 9. aduersus hæreses verbo lingua, Sixtum lib. 5. Biblioth. Annot. 87.*

Hæresi 63. colum. 35. D, *ibi in textu*, à Domino vsq; ann. 430. plus, *appone in margine*, Latinius vir eruditus mendum hoc loco illapsum in numerum leui mutatione ita restituendum putauit, 380. nam S. Philastrium non potuisse peruenire ad annum Domini 430. perspicua est ratio, siquidem obijt superstite ei S. Ambrosio, vt certum est ex Sermone S. Gaudentij successoris S. Philastrij, quem de sua ordinatione habuit, at notum est S. Ambrosiũ emigrasse Cæsario, & Attico Consulibus Anno salutis 397. *Consule notas ad Romanum Martyrologium 18. Iulij.*

Hæresi 69. colum. 37. D, *ibi in textu*, cum, & in ventre

ventre sanctificati sint, vt Patriarchæ, Prophetæ, Iudices, Hieremias, & Ioannes Baptista,&c. *scribe in margine*, cautè lege, nam si loquamur de vera sanctificatione à peccato originali, Hieremiā, Ioannem Baptistam, & Deiparam solos sanctificatos in vtero docent Theologi.

Hæresi 79. colum. 44. A, *ad initium capitis adscribe*, cautè legendum est hoc caput, neq; enim hæresis est, aut error existimare non omnes Psalmos editos à Dauide, cum multi Patres, & recentiores hoc sentiant, & adhuc in opinione Doctorum ista quæstio ventiletur, *Consule Sixtum lib. 1. Bibliothec. & Psalmorum interpretes in Præfationibus.*

Hæresi 82.col.46.A, *ad initium capitis adscribe*, cautè legendum hoc caput, nam non est hæresis putare stellas esse Cœlo infixas, cum id Philosophi, Peripatetici, & Astronomi, atq; Scholastici Theologi summo consensu affirment, quamuis nonnulli ex veteribus Patribus dissentiant, *vide S. Thomam prima par. q. 70. art. 1. ad 3. & Sixtum lib. 5. Biblioth. Annot. 14.*

Hæresi 89.colum.55.A, *tolle notam marginis, 2.Reg.11.* vxorum, & concubinarum Salomonis multitudinem numerosam mysticè esse intelligendam, *& repone*, nō intelligit S.Philastrius de loco 3.Reg.11. vers.3. quē historicè accipiendum non est dubium: sed de loco Canticor.6. vers.7. quem mysticè pleriq; Patrum interpretantur.

In S. Vincentio Lirinensi.

Colum. 61. post præfationem ex Gennadio, *adde ista*, de S. Vincentio Lirinensi plura indicabunt tibi Lector, *notæ ad Romanum Martyrologiū 24. Maij.*

Cap. 24. colum. 77. E, *ibi in textu*, scripturis suis Propheta desunt aliquot verba, quæ ita restituan-

tur ſcripturis ſuis Eccleſiæ Dei diceretur: Si ſurrexerit in medio tui Propheta. Et mox, &c.

cap. 42. colum. 88. C, *in nota marginis*, pro, *triduo*, lege, *triennio*.

In Leontio Aduocato.

Colum. 91. B, *poſt inſcriptionem Operis iſta adde*, cum actione S. Seriem Alexandrinorum Epiſcopum ad S. vſq; Eulogium dumtaxat perducat, qui temporibus S. Gregorij Magni ſedit; videtur circa hæc tempora idem Leontius claruiſſe.

Actione 2. colum. 96. B, *in textu ibi*, hi ſunt libri tam priſci, &c. *appone ad marginem*, diminutè Catalogum librorum diuinorum texuit, nam Tobiam, Iudith, Eſther, Sapientiam, Eccleſiaſticum, & Machabeos perperam omiſit.

In Iulio Firmico.

Colum. 123. D, *poſt præfationem adiunge*, hæſitat Baronius Tomo 3. Annal. num iſte Iulius Maternus ſit illemet Iulius Epiſcopus Mediolanenſis, qui interfuit Concilio Romano ſub Iulio Primo, & in Romano Martyrologio 18. Iulij, Maternus appellatur, Sanctitatis, & eruditionis laude clarus, *Ipſum Conſule anno Chriſti 337. cap. 74.*

Cap. 4. colum. 127. D, *aufer gloſſam marginis*, in viro fœminam quærere.

Cap. 14. colum. 136. D, *tolle notam*, Dœmones idolthytorum cruore nutriri, *& ſcribe*, cautè lege, nam Firmicus eo tenetur errore, Dœmones eſſe corporeos, & ex corporea materia generari, atq; nutriri.

Cap. 19. colum. 141. B, *in textu*, tunc tu per interiecta, &c. *ſcribe in margine*, cautè lege, nam videtur innuere eos, qui nunc ſunt in Inferno, petere aquam ab his, qui ſunt in Cœlo, *notauit hunc locũ Ioannes Maldonatus in 16. Lucæ verſu 23.*

Cap.

Cap. 23. colum. 145. D, *expunge notam*, Diabolus est Antichristus, *& substitue*, cautè lege, nam verus Antichristus, quia aduersatur Christo, *vide lib. 2. supradicti Theologi Dominicani de Antichristo cap. 7.*

Cap. 25. colum. 146. D, *dele notam*, iustorum meritum, *& ad verba illa textus*, ne iustorum meritum ex longa desperatione concideret, *adscribe in margine*, cautè lege, nam dissonant hæc à placitis veræ Theologiæ, Patres enim in Limbo erant confirmati in gratia, nec desperare, nec peccare, nec merita in hac vita comparata amittere poterat.

Colum. 147. C, *tolle notam*, Angeli nescierunt Christi aduentum in terras, & paulò superius B, *ad verba illa textus*, hoc Angelis nescientibus, &c. *affige margini*, sciuerunt quidem Angeli, aduentum Verbi in terras: sed circumstantias quasdam atq; rationes tanti mysterij non nouerunt, nisi forsan aliquas edocente Christo, *vide S. Thomam 1. par. q. 57. art. 5. & eius interpretes, Sixtum quoq; lib. 6. Biblioth. Annot. 165. 182. 299. 320.*

In Hermia Philosopho.

Colum. 157. A, *tolle glossam*, Philosophos vera de Deo non posse dicere.

Colum. 158. C, *dele notam*, veritati proxima falsitas.

In Zacharia Mytilenensi.

Colum. 184. B, *dele notam*, sana opinio, *& adscribe*, cautè lege, nã innuere videtur Angelos creatos ante mundum corporeum; quæ sententia iam absq; temeritate adstrui non potest, *vide S. Thomam 1. p. q. 61. art. 3. atq; eius interpretes.*

In Theodoro Abucara.

Colum. 187. in titulo paginæ, & deinceps in aliarum paginarum titulis *D. Theodori*, dele, *diui.*

Cap. 3. primæ diſputationis colum. 191. C, *in textu ibi*, qui porrò fieri poteſt, &c. & cap. 5. Colum. 192. C, *in textu ibi*, ſui ipſius per ſeipſum notitiam aſſequi non poteſt, &c. *vtrobiq; apponatur hoc marginale ſcholion*, cautè diſcurſum iſtum lege, nam non ſatis ad normam rectè Theologiæ cõformatur, de actu enim intelligendi notionali, non eſſentiali dumtaxat verum habet; Eſſentialiter enim Deus ſe per ſe ipſum intelligit, ideſt, per ſuam eſſentiam; notionaliter verò intelligit Pater per aliquid a ſe diſtinctum in perſona non in natura, nempè per verbum.

Cap. 4. colum. 192. B, *ibi in textu*, in quocumq; die ex ligno vitæ comederet morte moriturum eſſe, *adnota in margine*, lapſus Auctoris, vel interpretis, vel Typographi, *ſubſtitue*, ex ligno ſcientiæ boni, & mali.

Diſput. 5. colum. 198. C, *ibi in textu*, oſtendit Chriſtum eſſe verum; quamuis homo fuerit, &c. *addita vocula reſtitue*, eſſe verum Deum, quamuis, &c.

In S. Iuliano Archiepiſcopo Toletano.

Colum. 209. & 211. in quatuor Operis inſcriptionibus, & in titulis paginarum, cum dicitur, D. Iuliani Pomerij, *delenda ſemper vox Pomerij*, & colum. 211. poſt præfationem addantur iſta; S. Iulianum Archiepiſcopum Toletanum, alium longè diuerſum eſſe à Iuliano Pomerio natione Mauro, Ambroſius Morales in Hiſpanico Chronico, *Baronius in Notis ad Rom. Martyrologiũ 8. Martij, & alij tã perſpicuis argumẽtis oſtenderunt, vt nullus iam ſit relictus dubitandi locus. Ipſos Conſule.*

Lib. 1. colum. 223. D, *tolle notam*, Rex quidam Iudæorum in Oriente.

Lib. 2. colum. 237. C, *tolle notam*, credendum ſine

ratio-

ratione, & paulò inferius D, *deme alteram glossam*, disputatio fidei repugnat.

lib. 3. column. 243. C, *expunge glossam*, Codices septuaginta interpretum Hebræis præferendi, & *scribe*, Cautè lege, nam certum est Ecclesiam Catholicam in editione vulgata approbare eam annorum rationem, quæ est in Codicibus Hebraicis Genes. 5. & 11. cum vulgata egregiè Hebraico fonti consentiat in ætatum enumeratione, atq; supputatione temporum, *vide librum supradicti Theologi Dominicani de Antichristo 1. cap. 14. & 16.*

In Rabbi Samuele Marrochiano.

column. 249. C, *dele notam marginis*, scripsit ad annum 1000. & *post præfationem adde*, Cum Samuel iste dicat cap. 1. se scripsisse hanc Epistolam post mille annos completos, & vltra, ab vltima Hierosolymorum per Titum deuastatione, & ea clades secundum certiorem chronologiam inciderit in Annum Domini 72. colligitur, Samuelem scripsisse circiter annum Salutis 1100.

cap. 13. column. 261. C, *ibi in textu*, Quod Mathusalem & Henoch iusti, & Helias Propheta &c. *adscribe margini*, Cautè lege, nam de Henoch, & Elia tantum, ex scripturis docent Patres viuos in corporibus ex hominum consortio assumptos; de Mathusalem verò nec scriptura indicat, neç vllus Patrum prodit.

Ibidem paulò inferius, cum ait Samuel; de Mose etiam non est dubitandum, quin sit in cœlo in corpore, & anima, vt dicit Deuter. 34. &c. *affige ad marginem*, ita quidem de Mose sensit Philo lib. 3. de vita Mosis: sed est opinio aliena prorsus à mente Sanctorum Patrum, cum ante descensum Christi ad inferos

inferos, eiuſdemq; in Cœlum aſcenſum, nullum fuiſſe beatum, aut in Cœlum receptum fides Catholica doceat. Potuit quidem Moſes cum Chriſto reſurgere, cum eodemq; in Cœlum conſcendere, vt multorum eſt probabilis opinio, at quod Moſes ſtatim à morte ſua reſurrexerit, & in Cœlum ſublatus ſit, idq; colligere ex verbis Deuter. 34. manifeſtus eſt error, *vide librum 9. ſupradicti Theologi Dominicani de Antichriſto, cap. 8.*

eadem column. D, *tolle gloſſam*, Moſes, & anima, & corpore beatus.

In Victorino Afro.

column: 289. *in margine vbi dicitur*, Euſebius Cæſarienſis fuit, *locum reſtitue in hunc modum*, Euſebius Nicomedienſis hic fuit, vt liquet ex S. Epihanio hæreſi 69. Theodoreto lib. 1. Hiſtoriæ Eccleſ. cap. 5. & 6.

column. 291. *poſt præfationem apponatur huiuſmodi nota*, Opus iſtud Victorini ob obſcuritatem cum iudicio legendum; nam nonnulla continet duriuſcula, & ab vſu loquendi Theologorum aliena.

column. 311. D, *deme gloſſam*, Nomen ſubſtantiæ non reperiri in ſcripturis.

column. 330. E, *tolle notationem*, Generationis Opificem Spiritum Sanctum Matrem Chriſti, *& adſcribe*, Cautè lege, nam abhorret à more loquendi Theologorum, Spiritum Sanctum quaſi matrem eſſe IESV.

lib. 3. column. 350. B, *tolle notam*, Voluntas Patris nihil aliud eſt, niſi ſilens Verbum, *& appone*, cautè lege, nam nimis obſcurè loquitur, cum ait Patrem eſſe verbum ſilens, & Filium Verbum ſonans, & eſſe Verbum Verbi; aliena enim hæc ſunt, nec cum Theologia rectè concordant, niſi duræ iſtæ

& abſo-

& absonæ locutiones emolliantur Patrem esse Verbum productiuè, quia generat verbum: sed nunquam ita loquendum.

lib. 4. column. 363. D, *in nota marginis*, quæ à corporeis nexibus sunt immunda, rectius viuunt, *restitue*, immunia.

column. 364. C, *expunge glossam*, Angeli ex animis, & supra animas, *& scribe*, locus difficilis, & obscurus, forte, & deprauatus, qui traiectione videtur redintegrandus: item & anima ex animis, & Angeli supra animas &c.

hymno 3. column. 383. A, *ibi in textu*, Ter ipsa substantia, *adfige margini*, Cautè lege, ter, idest in tribus, alioquin certum est, substantiam, seu naturam diuinam non numerari: sed esse vnam simplicissimam, plusquam vnam numero, *& lit. B, in textu*, Genito genitus, *scribe in margine*, Genito genitus, idest, procedens.

Ibidem lit. E, in textu: Tu logon Deus creasti, hinc Deus factus Pater, & quia à te creatus est logos &c. *ad marginem annota*; Cautè lege; nam solet Victorinus creandi, & faciendi verbo pro generandi, & producendi vti.

In carmine de Machabæis ad finem column. 392. A, *ibi in textu*; Dum puer ista gerit, soluerunt gaudia matrem, *annota in margine*, Dissentiunt à Victorino in genere mortis matris Machabæorum, alij fermè omnes Patres, *Consule Sixtum Biblioth. lib. 5. annot. 284. & Serarium in 2. Machabæor. 7.*

In Idacio Claro.

Column. 391. B, post præfationem ex additionibus ad Trithemium, *ista adiunge*, Existimatur hic esse ille Ithatius, seu Idacius Clarus Hispanus Episcopus

scopus, qui Apologeticum scripsit aduersus hæresim Priscillianistarum, vt ait S. Isidorus lib. de viris illustribus cap. 15. idemq; ille ipse, qui Priscillianum hæresiarcam reum egit apud Maximum Imperatorem, ac tandem effecit, vt sæculari gladio truncaretur, *vide plura de eo apud Sanctum Seuerum Sulpitium, lib. 2. Historiæ sacræ, & dialogo 3. de vita S. Martini*, sed audi S. Isidorum, Ithacius Hispanus Episcopus, cognomento, & eloquio clarus, scripsit quendam librum sub Apologetici specie, in quo detestanda Priscillianorum dogmata, & maleficiorum eius artes, libidinumq; eius probra demonstrat, *& post pauca*, Hic autem cum Vrsacio Episcopo ob necem eiusdem Priscilliani, cuius accusatores extiterant, Ecclesiæ communione priuatus exilio condemnatur, ibiq; die vltima fungitur, Theodosio Maiore, & Valentiniano regnantibus. Tantum S. Isidorus quem hunc aduersus Varimadum Commentarium latuisse, cum eius non meminerit, certum est, *vide notas ad lib. de viris illustribus S. Isidori, cap. 9.*

Column. 391. B, *in nota marginis ad præfationem, quæ dicit*, Reges quidam Arianis fauebant, *adde* forsan intelligit Iustinam, quæ à filio Valentiano edicta pro Arianis extorquebat.

Column. 396. B; *tolle glossam*, Pater ingenitus ex scripturis propriè non potest probari, *& ad verba illa textus*, nec perdere penitus possis, nec probare &c. *adscribe margini*, Cautè lege; nam etsi expressis verbis non extet in Sacris literis scriptum; Patrem ingenitum, at ineluctabili consequutione hoc ipsum ex scriptura fides Catholica colligit.

Lib. 3.

Lib. 3. colum. 434. D, glossa; mors scripturæ, *emenda*, Mos scripturæ.

In Paulino Aquileiensi Episcopo.

Column. 453. E, *post inscriptionem Operis ista adde*, Habitus est Paulinus Aquileiensis Episcopus doctrina, & sanctitate celebris, ipsumq; & in vita, & post mortem claruisse miraculis, produnt monumenta Aquileiensis Ecclesiæ, moritur tempore Caroli Magni Anno salutis 802. *plura de eo in Annal. Eccl. Tomo 9. Anno 802. cap. 16. & seqq.*

In S. Optato Mileuitano Episcopo.

Column. 463. in inscriptionibus Operis, & in titulis paginarum, *vbi dicitur Optati*, scribatur semper, *s. Optati*, & post præfationem ex D. Hieronymo, *adiunge*, fuisse S. Optatum doctrina, & sanctitate percelebrem certum est, eius natalis dies inter Sanctos Martyrologio Romano 4. Iunij adscriptus habetur. Circa initia Pontificatus S. Damasi scripsisse hunc Commentarium ex ipsius scriptis magnis coniecturis ostenditur Tomo 4. Annal. Ecclesiast. Anno Domini 368. de quo plura ibidem ex præstantibus Auctoribus.

Lib. 2. column. 478. B, ibi in textu; Damaso Sincius *ad marginem annota duæ illæ voculæ*, Damaso Sincius, creduntur additæ à librario, qui Sincij tempore librum Optati exscripsit; nam Optatum non peruenisse ad tempora Sincij; omnes æquè consentiunt, *Vide Franciscum Balduinum in notis, & Baronium Tomo 4. Annal. Anno Christi 368. cap. 17. & in notationibus ad Romanum Martyrologium 4. Iunij.*

Column. 483. C, *expunge glossam*, Constantius Imperator Apostata, *& scribe*, Intelligit S. Optatus de Iuliano Apostata, ad quem misisse legatio-

nem

nem Donatistas pro sua causa, constat ex S. Augustino lib. 2. contra litteras Petiliani cap. 97. & Epist. 166. ad Donatistas.

Lib. 5. col. 513. A, *tolle notam*, Baptisma Ioannis plenum ante leges.

In Ioanne Romano Pontifice.

Column. 553. C, *post inscriptionem Epistolæ appone*, Hanc Epistolam esse germanam, ac genuinam à Ioanne Secundo Romano Pontifice editam, nullum est dubium, *de qua plura vide Tom. 7. Annal. Anno Christi 534. cap. 23. & seqq.*

In Gelasio de duabus naturis.

Column. 557. C, *post inscriptionem Operis ista subiunge*, Omnes fermè scriptores recentiores Orthodoxi vna sententia consentiunt, Opus istud, vt nunc habetur non esse S. Gelasij Papæ Romani, Primi eius nominis, *Consule Canum lib. 6. de locis Thologicis cap. 8. solutione ad 9. argumentum, Suffridum Petri præfatione ad Gennadium de scriptoribus Ecclesiast. Bellarminum lib. 2. de Eucharistia cap. 27. Baronium Tomo 6. Annal. Anno 496. c. 2. & seqq.* & vt alias interim loculentas rationes omittamus, illas nunc satis esse putamus. Primum, quod Gennadius lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 14. Hæc de S. Gelasio scribit; Gelasius Vrbis Romæ Episcopus scripsit aduersus Euthychetem grande, & præclare volumen, *Et Anastasius Bibliothecarius lib. de Romanis Pontificibus in Gelasio, inquit*, Hic fecit libros quinque aduersus Nestorium, & Euthychetem, qui hodie in Bibliotheca, & archiuio Ecclesiæ continentur. *Hæc ille*, At Opus istud aduersus Nestorium, & Euthychetem, quod hic nomine Gelasij ponitur, nec grande, nec præclarum,

nec

nec in quinque libros extensum: sed perbreue nimis existit. Deinde, quia subiecturus testimonia veterum Patrum de duabus Christi naturis, ita præfatur, *colum. 566. E, lin. antepenultima dicens*, Catholicorum subiecta testimonia Magistrorum recensita testantur: Atqui inter alia Sanctorum, & Orthodoxorum Patrum testimonia tres affert sententias Eusebij Cæsariensis, quem fuisse Arianorum antesignanum à Patribus, & Concilijs conclamatum, certissimum est, & hoc notissimum fuisse S. Gelasio, non est dubium cuius ipse scripta in Concilio Romano publicè damnauerit. Vnde non est verisimile S. Gelasium Eusebij testimonio tanquam Catholici Patris vllo pacto vsurum. Deniq; Auctor huius Operis cum in re tanta testimonia veterum Patrum se colligere profiteatur, Græcorum tantùm adducit, & Latinorum, vnius Ambrosij, & Damasi dumtaxat affert, haud sanè fecisset id S. Gelasius, nec omisisset Hieronymum, Augustinum, Leonem, & alios Latinos Patres, quos, & notiores, & magis haberet ad manum.

Cuius autem Auctoris sit istud genuinum Opus, altercantur eruditi Canus, & Bellarminus Gelasio Cæsariensi Episcopo tribuunt, *de quo S. Hieronymus lib. de scriptoribus Eccles. cap. 130.* Suffridus Gennadij Massiliensis esse putat. Verùm coniecturis istis grauiter, & eruditè confutatis Baronius germanum Operis Auctorem se tandem reperijsse existimauit; nempè fuisse Gelasium quendam Græcum scriptorem, qui sub Basilisco Imperatore ad annum Domini 476. floruerit. Indicia ista profert, primum, quia Photius in Bibliotheca prodit ab Gelasio quodam Græco conscriptam historiam de rebus gestis in prima Nicœna Synodo; quæ historia

storia è Vaticana Bibliotheca edita est ab Alphonso Pisano Iesuita in suo Nicœno Concilio. Secundò quia ille Græcus Gelasius in Præfatione ad prædictam historiam, ait se exagitatum ab Hæreticis Eutichianis, qui sub Basilisco Imperatore inualuerant. Tertiò addit se eosdem Eutichianos disputãdo cõfutasse: conueniunt autem ista mirificè cum his, quæ in hoc Libello de duabus naturis Auctor fermè verbis præscribit, cum ait recentem fuisse ea de re altercationẽ. Quartò, quia ille Græcus Gelasius plurimum laudat Eusebium Cæsariensem, & Magnificis Orthodoxorum titulis exornat, dealbans Aetiopem; Vnde nihil mirum si in hoc Opere de duabus naturis, eiusdem Eusebij testimonia in medium producat. Hæc strictim Baronius, quem tu de his latius differentem adito. Et vt nihil interim omittamus, quod vel coniectura saltim aliqua fulciri queat, si quis contendat, hunc Commentariolum à Græco aliquo, qui Græcorum tantum Patrum sententias collegerit, ex amplo illo S. Gelasij Opere decurtatum, aut sanè breui Epitome delibatum, non adeo repugnauerim. Nam equidem Ioannes Secundus Epist. ad Auienum, aliosq; Senatores, quæ in hac Bibliotheca proximè antehũc librum Gelasij ponitur, citat Gelasium ex libro aduersus Nestorium, & Eutichen, quòd testimonium initio huius Libelli extat: & quamuis Gelasium non appellet Romanum Pontificem, vt nec Leonẽ, quem etiam adducit, tamen non leuis prorsus suspicio est, Ioannem haud producturum in re tanta sententiam Græci Auctoris non ita clarè, aut celebris, & qui Eusebium Cæsariensem laudibus extulisset, præsertim cum non nisi ante 60. annos scripsisset.

Colum.

Colum. 557. D, *ibi in textu*, contra autem Nestorianos, qui diuidunt naturas in eodem Domini Sacramento, Incarnationis, vnam nostra confessione promendam, *in margine adscribe*, vel locus est excribentium vitio deprauatus, & pro, *naturas*, legendum, *personas*, vel *naturam*, pro, *persona*, impropria loquutione vsurpauit, *vide Baronium Tom. 6. Annal. Anno Domini 496. cap. 12.*

Colum. 565. E, *ad verba illa textus*, & tamen esse non desinit substantia, vel natura panis, & vini, &c. *tolle glossam*, Cautè, quia effectum, & proprietatem substantiæ habet, vt alere, & similia, Quia vel diminuta est, vel ambigua; rapi enim potest in sensum hæreticum, quasi probet re vera manere in Eucharistia veram substantiam panis, & vini, quia effectus, & proprietas substantiæ manet, vt nutrire, &c. quæ indicant ibi adesse substantiam, *proinde hoc sanum margini affige scholion*, ritè Lector intellige verba Gelasij, substantiam panis, & vini appellat, non ipsam veram substantiam vocat naturam, & essentiam accidentium, quæ manent in Eucharistia, & Theologi species vocant, quæ quia vicem, & proprietatem substantiæ induunt in nutriendo, &c. quodammodo hac etiam ratione substantia dici queunt. Hunc autem morem loquendi non esse alienum à Patribus, nec à Gelasio præsertim, *abundè te docebunt Bellarminus lib. 2. de Eucharistia c. 27. Baronius Tomo 6. Annal. anno Christi 496. cap. 8. & seqq.*

Colum 565. E, *ad verba illa textus*, & certè imago, & similitudo corporis, & sanguinis Christi in actione mysteriorum celebrantur, *dele glossam marginis*, refer ad corpus cruentum, & visibile, vtpotè

diminutam, *& scribe*, non negat Auctor verè, & realiter esse in Eucharistia verum Corpus, & Sanguinem Christi, sed ait, non solum ipsas species Sacramentales panis, & vini esse signa Corporis, & Sanguinis Christi, ibi re vera existentium: sed etiam ipsum corpus, & sanguinem Domini, vt sunt in Sacramento sub illis speciebus, esse signa, seu Symbola eiusdem Corporis, & sanguinis Christi, vt fuerunt in Cruce, repraesentatur enim in Eucharistia mysteriũ Dominicae Passionis, *vnde S. Chrysostomus Homil. 17. in Epist. Hebrae. ait*, Eucharistiam esse typum, seu figuram Sacrificij Crucis, cum tamen, & ipsa verum sit Sacrificium, *vide Bellarminum lib. 2. de Eucharistia cap. 15.*

Colum. 566. E, *ibi in textu*, cum Sedem Apostolicam vestra dilectio vnanimiter teneat, *locum restitue*, cum fidem Apostolicam vestra, &c. *& ad margi-nem annota*, ante legebatur, Sedem Apostolicam, *sed scribendum*, fidem Apostolicam, *monuit Canus lib. 6. de locis Theolog. cap. 8. ad 9. argumentum*.

In Ioãnne Maxentio.

Colum. 575. C, in inscriptione Operis, & in titulis paginarum; vbicunq; dicitur, *Diui Ioannis Maxentij*, dele, *Diui*, & post inscriptionem Operis appone huiusmodi antidotum, Ioannem Maxẽtium, & socios eius Monachos Scythas (quorum nomina, vt Iustinianus in Epist. ad Hormisdam Papam testatur, sunt, Achilles, Ioannes, Leontius, Maxentius) fuisse palàm Eutychianos perfidos, dãnatos à Romana Ecclesia, & ingentes turbas in Ecclesia Catholica excitasse, cum Constantinopoli, tùm Romae, ex multis relationibus, & Epistolis Legatorum Hormisdae Papae, *quae habentur Tom. 1.*

Tom. 1. Epistolar. Romanor. Pontificum, & ex varijs Epistolis eiusdem S. Hormisdæ, illa præsertim ad possessorem Episcopum, apertissimè intelligitur, profitebantur enim specietenus, se Concilij Chalcedonensis assertores, vt videre est in toto hoc opere, ac potissimum in hac, quæ præfigitur fidei professione, cum re vera fidem Concilij Chalcedonensis arte subdola, ac vafricie hæreticis insita, labefactare niterentur. Sed totam eorum historiam, quod prolixa sit, & hoc loco inseri nequeat, accuratissimè expositam, *lege Tomo 7. Annal. Eccles. anno Domini 519. cap. 81. vsq; ad 89. & cap. 97. vsq; ad 126. & anno 520. cap. 12. vsq; ad 28.* quocirca omnia, quæ hic ponuntur Opera Maxentij cautissimè legenda, nec illis fidendum, cum lateat Eutychianæ hæreseos venenum. Excusandusq; Cocleus, qui Opera Maxentij sub nomine Orthodoxi Patris primus edidit, si technas, & imposturas calidi Eutychiani vir probus, & sincerus non introspexerit, cum Epistolas tempore Horsmidæ Papæ vltro citroq; datas, in quibus doli, fraudesq; Maxentij, ac sociorum detegebantur ad manum non habuerit, *vide Tomo 7. Annal. anno Christi 519. cap. 103. & anno 520. cap. 27.*

Colum. 576. *dele glossam marginis,* Fidem augeri non posse.

Column. 577. *in inscriptione illa,* Ioannis Maxentij de Christo Catholica professio, *dele vocem Catholica,* & post inscriptionem ista annota: Totus est Maxentius in hac suæ fidei professione, & in alijs Operibus suis, quæ huic Tomo inseruntur, vt propter professionem, & approbationem fidei Concilij Chalcedonensis contra Nestorianos, &

Eutychianos, adderetur, & stabiliretur hæc propositio. CHRISTVS *vnus de Trinitate, passus, vel crucifixus est*, quæ licet de se alioquin sanum, & catholicum sensum ferre possit, tamen legati S. Hormisdæ Papæ apud Constantinopolim, ipse S. Hormisdas, & plurimi alij Sancti, & Orthodoxi viri eandem vehementer improbabant, & tanquam nouam, & hæreticam explodebant, quod in ea sub melle venenum Eutychianum occultaretur. Causas cur eam meritò repudiarent, exhibent tres inter alias Ferrandus Carthaginensis Diaconus celebris eius temporis scriptor, *Epist. ad Anatolium Roman. Eccl. Diaconum*. Prima erat nè dicendo vnus de Trinitate putaretur aliud esse vnum & aliud Trinitatem. Secunda ne videretur dici diuinam naturam passam. Tertia nè conciperetur, vel filius Trinitatis, vel Deus Trinitatis. *Consule ipsum latius ista explicantem, & epistolas Hormisdæ, & legatorum eius Tomo 1. Epistolarum Roman. Pontificum*, insuper quæ accuratè annotat *Baronius Tomo 7. Annal. Anno 519. cap. 85. & 106. & 112.* Quamobrem suspenso pede, & sacri iudicio, hæc Opera Ioannis Maxentij tanquam hæretici Eutychiani, eò perniciosioris, quo cultioris tibi legenda propone, ne impingas.

Column. 583. *post inscriptionem illam*, eiusdem contra Nestorianos capitula, *scribe ista*; Duodecim istos anathematismos, esse illas contestationes, quas Monachi Scythæ publicè Romæ affixerant, cum ex vrbe, in qua S. Hormisda Pontifice custoditi seruabantur, clam aufugerunt, non prorsus alienæ coniectatur, *Baronius Tomo 7. Anno 520. cap. 25.* In primo Anathematismo, cum ait; vnam naturam Dei verbi incarnatam. *Nota fraudem hære-*

hæreticam, lector est quidem hæc assertio de se vera, & Orthodoxa; natura verbi, vel diuinitas est incarnata. *Sic enim locutos constat S. Athanasium S. Cyrillum, quos citat S. Ioannes Damascenus lib. 3. de fide cap. 6. S. Fulgentium quæst. 2. ad Ferrandum, Concilium Lateranense sub Martino Primo Canone 5. Petrum Diaconum libro de Incarnatione cap. 2. S. Thomam 3. p. q. 3. art. 2. & alios*. Si quidem hunc sensum Catholicum accipit; Natura diuina est incarnata, idest vnita carni, vel quia naturam carnis assumpsit. Cæterum, quia Eutychiani eam propositionem, vnam naturam Dei verbi incarnatam, prauo, & hæretico sensu detorquebant, quasi in Christo non esset nisi vna natura diuina, in quam conuersa fuerit natura humana, nullo pacto ferenda est in Eutychiano homine, qualis fuit Maxentius; nam etiam Dioscorus cum ab Orthodoxis Episcopis se se diuelleret, *dixit in Concilio Chalcedonensi ad finem actionis 1. ante action. 2. Concil. Constantinopol.* Ego autem testimonia habeo Sanctorum Patrum Athanasij, Gregorij, Cyrilli in multis locis, quia non oportet dicere post adunationem duas naturas, sed vnam naturam Dei verbi incarnatam. En posteriora verba ipsissima sunt Maxentij, priora dolo perfido omisit, vel potius occultauit, quæ tamen intelligi voluit: Eodem pacto Armeni errantes loquebantur, qui tamen nolebant videre Eutychiani, *quas redarguit Theorianus infra column. 903. D, quocirca prudenter S. Damascenus Eutychianorum imposturas detegens lin. fidei Orthod. cap. 11. hæc monuit*, At quod diuinitas homo facta, aut incarnata sit, aut humanitate se induerit nusquam audiuimus. Illud

certè didicimus, Diuinitatem humanitati in vna suarum personarum vnitam esse, *& Nicetas lib. 3. Thesauri cap. 11. inquit*, Errore non caret si naturam diuinam incarnatam esse dicamus, vel si carnem à natura diuina assumptam fuisse dixerimus. Hæc idcirco ipsi ne fraudibus Eutychianorum Orthodoxis imponeretur, vt in primo suo Anathematismo hic fecit Ioannes Maxentius.

In 3. Anathematismo dolo nō carent verba illa; substantialē, siue naturalem vnitatem; indicat post vnionem duarum naturarum in Christo, resultasse vnitatem quandam substantiæ, vel naturæ, id est, non nisi vnam naturam, quæ est Eutychiana hæresis.

In eodem Anathematismo verba illa; sed substantialem, siue personalem dicit vnitatem; si non sunt palàm hæretica; sunt tamen absurda, & impropria; docet enim fides catholica, vnionem duarum naturarum in Christo subsistentialem, & personalem esse; quia vniuntur duæ naturæ in vna subsistentia, & personalitate verbi, *vide S. Thomā 3. p. q. 2. art. 2.*

Colum. 586. A, *antè Epistolam S. Hormisdæ ad Possessorem hæc annota.* Cochleus, & nonnulli alij à Ioanne Maxentio decepti existimarunt hanc ad Possessorem Epistolam, non esse Hormisdæ Romani Pontificis: sed ab aliquo eius nomine falsò suppositam. At qui omnes Hormisdæ Epistolas in causa ista Scytharum Monachorum, *quæ habentur Tomo 1. Epistolar. Roman. Pontificum*, vel leuiter legerit; ex nexu rerum gestarum, ex stylo, ex verborum, sententiarumq; proprietate, ex alijs denique certissimis signis, manifestissimè, hanc germanam, ac genuinam esse S. Hormisdæ Epistolam agnoscet, *vide Tom 7. Annal. Eccles. anno 520. cap. 22.*

Colum.

Colum. 588. B, *post inscriptionem illam*; Ioannis Maxentij ad Epist. Hormisdæ responsio ; *appone huiusmodi antidotum* : Quàm impudenter Maxentius mentiatur , negans Epistolam ad Possessorem esse Hormisdæ Romani Pontificis; quàm impiè Auctorem Epistolæ appellet hæreticum ; quàm calumniosè Dioscorum Romanæ Sedis Legatum , & Possessorem Episcopum , viros alioqui claros , & Orthodoxos in crimen hæresis Nestorianæ accersat : quantis mendatijs, imposturis , calumnijs , & falsitatibus sit tota hæc eius responsio referta ; qui Epistolas S. Hormisdæ , & legatorum eius in causa ista Monachorum Scytharum, inspexerit, facilè cuncta deprehendet . Et quia nimis longum esset ea omnia hic inserere , & innumeros dolos Maxentij sigillatim enumerare, *adito Lector Tom. 7. Annal. Eccles. Anno Christi 520. cap. 23. & seqq.* vbi omnia exactè exposita reperies. Quocirca quæ in causa Scytharum Monachorum aduersus Epistolam Hormisdæ ad Possessorem Maxentius differit tamquam mendacia , impia , blasphema, calumniosa , & falsa repudianda iure optimo censentur .

Colum. 607. In Inscriptione Dialogi Ioannis Maxentij, Serui Dei Dialogi , &c. *dele* Serui Dei; nam indignus eo titulo pseudomonachus, impostor ; & hæreticus Eutychianus . *Idem fiat colum. 619. C. in Inscriptione Dialogi 2.*

Columṅ. 619. E, *aufer notam marginis* ; Hæretici cur sanari non possint .

In Vigilio contra Eutychen .

Colum. 639. post vitam D. Vigilij Episcopi Tridentini, & martyris , *ista subiunge* , Certissimum est S. Vigilium Episcopum Tridentinum , & martyrem,

qui inter Sanctos relatus est in Romano Martyrologio 26. Iunij, vixisse temporibus S. Ambrosij, & S. Simpliciani Episcoporũ Mediolanensium,& tempora Archadij, & Honorij non excessisse, nam eius acta à Churterio edita disertè affirmant sanctos martyres Anaunenses, Sisinium, Martyrium, & Alexandrum Vigilij tempore passos, & Gennadius de viris illustribus cap. 37. ait Vigilium scripsisse libellum, & epistolam continentem gesta sui temporis apud barbaros martyrum, *Extatq; ipsa Epist. Vigilij Episcopi Tridentini apud Lippomanum Tom. 2. & Surium Tom. 3. 29. Maij,* in qua breuiter exponitur martyrium prædictorum Martyrum Anaunensium: & ipse satis in eadem epistola indicat, suo tempore illos consumasse martyrium; Constat autem Martyres Anaunenses tempore Honorij Imperatoris occubuisse, *vt palàm affirmat Romanum Martyrologium 29. Maij, & S. Augustinus epist. 158. S. Gaudentius serm. de dicatione Basilicæ dictæ Concilium Sanctorum, & Paulinus in vita S. Ambrosij* Acta SS. Martyrum apud Mombritium consignant eorumdem nobile certamen, primo Stilichonis consulatu, qui secundum veriorem chronologiam incidit in Annum Domini 400. & Honorij VI.

His accedit, quod Vsuardus in suo Martyrol. scribit S. Vigiliũ Triden.Epis.passum sub Styilichone Consule,& si nõ de primo,sed de secũdo Stylichonis consulatu id capiendum, incurritis in Annum Christi 405. & Honorij II. Insuper tempori quoq; congruit, quod Gennadius eam epistolam de nece Martyrum Anaunensium à Vigilio Episcopo Tridentino conscriptam refert ad Simplicianum, quem fuisse celebrem illum S. Simplicianum Medio-

diolanensem Episcopum, optimis coniecturis viri eruditi affirmant: Sicuti quoq; hunc eundem fuisse Vigilium, ad quem S. Ambrosius libro 3. epist. 24. de institutione Episcopi egregiè rescripsit, æquè docti consentiunt. Cum igitur ex his omnibus luculentissimè demonstretur tempora Honorij Imperatoris, haud superasse S. Vigiliū Episcopum Tridentinum, & Martyrem, qui obsecro floruisse potuit tempore Anastasij Imperatoris, qui Imperium exorsus est circa Annum Salutis 490. iuxta veriores fastos? aut quomodo contra Eutychen scribere quiuit, qui impiam hæresim propalare cœpit circa extremum Theodosij iunioris Imperium, ad annos, iuxta certiorem chronologiam, fundatæ Redemptionis 448. cum quando S. Vigilius obijt, ne dum Eutychetis, sed neq; Nestorij exorta fuerat hæresis? Nimium planè perspicuum videtur ostensum, Auctorem horum librorum contra Eutychen esse non posse S. illum Vigilium Tridentinum Episcopum, & Martyrem, de quo diximus; Quin Gennadius, Honorius, & alij cum percensent scripta Vigilij Tridentini huius aduersus Eutychen commentarij nullam mentionem faciunt.

Equidem scriptor huius aduersus Eutychen Operis, videtur claruisse sub Imperio Zenonis, & Anastasij, quando aduersus Concilium Chalcedonense, & epistolam S. Leonis ad Flauianum grauissimæ concitatæ sunt turbæ, *vt apparet ex fine lib. 3. & initio quinti infra column. 660. C, D*, Quod si quis afferat alium Vigilium Episcopum Tridentinum, & Martyrem diuersum ab illo superiori, vixisse sub Anastasio, qui contra Eutychen scripserit, vt manifestè refelli non poterit, cum id non sit factu impossibile, & sæpe contigerit in eadem Ecclesia

clesia diuersis temporibus plures eiusdem nominis extitisse Episcopos: ita nullo certo Auctore, aut probabili coniectura id astrui queat.

Quærendus igitur alius Vigilius, cui hic contra Eutychen commentarius tribui possit: & verò multos licet reperire Vigilios, qui intra centenarium annorum à morte S. Vigilij Tridentini Episcopi, & Martyris, vel paulò post vixerint, & aduersus Eutychen scribere rectè potuerint. In Concilio Agathensi in Gallia sub Consulatu Messale Anno Domini 506. celebrato, subscriptus habetur quidam Vigilius Episcopus. Circiter eadem tempora vixisse S. Vigilium Episcopum Brixianum, septimum à S.Philastrio eiusdem sedis Antistite,compertum habetur, de quo agit Roman. Martyrologium 26. Septembris: Meminit, & Cassiodorus lib. 1. diuinar. lect. cap. 9.cuiusdam Vigilij Africani Episcopi; qui commentaria in Apocalypsim ediderit: sed & Gennadius cap. 15. refert Vigilium quendam Diaconum composuisse regulas Monachorum. An verò alicui ex istis, vel potius alteri cuiuis Vigilio hoc Opus contra Eutychen adscribendum sit, haud potest certo statui. Hæc igitur hoc loco opportunè annotata sunto; qui vberiora de his cupit, *adeat Tom. 5. Annal. Ecclesiast. Anno Christi 400. & notas ad Roman. Martyrolog. 26. Iunij*, vbi omnia ista summa cura elucidantur.

In Iona Aurelianensi.

Colum. 687. ante præfationem Ionæ Aurelianensis Episcopi in suum Opus, *affige istiusmodi antidotum*, Non te lateat candide lector Ionam hunc magni nominis scriptorem, vnum fuisse de Theologis illis, seu Episcopis Gallorum, qui etsi contra Iconoclastas

stas validè propugnarent, sacras Imagines non esse frangendas, vel exurendas, aut quoquo modo delendas: sed seruandas in templis, & locis sacris ad ornatum, & historicam instructionem fidelium at tamen errore præpostero existimabant, nullum illis religiosum honorem, aut venerationem, nedum cultum latriæ vni Trinitati debitum: sed nec vllam quoquo modo adorationem tribuendam. Pariterq; inuehebantur acerrimè in secundum Concilium Nicænum ab Ecclesia Romana approbatum, cui falsissimè, & mendacissimè impingebant, ipsum definisse imagines eo cultu, qui soli diuinitati tribuitur esse adorandas: ob id quæ œcumenicum istud Concilium repudiabant; cum tamen Concilium multo secius definisset; Imagines quidem nedum retinendas: sed etiam adorandas; non tamen ea adoratione, quæ Trinitati defertur, vt ex actis eiusdem Concilij, quæ extant, & Epistolis Hadriani Primi Romani Pontificis manifestissimè liquet. Addebant insuper illi Gallicani Doctores, quod etsi Imagines Christi, & Sanctorum nullo pacto essent adorandæ, Imagini tamen Crucis Christi venerationem, & adorationem esse impendendam. Equidem plerosq; Galliarum Episcopos, & insignes Theologos in his, quos prædiximus circa adorationem Imaginum erroribus esse versatos, qui gesta in Concilio Francofordiensi sub Carolo Magno, & in Synodo, seu collatione Parisiensi sub Ludouico Pio probè tenuerit, facilè agnoscet. Sed audiamus Anastasium S. Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarium, qui in præfatione secundæ Nicænæ Synodi à se è Græco in Latinum conuersæ, aduersus eosdem Gallos Doctores, ista ad Ioannem VIII. Romanum Pontificem, declamat. Quæ enim super

De cultu imaginum

per venerabilium Imaginum adoratione præsens Synodus, Nicæna, docet, hæc & Apostolica Sedes vestra, sicut nonnulla conscripta innuunt, antiquitus tenuit, & vniuersalis Ecclesia semper venerata est, & hactenus veneratur, quibusdam dumtaxat Gallorum exceptis, quibus vtiq; nondum est harum vtilitas reuelata. Aiunt nanq; quod non sit quodlibet opus manuum adorandum: quasi non sit codex Euangeliorum opus manuum Hominum, quem quotidie osculantes adorant. Venerabilior canis, quem non esse opus manuum hominum proculdubio non negabunt. Similiter, & forma Sanctæ Crucis, quem se adorare omnes vbique Christiani fatentur: In quo videlicet considerare libet, quia si quamlibet Crucem auream, aut argenteam, aut ligneam adoramus, quæ vtiq; non eadem est ipsa Crux, in qua salus nostra patrata est; sed figura, & imago eius; quare non adoremus figuram, & imaginem eius, qui eandem salutem operatus est in medio terræ? Venerabilior namque est, qui salutem operatus est, ac per hoc magis est adoratione digna imago Christi salutem operantis, quam imago Crucis salutem tantummodo baiulantis. Hactenus Anastasius.

Porrò in hac ipsa Gallorum Theologorum circa imaginum adorationem errantium classe fuisse Vualfridum Strabonem, *ex lib. eius de rebus Ecclesiast. cap. 8. liquet*. Item Hincmarum Rhemensem Episcopum, ex his, quæ contra Iandunensem Episcopum scripsit cap. 20. manifestè constat: & multos alios, quorum nomina expressa extant in Synodo illa Parisiensi sub Ludouico Pio: Cæterum præcipuum huius erroris antesignanum fuisse hunc ipsum Ionam Aurelianensem, qui è Parisiensi Synodo

nodo

modò ea de causa missus sit legatus à Ludouico Pio ad Eugenium Papam, vt in actis eiusdem Synodi refertur qui librum primum, & secundum Ionæ attentè legerit, facilè deprehendet, *lib. 1. columm. 692. A, ait*; Picturas Sanctarum rerum gestarum, quæ non ad adorandum: sed solummodo (teste B. Gregorio) ad instruendas nescientium mentes, in Ecclesijs sunt antiquitus fieri permissæ, *& columm. 699. A*, Sinantur à te imagines Sanctorum, & historiæ quæq; Sanctorum, non vt adorentur: sed potius vt quandam pulchritudinem reddant, & quarundam præteritarum rerum memoriam sensibus imperitorum ingerant, in Ecclesijs dipingi: Creaturam verò adorari, eiq; aliquid diuinæ seruitutis impendi, nefas ducimus. Verum vt plenius mentem Ionæ percipias, attentius inspice, quæ colum. 705. A, B, C, D, E, disserit, & clarissimè inuenies ipsum nullam, nedum latriæ, adorationem sacris Imaginibus reddendam sentire: inuehiq; vehementius in Orientales, haud dubiè Nicænam Synodum secundam sugillantem, vt etiam alibi sæpius.

Quocirca etsi Ionas laude dignus extiterit, quòd aduersus Iconomachos sacras Imagines demolientes, strenuè veritatem Catholicam de retinendis, & cōseruandis Imaginibus propugnauerit, at in eo meritò reijciendus, quod nullam Sacris Imaginibus adorationem, aut veneratinoem deferendam existimauerit; qui fuit error nonnullorum Gallicanorum magni nominis Theologorum, vti prædiximus.

Ob id scripta istà Ionæ magno cum iudicio & cautè legenda. Verum quia tota hæc historia de Concilio Francofordiensi, & Collatione Parisiensi, atq; plerisq; Gallicanis Scriptoribus eo errore implicitis, de

de nullo pactò adorandis Sacris Imaginibus, magnis ambagibus, & difficultatibus innexa, & colligata hactenus mansit, vt opportuerit in dissoluẽdo, vel potius rumpendo nodo nobilia ingenia recentiorum desudasset, *vt Alani Copi Dialogo 4. cap. 18. & 19. Dialogo 5. cap. 12. & 13. Laurentij Surij Tom. 3. Concilior. Præfatione ad Synodum Francofordiens. Gilberti Genebrardi in Cronographia Roberti Bellarmini lib. 2. de Concilijs cap. 8. ad 14. Argument. & lib. 2. de Imaginibus cap. 14. Francisci Suarez Tom. 1. in 3. p. disput. 54. Sectione 3. & aliorum*, tu tamen disertè Lector totius causæ statum, & rei gestæ narrationem, insigni cum primis diligentia elucidatam, & accuratè explicatam, *reperies Tomo 9. Annal. Ecclesiast. anno Christi 794. cap. 39. & seqq. & anno 825. cap. 1. & seqq.*

Lib. 3. de cultu Imaginum colum. 749. C, ibi in textu; qui in me credunt, ab omnium Euangelistarum dictatione alienissimus, &c. *scribe in margine*, fallitur Ionas, cum ea verba, qui in me credunt, disertè habeat, *Matthæus cap. 18. vers. 6.*

Colum. 753. E, nec tamen credendum est, vel istos percipere prædecessorum dignitatem, &c. *appone in margine*, duo hic affirmat Ionas à sincerè doctrinæ sensu aliena: Primùm iniustos Sacerdotes carere dignitate, & potestate Sanctis Prælatis attributa: Alterum, Prælatos iustos eandem potestatẽ iurisdictionis, quam, dum viuerent, habebant, retinere quoq; post mortem. Primũ est hæresis Hussitarum damnata *in Concilio Constantiensi sess. 15. in art. 22. & 30. Ioannis Hus, & in Concilio Tridentino sessione 4. sub Iulio 3. Canone 10. vide Thomam Vualdensem Tomo 1. lib. 3. cap. 81. & seqq.*

seqq. & Alphonsum de Castro lib. 12. aduersus Hæreses cap. Potestas, secundum verò pugnat cũ Placitis Theologorum, qui docent potestatem Ordinis, idest, Characterem manere in beatis; non tamen potestatem iurisdictionis; quam hic in vita habebant. Iudiciaria enim potestas, quæ Apostolis in vniuersali Iudicio tribuetur, noua erit, & alterius rationis ab illa, quàm dum viuerent, habuerunt.

Colum. 758. E, ibi in textu, verum quidem esse fatemur, &c. *scribe in margine*, cautè lege, & regreditor ad Scholium colum. 753. E.

In Fausto Regiensi Episcopo.

Colum. 759. in titulo paginæ, D. Fausti, *dele*, Diui, & litt. D, post inscriptionem libri Fausti de Creaturis, *ista adiunge*, agnoscit hunc librum tanquam genuinum Fausti fœtum. Gennadius in Cathalogo virorum Illustrium, cum Fausti lucubrationes recensens ait: Legi eius, & alium libellum aduersus eos, qui dicunt esse in Creaturis aliquid incorporeum. In quo diuinis testimonijs, & Patrum confirmat sententijs, nihil credendum incorporeũ præter Deum. Hæc illæ: sed est sedulò obseruandum scripta Fausti damnari omnia à S. R. Ecclesia, *auctoritate S. Hormisdæ Papæ in Epistola ad Possessorem Episcopum, & S. Gelasÿ Primi in Concilio Romano*, quin fuit in hoc manifesto errore Faustus, vt Angelos, & Animas hominum esse corporeos existimauerit: aduersus quem tres luculentos libros composuit Claudianus Mamertus Viennensis Presbyter S. Mamerti Viennensis Episcopi frater germanus, eximiè laudatos à S. Appollinari, *Sidonio lib. 4. Epist. 3. vide S. Thom. 1. p. q. 50. art. 1, & q. 51. art. 1. & q. 75. art. 1. & 5.*

& 5. eiusq; Interpretes; qui copiosè disserunt, quanam nota inurenda sit ista sententia Fausti, quibusdam errorem in fide censentibus, alijs temerariam opinionē iam hoc tempore esse existimātibus. Initio libri vafre nimis sententiam quandam Origenistarum, nempè Globos syderum comparatos esse Spiritus, quam S. Hieronymus Epist. 27. aduersus Ioannem Hierosolymit. explodit impostor ipse Faustus nomine S. Hieronymi citat.

In Claudiano Mamerto.

Pag. 763. in titulo paginæ, &. in duabus Inscriptionibus Operis, ac deinceps in titulis paginarum, *cum scribitur*, Claudiani Mamerti Episcopi Viennensis, *rescribe semper*, Præsbyteri, & post inscriptionē ante librum primum, ista annota: Nullus antiquorum Scriptorum hunc Claudianum fratrem germanum S. Mamerti Viennensis Episcopi, appellat Episcopum Viēnensem, *Gennadius in Catalogo cap. 83. S. Ado in Chronico S. Sidonius Apollinaris lib. 4. Epist. 11.* Presbyterum tantum vocant. Addit Sidonius fuisse Vicarium fratris in administratione Viennensis Ecclesiæ: atq; ante S. Mamertum vita functum idem Apollinaris in Epitaphio eiusdem Claudiani, quod ad Petreium misit, affirmat fuisse virum doctrina, eloquentia, & sanctitate præclarum, ex Epistolis S. Sidonij, quæ ad finem operis Claudiani hoc Tomo inseruntur, & ex illa ad Petreium lib. 4. Epist. 11. apertè monstratur, *plura de eo in Annal. Ecclesiast. Tomo 6. anno 490. cap. 33. & seqq.*

Lib. 1. colum. 779. A, *ibi in textu*, Angelicis coequanda corporibus, &c. *affige in marginem scholium*, Claudianus esse videtur in ea opinione, Angelis naturaliter inesse corpora quædam tenuia, & spi-

ſpiritualia, in qua ſententia fuiſſe plerosq; veterũ Patrum nimis compertum habetur, *vide Sixtum Sennenſ. lib. 5. Biblioth. Annot. 8. & Aſcanium Martinengum in gloſſa Geneſ. pag. 201. & ſeqq.* Verùm eam ſententiam iam hoc tempore abſque temeritatis nota adſtrui non poſſe docent Theologi. *Conſule S. Thomam 1. part. quæſt. 50. art. 1. & quæſt. 51. art. 1. eiuſque interpretes*. Quocirca etſi lapſus iſte Patribus quibuſdam condonandus; neutiquam tamen in præiudicium præpoſteræ opinionis hac in parte Patrum auctoritas adducenda. Nec deſunt, qui Patres in bonum ſenſum reuocare conentur, eos corporeitatem in Angelis nihil aliud metaphorice intellexiſſe, quàm compoſitionem ex potentia, & actu; & receſſum quendam à ſumma illa, & puriſſima Diuinæ naturæ ſpiritualitate.

Colum. 793. A, *expunge notam marginis:* Mathematica noxia, column. 797. E, *reſtitue notam marginis*, Pytagoras nihil ſcripſit.

Colum. 809. E, *tolle gloſſam*, Sanctis Patribus quatenus credendum, *& ad verba illa textus;* Quapropter eatenus diuinarum tractatoribus ſcripturarum, &c. *appone ad marginem:* Quanta verò ſit auctoritas Patrum in doctrina Theologica, abundè te docebunt *Melchior Canus lib. 7. de locis Theologicis per totum, Dominicus Bañes 1. p. q. 1. art. 1. Dubio 5. & alij*.

Lib. 5. column. 821. E, *ibi in textu*, Satis, vt arbitror, pater Beatos Angelos, &c. *appone ad marginem:* Hæret ſemper Claudianus in eadem ſententia Angelos corporeos eſſe; *Cautè ergò legendus, & conſulendum ſuperius Scholion colum. 779. A.*

In Faustino Schismatico.

Colum.839. in titulo paginæ Faustini Episcopi, *lege*, Presbyteri. Et post præfationem ex Gennadio, *ista adde*, Hic est Faustinus ille Diaconus, seu Presbyter, qui vnà cum Marcellino Presbytero accerrimè tutatus est schisma Vrsicini aduersus Damasum Romanum Pontificem, scripsitq; pariter libellum ad Theodosium Imperatorem pro suarum partium schismaticarum assertione, qui adhuc extat. Quocirca, etsi in Opere isto aduersus Arianos sensus Catholicæ fidei concordes præseferat; at Auctorem, vtpote schismaticum, & ab Ecclesiæ Castris extorrem, nullo loco, & auctoritate habendum, satis quisque intelligit. De Schismate porro Vrsicini, eiusque antesignanis Marcellino, & Faustino plura exhibebit tibi, *Quartus Tomus Annal. Ecclesiasticorum*.

In Fausto Episcopo Rhegiensi.

Colum. 875. In inscriptione Operis Fausti cum dicitur, Fausti Episcopi de Gratia Dei, & humanæ mentis libero arbitrio, Opus insigne; dele, *Opus insigne*, Post vitam Fausti ex Gennadio, *ista adiunge*, Gennadius (quem constat, cum hæc scriberet fauisse plurimum Semipelagianis, eosque in suo illo libro de Viris illustribus plerunque laudibus extulisse) Opus istud Fausti de Gratia, & libero arbitrio appellat egregium, quod etiam mirum in modum laudasse reperitur S. Sidonius Apollinaris lib.9. Epist. 9. Sed viro sancto, atque sincero nondum compertæ fuisse videbantur thechnæ, & imposturæ Fausti. Certissimum enim est Faustum fuisse Semipelagianorum antesignanum, & scriptionem istam eius hic positam, multis Pelagianorum erroribus refertam. *Id quod disertè annotarunt S. Isi-*

S. Isidorus lib. de Viris illustribus, cap. 14. S. Ado Viennensis Episcopus in Chronico anno Domini 492. Scripserunt aduersus hoc Fausti Opus de Gratia Dei ex professo S. Cæsarius Arelatensis Episcopus, S. Fulgentius Ruspensis Episcopus, S. Alcimus Auitus Viennensis Episcopus, Petrus Diaconus; Et ex Hæreticis, Ioannes Maxentius. Porrò S. Gelasius Primus in Decreto de libris sacris, Fausti Opera omnia inter apocrypha reijcit. S. Hormisdas etiam Roman. Pontifex Epistola ad Possessorem Africanum Episcopum hæc ait. Hinc verò quod vos de Fausti cuiusdam Galli Antistitis consuluisse literis indicastis, his sibi responsum habeant; Neq; illum, neque quemquam, quos in auctoritatem Patrum non recipit examen Catholicæ fidei; aut Ecclesiasticæ disciplinæ ambiguitatem posse gignere, aut religiosis præiudicium comparare. Tantum ille. Vt ex his plenè perspectum habeas, quàm cautè scripta ista Fausti sint tibi perlegenda, in quibus in errores multos Pelagiani dogmatis plerumque offendes. Si eos aues collectos inspicere; *Consule Ioannem Maxentium in responsione ad Epistolam Hormisdæ Papæ ad Possessorem, quæ superius hoc 4. Tomo posita est.*

Sciendum tamen Epistolam hanc Fausti ad Lucidum Presbyterum, approbatam tot Episcoporum subscriptione in Concilio Arelatensi; Et Epistolam Lucidi Presbyteri ad Episcopos congregatos in Synodo Lugdunensi, quæ ambæ Operi Fausti præmittuntur, sanas esse, atque Catholicas, iudicio duarum Synodorum confirmatas. Neutiquam tamen vllus ob id existimet ab vtroque Concilio approbatos tres libros Fausti de Gratia, vt ipse mendaciter innuere videtur in ea, quæ hic subijcitur

Præfatoria Epistola ad Leontium Episcopum Foroiuliensem. *Consule plenius de his omnibus differentem Baronium Tomo 6. annal. Ecclesiast. Anno Christi 490.*

In Theriano.

colum. 929. in prima marginis nota vbi dicitur, Hircanus est à noto Christo, &c. *restitue*, Hic annus est, &c.

colum. 930. post inscriptionem illam: Tum per legentes, ad eum locum venimus vbi scriptum, &c. *appone Scholion*, Genebrardus lib. 4. Chronographiæ pag. 609. vindicat Armenios ab errore Monophysitarum, & Theorianum; Nocetamque carpit, quod sanam Armeniorum mentem non perceperint. Tu illum consule, qui tamen in hac re non penitus nobis probatur.

colum. 955. E, ad asteriscum * vbi in textu dicitur Fullonis, *& ad marginem scribitur:* Cognomen Alexandrini Episcopi, &c. *lege*, Antiocheni. Quis enim nescit Petrum Gnaphæum, idest, Fullonem, Antiochenum, non Alexandrinum fuisse Episcopum?

colum. 958. E, *dele glossam*, Hoc est repræsentatur in sacra cœna mactatio Christi: aut adde; mactatio cruenta Christi in Cruce. Nam verè Christus in cœna mactatur; ne dum eius mactatio repræsentatur.

In Gregentio.

colum. 983. C, *glossa marginis*, Hæc prophetia quemadmodum impia sit, Euangelica narrat historia, *restituatur*; quemadmodum impleta sit, &c. alioqui sensus, & sententia est blasphemia.

In Hieronymo à S. Fide.

In fine libri 2. columu. 1093. D, in Peroratione Operis lin. 1.

lin. 1. cum dicitur; Hic liber ſacratiſſimus, *lege*, vtilis; Et lin. 4. hoc Opus ſacrum, *lege*, vtile.

In Dialogo SS. Baſilij, & Gregorij.

Colum. 1093. E, *poſt notam marginis adiunge*, Sed cautè iſta lege, nam vt Theologi non admittunt in Trinitate prius, aut poſterius ità abhorret à more loquendi eorum dicere primam, & ſecundam cauſam in diuinis.

In Ruſtico Diacono Cardinali.

Columπ. 1099. in titulo paginæ, in Inſcriptione Operis, ac deinceps in titulis paginarum, cum dicitur, D. Ruſtici, *dele*, Diui, vel Domini. *Et poſt præfationem Margarini, iſta adiunge*, Hic ille eſt Ruſticus S. Rom. Eccleſiæ Diaconus Cardinalis, qui vnà cum Sebaſtiano Diacono item Cardinali, atque alijs Clericis ob intempeſtiuam, & inopportunam trium capitulorum ab ipſis ſuſceptam defenſionem, fœdo ſchiſmate à communione Vigilij Romani Pontificis ſe ſe diuulſit; Quem in ſchiſmate diù pertinacem, cum Vigilius patienter ad reſipiſcentiam expectaſſet tandem proteruum, & contumacem damnationis ſententia ferijt: graduque Dioconatus deiecit: Extat ipſum exauctorationis Decretum à Vigilio promulgatum *tom. 1. epiſt. Rom. Pontificum epiſt. 5. Vigilij*. Cuius hic partem citauit Margarinus. Quocirca Auctorem huins Operis ſchiſmaticum noſce lector, Itemque ſcito Opus iſtud Ruſtici non haberi integrum: nam infra colum 1157 A, pollicetur ſe in fine ſuæ lucubrationis ſcripturum de Theodoro Mopſuueſtheno, & epiſt. Ibæ, & Theodoreto, quæ erat cauſa Trium Capitulorum; cum tamen hæc ipſa Diſputatio non extet in hac Scriptione, ab aliquo fortaſſe præciſſa, quod in eum ſuum ſchiſma, quod

causa trium Capitulorum induerat, validè stabiliret aduersus Vigilium Rom. Pontificem. At de Rustico Diacono Cardinali pleniorem historiam habes *Tomo 7 Annal. Ecclesiast. anno Christi 548. & 550.* De cuius opere ibidem istud affigitur iudicium: Demptis autem ex libro isto contra Acephalos spinis, quibus ager fertilis abundabat, & vepribus quibus in angulo siluescebat, excisis quæ remanserunt, viro quidem docto sunt digna. *Hæc ibi*, Vbi etiam optima coniectura putatur hoc opus scriptum ad Sebastianum Rom. Ecclesiæ Diaconum Cardinalem; Rustici in Collegam; eiusque nomen substractum, ne quem mentio schismatis offenderet. Id quod ex ipsa Rustici in suam disputationem præfatione facilè potest deprehendi illis verbis; Memento Christianum te esse, atque Diaconum, &c.

colum. 1162. A, *dele notam;* Spiritus Sanctus non eodem modo procedit à Patre, & Filio, *D. Thomas in quæst. de Potentia Dei q. 10. art. 4. ad 5.* Et colum. 1161. E, *ad verba illa textus,* Vtrum verò à Filio eodem modo quo à Patre procedat nondum perfectè habeo satisfactum, *appone ad marginem;* Simpliciter dicendum est Spiritum Sanctum eodem modo procedere à Patre, & Filio, cum sint vterque vnum simplicissimum principium Spiritus Sancti; at vtrunque dici potest, Spiritum sanctum non eodem modo procedere à Patre, & Filio, quia hoc, quod est spirare Spiritum sanctum; Pater non ab alio habet, Filius autem habet à Patre; Vnde dicitur Spiritus sanctus procedere à Patre per Filium. *Vide S. Thomam de Potentia q. 10. art. 4. ad 2. & 1. p. q. 36. art. 3.*

In

Column. 1245. post præfationem ex S. Hieronymo in Tatianum, *adde ista*, sed de Tatiano multa quoque inuenies apud Tertullianum de præscriptionibus cap. 52. Clementem Alexandrinum lib. 3. Stromatum, & lib. 2. Pedagogi cap. 2. ad finem, S. Philastrium lib. de hæresibus, hæresi 1. post Apostolos S. Augustinum lib. de hæresibus cap. 25. Theodoretum lib. 1. Hæreticarum fabularum, Sanctum Ioannem Damascenum lib. 6. de hæresibus, qui omnes, eum inter hæreticos numerant, & hæresis Ecratitarum Principem fuisse produnt. Cæterum hoc opus aduersus gentes, quod hic ponitur, præter S. Hieronymum, plurimum etiam laudat Origenes lib. 1. contra Celsum. Vtcunq; sit, quia scriptio est Auctoris damnati, cum iudicio, & cautè legenda; nam insunt in quæ lector pius possit, ni moneatur, impingere.

Column. 1252. A, ibi in textu: Quin etiam dæmones ex materia concreti &c. *scribe in margine*, Cautè lege; nam Tatianus perperam videtur sentire dæmones ex materia constare, eisq; inesse sensum libidinis, aliarumq; materialium affectionum, quæ sententia iam nunc à Theologis temeraria censetur.

Column. 1252. C, *dele notam*, Anima Dei beneficio est immortalis, *& ibi in textu*, Non immortalis est anima ò Græci &c. *Ad marginem affigatur*. Perspicuus error Tatiani existimantis humanam animam suaptè natura non esse immortalem, nisi Dei beneficio: nisi intelligat non esse natura sua immortalem, hoc est à se absq; eo, quod à causa efficiente alia pendeat, vt Deus; cum & ipsa natura animæ alioqui immortalis, lata loqueati for-

ma dici possit Dei beneficium; nam Deus Auctor cuiusq; naturæ. Peius quod subdit animas impiorum simul cum corpore interire, resurgere autem postea in consumatione mundi æternum cruciandas, quæ est hæresis manifesta.

In S. Gregorio Iliberitano.

Column. 1271. C, in inscriptione Operis, & deinceps in alia inscriptione column. 1273. *scribatur semper*, Sancti Gregorij Iliberitanæ &c. post præfationem ex Honorio, *ista adiunge*, Ita quoq; interitum Osij retulit S. Isidorus lib. de viris illustribus, & alij; ceterum eiusmodi de morte Osij narrationem acceptam è putido, & cænoso fonte, nempè ex lib. Marcellini presbyteri, & schismatici ad Theodosium: potioremq; multo esse fidem S. Athanasij epist. ad solitarios, & aliorum Patrum, qui docent Osium facti pœnitentem Orthodoxum, & persanctè obijsse, *eruditè ostenditur in Annalibus Ecclesiasticis tomo 3. Anno 357. cap. 25. & seqq. quibus, & Posseuinus in apparatu ad sacram Bibliothecam, & ferè omnes assentiuntur*.

Column. 1273. post inscriptionem Operis ista adde, *Baronius tomo 4. Annal. Anno 388. cap. 100.* dubitat num errore in hac inscriptione positum sit nomen Placidiæ, & potius dicendum sit, ad Gallam Augustam; hæc enim fuit vxor Theodosij Magni, quam Theodosius illis fermè temporibus, quibus S. Gregorius hunc commentarium scripsit, in vxorem duxit. Galla autem Placidia huius Gallæ, & Theodosij filia tunc, vel nondum nata erat, vel nimium infans, ac lactans erat. Et verisimile est S. Gregorium potius ad Gallam matrem Placidiæ Theodosij coniugem scripsisse, quod ipsemet Auctor initio statim Operis affirmet, illam ad se scribe-

scribere dignatam ex persona hæreticorum, quod in infantulam Placidiam competere nequit, deinde Galla mater antidoto isto Gregoriano aduersus Arianismum indigebat, quod filia fuit Iustinæ vxoris Valentiniani maioris, fœminæ Arianismæ, & ab eadem in Arianismo educata. Ipsos tu Annales adito.

Porrò S. Gregorium primum austero quodam zelo noluisse communicare Arianis quantumuis pœnitentibus, atq; Luciferiano schismati inhæsisse, postmodum verò Catholicæ Ecclesiæ nextu charitatis coniunctum sanctitate, & doctrina euasisse clarissimum innumeris Sanctorum Patrum elogijs celebratum in eisdem Annalibus copiosè exponitur, *tomo 4. Anno Christi 371. cap. 121. & seqq. & Anno 388. cap. 96. & seqq.* Conseruat Gregorij memoriam sanctitatis laude insignem Romana Ecclesia in Romano Martyrologio, reliquorum Diuorum natalitijs insertam 24. Aprilis.

In Gennadio scholario.

Colum. 1339. ***post inscriptionem Operis ista appone.*** **Annotauit Posseuinus in Apparatu ad sacram Bibliothecam, huic Operi Gennadij quædam inesse obseruatione digna: primũ, quod sacræ Triadis personas vocat idiomata, seu proprietates: Alterum, quod nusquam meminit processionis Spiritus sancti à Filio. Illud primum excusat, quod barbaro Mahometano rudi ita loquendum è præsentis causæ occasione fuerit, ne plures Deos in Trinitate conciperet. In secundo verò putat libellum hunc Græculorum fortè quorundam audacia corruptum ea parte detracta, vbi de Spiritus Sancti processione à filio sermo erat. Verum disertè nimis hoc in ipso**

ipso libro processio Spiritus Sancti asseritur, *col.* *1347. C, D.*

In expositione pro Concilio Florentino.

Colum. 1355. D, *tolle notam marginis*. Filius est principium essentiæ Spiritus Sancti, *& scribe*, non admittunt Theologi hanc locutionem Filius est principium essentiæ Spiritus Sancti, nam essentia diuina, quæ est in Spiritu Sancto, non habet principium: sed Gennadius Orthodoxus alioqui tantum vult asserere, Spiritum Sanctum habere à Filio tanquam à sui principio essentiam diuinam.

Column. 1371. A, *tolle notam marginis*, Est hic Auctor vnus ex trecentis Patribus in Nicæno: Nam certum est S. Hilarium non interfuisse Concilio Nicæno: Etsi S. Athanasius adfuit, non erat ipse tunc nisi Diaconus, non vnus ex 318. Patribus; cum ibi adesset S. Alexander Episcopus Alexandrinus.

Tomo V.

In prima Operis inscriptione lin. 3. pro, *sanctorum*, scribe, *veterum*.

In inscriptione Indicis lin. 3. pro, *sancti*, scribe, *veteres*.

In Indice Auctorum pag. 1. lin. 1. *post illud*, Discipulus fuit, *adde*, falsò adscripti libri 3.

Lin. 8. D, Saluiani, *dele*, Diui, lin. 29. Sancti Isaaci Syri, *dele*, Sancti, pag. 2. lin. 6. *post illud*, cap. 38. Genes. *adiunge*, sed esse librum apochryphum & fabulosum, initio eius Operis annotabimus, lin. 7. S. Sixti II. ex Atheniensi Pontificis Maximi, & martyris sententiæ &c. *Omnia ista deleantur, & scri-*

scribatur. Xysti Pithagorici Philosophi Ethnici sententiæ, Interprete Rufino &c. *lin. 11. post verba illa*, verè Christianum, *adde*, quæ tamen omnia esse pseudepigrapha in fronte eius Operis obseruabimus, lin. 12. S. Antonij Melissæ, *dele*, Sancti, eadem lin. *dele verba illa*, Conrado Gesnero, & Ioanne Ribitto interpretibus; nam sunt hi duo hæretici primæ classis, lin. 22. D, Ferrandi, *dele*, Diui, lin. 29. S. P. N. Euagrij, *dele*, S.P.N. lin. 31. D. Dacriani, *dele*, Diui, lin. 39. *lege expressè*, Domini Basilij.

In Herma.

Column. 13. post inscriptionem Operis Hermæ, *affigatur istiusmodi antidotus*, Dubitandum nullo pacto, est libellum hunc Pastoris, vt modo scriptus habetur, ab Herma Pauli discipulo non esse conscriptum, cum & hæresibus, & fabulis sit oppletus, eum S. Gelasius in Romano Concilio inter apochrypha scripta abijcit. Item & S. Prosper lib. contra Cassianum cap. 30. nullius auctoritatis esse pronunciat. Verisimile est ab hæreticis deprauatum, *Consule Annales Ecclesiasticos Tomo 2. Christi Anno 159.*

Column. 13. C, *Expunge notam marginis*, Dilectio mundi est ex fidelitate.

Visione 2. column. 15. C, *ad verba illa textus*, etiam nunc si peccauerit aliquis non habiturum illum salutem, *adfige margini*, Cautè lege, nam Auctor Nouatianum dogma probare videtur, non esse secundam pœnitentiam, hoc est, si semel quis post Baptismum peccet, posse pœnitere, non autem si subinde peccet, illi prodesse pœnitentiam, quæ est hæresis manifesta.

Visione 3. column. 20. *ad verba illa textus*, Et

tunc

tunc illis continget transferri de pœnis, si ascenderint in corda, &c. *annota in margine*, Cautè lege; nam perperam existimare videtur in Purgatorio locum esse merito, & demerito, nec ibi adesse salutis certitudinem, quorum primum est hæresis manifesta, secundum verò temerarium, & à communi Theologorum sensu dissentiens, *vide post alios Bellarminum lib. 2. de Purgatorio, cap. 2. 3. 4. 5.*

Lib. 2. mandato 4. columm. 26. A, *ibi in textu*, Seruis enim Dei pœnitentia vna est, *scribe in margine*, Obtrudit Auctor errorem de vnica pœnitentia, acceptum ex hæresi Nouatianorum.

Eadem colum. D, *in textu*, Audiui à quibusdam Doctoribus &c. *scribe in margine*, Cautè lege; nam videtur negare pœnitentiam ijs, qui post Baptismum lapsi sunt, & littera E, *ad verba illa textus*, & ideo dico tibi, quod post &c. *adscribe margini*, Cum iudicio lege ista; nam Auctor iterum, atq; iterum inculcat errorem Nouatianum de vnica pœnitentia.

Mandato 6. columm. 28. D, E, *dele duas illas notas marginis*, Genij duo in homine; Genius æquitatis qualis sit, *& scribe*, Vtitur Auctor toto hoc sexto mandato voce Genij gentilica pro nomine Angeli.

Columm. 29. A, *in nota marginis*, Angelus iniquitatis &c. *lege*, pro, Genius iniquitatis.

Lib. 3. similitudine 6. colum. 42. C. ad finem, *ibi in textu*; Ijs ergo non est per pœnitentiam regressus ad vitam; *scribe in margine*; Cautè lege, nam redit sæpius ad Nouatianum errorem de vnica pœnitentia.

Col. 43. D, *ibi in textu*; Quicumque igitur vno die per-

perceperunt, &c. *annota in margine*; Cautè ista lege; nam nec certa nec secura est hæc temporum præscripta compensatio.

Similitudine 8. colum. 48. A, *ibi in textu*; Quorum viderat Dominus puras mentes futuras, & seruituros ei ex totis præcordijs, illis tribuit pœnitentiam, *scribe in margine*, Cautè lege, nam auctor in Pelagianum errorem præcipitare videtur. Nullas enim Deus præuidet puras, & sanctas mentes futuras, nisi quas ipse tales facere præordinauit.

colum. 49. A, *in textu*, His igitur non est locus pœnitentiæ; *appone in margine*; Caute lege; nam haeret semper in eodem Nouatiano Luto.

Similitudine 9. colum. 60. A, *in textu*; Illis proposita est mors, pœnitentia non est; *adscribe margini*, Cautè lege, nam rursus immiscet Nouatianismum.

In Marco Eremita.

Colum. 67. post vltimam ex Zonara Praefationem *ista adde*; Caeterum hic Marcus Monachus, qui Leoni VI. Imperatori ab amente quodam grauiter in capite isto salutem, & decennium amplius vitae praedixit, vt Curopalates, Cedrenus, & Graeci alij Historici produnt, longè diuersus est ab illo Marco, de quo positae hic habentur relationes Palladij, Sozomeni, atque Nicephori: nam ille centum iam vitae annos excesserat, cum eum inuisit Paladius, qui sub Theodosio Magno vixit: hic autem multò posterior decennium vitae Leoni VI. praenuntiauit circiter annum Domini 900. fermè quingentis annis altero illo Marco recentior. Vtri autem horum, Opera quae hic subijciuntur, tribuenda sint, in ambiguo est. Forsan neutri; nam si opus ab haereticis non sit deprauatũ (quod facilè contingere potuit) indignum planè est,

quod

quod vel illi, vel huic Marco adſcribatur,; cum vterque vir fuerit ſanctiſsimus, & opus ipſum multas contineat ſententias à rectae fidei regula exorbitantes. Si ob ea, quae Nicephorus ſcribit, priori Marco, qui tempore Palladij nimium ſenex erat, ſcriptiones iſtae tribuantur, vt indicat etiam diſputatio cum Cauſidico infra poſita colum. 143. monemus lectorem fortè haeretica externa manu temeratum opus. Vtcunque ſit, cautiſſimè ſemper, & cum acri iudicio legendum, propter ſentes, & vepres errorum, in quae nonnunquam offendi poſſit.

colum. 70. B, *ibi in textu*: Bonorum dico, non quia remiſerunt iniurias, &c. *adſcribe margini*, Cautè lege, nam videtur innuere condonationi iniuriarum propter Deum, vt rependi remunerationem à Deo; forſan loquitur de remuneratione quadam eximia, & excellenti, quae perfectiſſimo actui eius, qui ne dum remiſit iniurias: ſed etiam praeclarè beneficus aduerſus inimicum extitit reddi à Deo ſolet. Vel intelligit recepturos remunerationem non tantum, quia remiſerunt iniurias: ſed etiam quia beneficio affecerunt inimicos.

colum. 71. E, *ibi in textu*; Gratia Domini largitur volenti, & credenti; *ſcribe in margine*, Cautè lege, nam Auctor nimium obſcurè de gratia Dei diſſerere, ſeù potius in Pelagianum errorem labi videtur.

colum. 80. B, numero 141. *in textu*; vbi cogitationum imagines, ibi facta eſt aſſentio; *adfige margini*, Cautè lege, nam non in omni cogitatione etiam cum imaginum repraeſentatione, reperitur conſenſus.

col. 83. *poſt Inſcriptionem illam*: De his qui putant

ex

ex operibus se iustificare ; *appone antidotum*, Cautè, & cum delectu lege istud Opusculum 211. sententijs comprehensum ; nam plerisq; locis Auctor haud obscurè innuere videtur, Regnum Cœlorum non dari pro mercede nostrorum bonorum operum : sed ex gratuita Dei voluntate, cum fides catholica doceat, bonis nostris operibus, quæ in gratia, & ex gratia fiunt, Regnum Cœlorum reddi pro mercede, ijs qui in finem vsque iusti perseuerauerint. *Vide Concil. Trid. sess. 6. cap. 16. & Canone 26.* Quocirca in libello isto omnes istæ sententiæ cautissimè legendæ, nempè 1.2.3.4. 17. 18. 21. 22. 24. 42. 43. & 54. quæ perperam indicant Regnum Cœlorum non mercedem, sed gratiam esse, cum sanè & gratia, & merces re vera sit. Forsitan auctor cum operibus nostris nihil tribuere videtur, intelligit de illis quatenus humana sunt, & à solo libero arbitrio proficiscuntur, non ea ratione qua in gratia fiunt, vel innuit non tantum mercedem ; sed potissimum gratiam esse.

colum. 83. C, Numero 2. *dele glossam*, Regnum Cœlorum non est merces ; sed gratia.

colum. 84. C, numero 17. *in textu ;* Quidam non facientes præcepta ; se tamen rectè, & sanè credere existimant ; *appone ad marginem*, Cautè lege priorem partem huius sententiæ; nam fides catholica docet, in peccatore fideli manere veram, tametsi non fructuosam, & meritoriam. Posteriorem verò annotatam habes initio huius libelli.

colum. 85. A, num. 24. *dele notam*, Virtus est peccati abstinentia ; *& scribe ;* Cautè lege ; nam falsum est virtutem nullum aliud Opus esse, quàm peccati abstinentiam, cum suam formalem, & positiuam

ſitiuam rationem habeat, nec enim fortis ideò dicitur, quia non puſillanimis, &c. includit ſanè quæq; virtus abſtinentiam ſui peccati contrarij; ſed propriam præter hoc, & natiuam rationem habet. Porrò quod addit Auctor, peccati abſtinentiam naturæ opus eſſe, Pelagianiorum redolet.

colum. 89. D, num. 102. *in textu;* Ex operibus, & ſermonibus, & cogitatione eſt iuſtificatio; *ſcribe in margine;* Præuia ſemper, & comitante gratia Dei.

col. 85. B, num. 25. *ad verba illa textus;* hoc mandat omnibus bonis renuntiandum, *ſcribe in margine;* Non eſt præceptum; ſed conſilium Euangelicum bonis omnibus renuntiare.

col. 92. C. num. 140. *ad marginem nota;* Cautè lege, nam recogitare per confeſſionem peccata in amaritudine pœnitentis animæ ſanctiſſimum, & vtiliſſimum eſt.

colum. 92. D, num. 141. *dele notam marginis.* Vitiorum habitus incurahilis, *& ſcribe;* Cautè lege, nam etſi vitiorum habitus difficile curentur curari tamen poſſunt, nec ſimpliciter incurabiles dici poſſunt.

col. 105. A, *ibi in textu;* Samſon, Saul, & Heli, &c. *ſcribe in margine;* De Samſone, vt interim Heli omittamus, perſpicuè fallitur hic Auctor; nam cum inter Sanctos adeptos repromiſſiones enumerat Paulus Romanorum 11. verſ. 32.

colum. 105. C, *ibi in textu;* licet autem pœnitentiam agentes, &c. *ſcribe in margine;* Cautè iſta lege, niſi eo ſenſu loquatur, quo Paulus inquit; Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis, &c.

col. 109. A, *dele notam marginis;* Obſerua hic per Crucem Dei, cum obſeruatione mandatorum deleri

leri peccata quidquid dicat Auctor, quod sit obscura, & diminuta, *& ita rescribe*, opera bona nostra, quæ antecedunt auxilia efficacia gratiæ, & ipsam iustificationem, nec merentur, nec faciunt remissionem peccatorum, similiter nec opera, quæ sequuntur post iustificationem: cæterum iustificatio nostra, quæ merè gratis absq; vllo nostro merito nobis ex sanguine Christi confertur, non fit absque actu nostro detestationis peccati, & veræ pœnitentiæ, qui ex efficaci auxilio Dei est vera dispositio remissionis peccatorum, vt docent Theologi.

Column. 109. B, *tolle glossam*; Quicquid hic, & alibi dicat Auctor, remanet fomes peccati, quem ex reliquis protoplasti contraximus, *& substitue*, certum est secundum fidem in homine baptizato remanere reliquias originalis peccati, nempe fomitem, seu concupiscentiam, nulla tamen reliquiæ manent, quæ habeant veram rationem peccati, & hoc forsitan intelligit Auctor.

Column. 120. B, *ad verba illa textus*, Peccatum non est Adami transgressio, *& rursus ad illa*, at neq; transgressionem suscepimus, *appone in margine*, loqui tantum videtur de peccato nostro actuali, & actuali Adami transgressione, non de originali.

Column. 123. D, *in textu*, solam ergo mortem ab Adamo suscepimus, *ad marginem annota*, Cautè lege, nam non solam mortem: sed & peccatum originale, & peccati fomitem, & multa mala inde nascentia ex Adami lapsu suscepimus.

Column. 126. E, *ad verba illa textus*, Verum Christianum euadere non posse, *scribe in margine*, Verum Christianum, idest perfectum; nam mul-

M ta hic

ta hic Christiano obeunda imponit; quæ sunt tantum Euangelica consilia, non præcepta.

Column. 131. B, nec potest vltra labi, *scribe in margine*, Cautè lege, nam non nisi de confirmatis in gratia id verum esse potest, & quo ad mortalia peccata dumtaxat, vnde subdit exemplum de Apostolis.

Column. 131. E, *ad verba illa textus*, Dominicum extulerunt hominem, *scribe in margine*, Christum hominem Dominicum appellarunt nonnulli ex veteribus Patribus: sed phrasis excusanda, & ab ea abstinendum docet Sanctus Augustinus, *vide Sanctum Thomam 3.p.quæst. 16. art. 3. eiusq; interpretes.*

Column. 136. C, numero 4. *scribe in margine*, Cautè lege totam hanc quartam, & quintam sententiam, nam videtur docere in iustis extingui funditus fomitem peccati, nec in ipsis vllos exurgere affectus: Stoicamq; apathiam videtur introducere, quod est à doctrina Ecclesiæ prorsus alienum, temerarium, & erroneum.

Column. 137. E, numero 11. & 12. *appone in margine*, Cautè lege sententiam hanc 11. & 12. innuere enim Auctor videtur perfectionem Euangelicam consistere in apathia quadam Stoica, hoc est, omnium affectionum, & perturbationum carentia, quasi in viro perfectè Euangelico nullus vnquam existat conflictus carnis, & spiritus, extinguaturq; in illo peccati fomes, quod est erroneum, & temerarium, *vide Sanctum Augustinum 1. retract. cap. 19.*

Col. 141. D, *in textu ibi*, Nihilominus intus adhuc habet peccatum; *scribe in margine*, Cautè lege, nam cum gratia peccatum mortale esse non potest. Intelligit

telligit ergo peccatum metonymicè, hoc est fomitem peccati; qui & effectus est peccati, & ad peccatum allicit.

Column. 143. B, *tolle glossam*, Non litigandum, *eadem glossa expungatur infra litt. F, & vtrobiq; apponatur*, Cautè lege ista de non vocando in ius eo, qui iniuriam intulit; nam licitum est iuridicè, sine odio &c. apud iudicem vindictam expetere iniuriæ illatæ, *vide Sanctum Thomam 2. 2. q. 108. art. 1.* forsan Auctor intelligit hoc esse consilij, & summæ perfectionis in priuato homine non litigare. Adito Sixtum Senensem lib. 6. Biblioth. annotat. 27. vel loquitur de eo, qui odio, vel quouis alio prauo affectu aliquem in iudicium vocat. Quamuis Auctor iste nimis apertè præposteram sententiam suam hac in re prodere videatur, & idcirco cauendus.

Column. 148. B, *expunge glossam*, Imago Dei, *& rescribe*, Cautè lege; nam homo in peccato mortali verè, & propriè retinet Imaginem Dei quo ad substantiam, vt sic dicamus, nempè quoad intellectum, & voluntatem, tametsi non quoad similitudinem subl[i]miorem hoc est participationem gratiæ, & sanctitatis, & bonorum supernaturalium, *vide Sixtum lib. 5. Bibliothec. annotat. 31. & 49.*

Column. 159. B, *ibi in textu*, sed cum omni certitudine &c. *scribe in margine*, Certitudine, intellige morali, & per coniecturas, non infallibili, & absoluta.

In Saluiano Massiliensi.

Column. 159. C, *in inscriptione prohœmij Saluiani post verba illa*, Ad sanctum Salonium Episcopum Viennensem, *adde*, tomo 1. initio Operis Salonij annotauimus, certum esse Salonium Episco-

pum fuisse, quod autem Viennensis Episcopus fuerit, non ita esse exploratum, quin magnis rationibus reuocetur in dubium, *Consule Annales Eccl. Tomo 6. Anno 441. cap. 12.*

Lin. 3. column. 188. B, *tolle glossam*, Ecclesia Dei exacerbatrix, eadem column. D, *expunge glossam*, sanctitatis genus esse minus vitiosum.

Lin. 4. column. 191. A, *in textu*, Nec Christum credat, qui Christi mandata conculcat, *scribe in margine*, Non credit in Christum fide viua, quæ per charitatem operatur, alioquin etsi mortuam, veram tamen fidem peccator fidelis retinet.

Eadem column. litt. E, *notam marginis ita corrige*, fides sine operibus non iustificat actu, alioquin aliquid prodest, cum fides suaptè natura sit initium iustificationis, & ita intelligendus Auctor.

Column. 201. E, *dele glossam*, Christiani vt plurimum deteriores Barbaris.

Lib. 5. column. 224. A, *dele glossam*, Solus nobis vilis est Deus, *& litt. D, dele notam*, vbi Romani, ibi vitia:

Lib. 7. colum. 237. E, *expunge glossam*, Fornicatio decus.

Lib. 1. Timothei, column. 259. B, *deme glossam*, Ecclesiæ primitiuæ supereminens beatitudo euanuit.

Column. 269. D, *dele glossam*; Qui in fine pœnitet, non securi, *& scribe*, Qui in finem vitæ differunt pœnitentiam, non securi, cum difficilè, & rarò illam obtineant.

Lib. 2. colum. 278. D, *dele glossam*, Sola auaritia extremo iudicio damnabitur.

Lib. 4. colum. 303. B, *expunge glossam*, Christus solus est, cui omnia desunt.

Et

Et column. 301. B, *dele glossam*, Deus omnium postremus.

Column. 308. A, *tolle notam*, Displicent omnia Dei præcepta.

In S. Ioanne Climaco.

Column. 324. C, *ibi in textu*, omne enim, quod fidei caret fundamento, peccatum est, *scribe in margine*, Intellige, vt illud Pauli: Omne, quod non est ex fide, idest conscientia bona peccatum est.

Column. 335. D, *dele glossam*, Heremus non tuta est. Column. 336. A, *tolle notam*, Omnia ex consuetudine.

Column. 343. E, *ibi in textu*, Expedit in Deum magis peccare, quam in patrem nostrum, *adscribe margini*, Ritè istud accipe, hyperbolicè enim ita loquutus videtur. Intelligere enim videtur, grauius peccare monachum inobedientem, quod contumacia sua Prælatum suum, & Deum offendit, cum scandalo totius cœtus, quam si simplex aliquod peccatum ex imbecillitate perpetrasset, solum aduersus diuina præcepta nulla iniuria sui pectoris.

Column. 353. A, *in textu*, Sicut perfectam charitatem sine lapsu esse Patrum auctoritas definit, *scribe in margine*, Cautè lege, nam vel loquitur de charitate patriæ, vel de finali charitate ex dono perseuerantiæ, vel quod magis remur, de confirmatis in gratia.

Column. 354. E, *ibi in textu*, Maior, ac potentior baptismate post baptisma (etsi audax dictu id videatur) fons lachrymarum est, *annota in margine*, Re vera audax hyperbole, nisi intelligat esse maiorem, & potentiorem non virtute, & efficacitate sanctifi-

candi: sed vsus frequentia, & vt sic dicamus assidua reiteratione.

Gradu 15. column. 374. *ibi in textu*, Nam nisi gulæ illecebris superatus fuisset &c. *ad marginem annota*, Cautè lege, nam etiam si Adam non peccasset re vera cognouisset vxorem suam: sed forsan loquitur actor de cognitione, quæ fit ex concupiscentia, & fomite peccati in libidinem exardescentis.

Column. 377. B, *dele glossam*, Dœmones fætore gaudent, *scribe*, non sunt corporei dœmones, vt fœtore gaudere possint, aut quauis alia qualitate corporea affici: sed quia cupiunt nos immundos, & peccatores, & Deo inuisos.

Gradu 22. column. 394. C, *tolle glossam*, De quibus gloriandum. Eadem column. C, *ibi in textu*, quæcunq; tibi ante Natiuitatem fuere virtutum bona, eis gloriare, *adfige ad marginem*, Scite per ironiam ita loquitur.

Colum. 421. A, *tolle glossam*, Angelos quotidie proficere; *& scribe*, Cautè lege ista de profectu Angelorum, nam certum est eos in essentiali beatitudine, & scientia verbi non proficere, proficiunt quidem in accidentali gloria, & quibusdam nouis reuelationibus extra verbum, *vide s. Thom. 1. p. q. 58. art. 1. & q. 117. art. 2. & Sixtum Senensem lib. 6. Biblioth. annot. 165. & 299.*

Gradu 27. column. 427. A, *ibi in textu*, Custodis nostri, qui ex baptismi tempore assignatus est, *scribe in margine*. Melior sententia Theologorum docet Angelum custodem nedum à Baptismo: sed ab ipso Natiuitatis momento hominibus singulis deputari, *vide s. Thom. 1. p. q. 113. art. 5.*

Gradu 28. col. 439. E, *tolle notam*, Oratio cogit Deum.

In

In Diadocho.

Cap. 63. column. 463. D, *expunge notam marginis,* Vtrum iuridicè sua defendere liceat, & repetere, *& initio capitis appone istiusmodi scholion,* Cautè lege hoc, & sequens caput; nam sanissima est Theologorum doctrina, quæ habet licere Christiano in iudicio rerum ablatarum restitutionem, & iniuriarum compensationem repetere, seruatis debitis circumstantijs, vt ob iustitiam non priuato amore vindictæ, odio, &c. id faciat tametsi cuiusdam excellentis perfectionis, & consilij Euangelici sit, nullum ob quamcunque priuatam iniuriam in ius apud iudicem vocare, *vide supra notam, column. 143. B,* ad hanc normam reducenda est tota hæc Diodochi disputatio de non litigando si veram, & non erroneam cupimus.

In S. Nilo Abbate.

Column. 485. post præfationem ex Nicephoro, *adde,* De Nilo plura indicant notæ ad Romanum Martyrologium 12. Nouembris, *De eius autem operibus multa Photius in Bibliotheca, vide apparatum sacrum Posseuini.*

Ad finem Operum, col. 550. A, *dele glossam,* Doctores nisi in fide lapsi non iudicandi.

In Thalassio Monacho.

Hecatontade 4. column. 564. A, numero 61. *ad marginem annota,* Totam hanc sententiam de fide intellige inchoatiuè; nam fides est initium nostræ iustificationis.

Col. 565. numero 86. B, *quod in textu dicitur,* Sanctæ vniuscuiusq; essentiæ Trinitati, *restitue,* vniusque essentiæ Trinitatis &c.

Column. 566. D, numero 106. *in textu ibi,* quia non sine causa sunt, *scribe in margine,* More Græco-

rum in sacra Trinitate promiscuè vtitur nomine principij, & causæ: at Latini ad intra in Trinitate non admittunt appellationem causæ; neque enim propriè Pater dicitur causa Filij; aut Pater & Filius causa Spiritus Sancti. *Vide S.Thomam 1. p. q. 33. art. 1. ad 1. & 2.*

In Gilda Sapiente.

colum. 598. C, *in textu;* Et non esse Sacerdotes, &c. *appone ad marginem;* Ritè istud accipe; mali enim Sacerdotes veri sunt Sacerdotes; tametsi indigni eo munere.

In Idiota.

lib. 2. contemplationum colum. 633. B, *ibi in textu;* Gloriam quæ à te gratis promittitur, &c. *appone margini;* Rectè id intellige ex decreto Concilij Trid. sess. 6. cap. 16. Consequimur enim nos gloriam etiam nostris meritis ex gratia Dei, qui nobis gratis donauit, vt nostra opera merita essent gloriæ.

In Isaac Syro.

Lib. 1. de Contemptu mundi cap. 11. colum. 678. A, *ibi in textu;* Inuitus trahitur ad peccandum, *ad marginem annota;* Non vult dicere hominem coactè, ac necessariò peccare, cum sine vsu liberò arbitrij non sit peccatum, sed hyperbolicè ità indicat vim passionum, & vitiosæ consuetudinis.

cap. 18. colum. 689. D, *in textu;* Quamlibet virtutem sine labore corporis factam reputa sicut abortiuum exanime, *scribe in margine;* Ritè istud accipito, certum est viros perfectos interdum in exercitio virtutum, quarum habitus altè defixos conseruant, summa cum animi, tùm corporis voluptate affici; at nec illud minus exploratum actiones virtutum

tutum frequentes corpus extenuare, atterere, frangere, consumere; & plerumq; cum maximo corporis labore, & nisu perfici, præsertim cum corpus domandum, & retundenda eius effrenis superbia.

In testamento duodecim Patriarcharum.

Colum. 731. *titulum operis tolle, & ità eum lege:* Liber qui de duodecim Pacriarcharum testamentis inscribitur, Roberto Lincolinési Interprete. *Et post hæc inscriptionem ista adijciantur*; liber hic apocryphus est, pseudepigraphus, fabulosus, & indignus planè qui legatur; multa enim continet partim erronea, partim vana, & mendacia; nullo auctore, aut fundamento subnixa, quæ facilè lector, & discernet, & repudiabit.

In testamento Ruben colum. 733. B, Ità enim seduxerunt vigiles, &c. *appone ad marginem*; Cautè lege; nam Auctor refricare videtur errorem quorundam antiquorum Angelos cecidisse libidinis peccato, quod se cum mulieribus impuro coitu commiscuerint. *Vide S. Tho. 1. p. q. 51. art. 3. ad 6. eiusque Interpretes, & Sixtum lib. 5. Biblioth. Annot. 77.* Deinde nimis fabulosum illud est, quod iste Auctor subdit: Apparuerunt enim eis Vigiles vsque ad Cœlum attingentes.

cap. 5. in Testamento Isachar, colum. 747. B, *expunge glossam*; Ergò ante nuptias.

cap. 8. in Testamento Nephtalim colum. 755. D, *in textu ibi*; Similiter autem, & Vigiles immutauerunt, &c. *adfige marginis*; Cautè lege, nam reddit ad errorem de Angelis amore, & concubitu mulierum lapsis. *Vide notam in Testamento Ruben column. 733. B,*

colum. 755. D, *aufer glossam:* Scriptura sancta Henoch. *& scri-*

& scribe ; Equidem non est dubium Henoch librum Propheticum scripsisse, attestante S. Iuda Apostolo in sua Catholica;at liber Henoch, quem aliqui Patrum citant; & cuius testimonia non semel in hoc libro proferuntur, certissimum est non esse diuinam Scripturam, vel quod non iste sit illemet scriptus ab Henoch, vel quod ille germanus Henoch fœtus additionibus, detractionibus, mutationibus nefariè deprauatus sit ab hæreticis. *Vide S. August. lib. 15. de Ciuit. cap. 23. & lib. 18. cap. 38. Sixtum Senensem lib. 2. Biblioth. in Henoch, & alios recentiores.*

cap. 9. in Testamento Gad, colum. 755. D, *dele notam:* Ioseph venditus est triginta aureis; *& scribe;* Ista falsa, & fabulosa sunt cum Scriptura sacra Genes. 37. vers. 28. tàm in fonte Hebraico, quàm in editione vulgata apertissimè dicat, Ioseph viginti argenteis diuenditum.

cap. 5. in Testamento Leui, colum. 757. B, *in textu;* Tunc duxit me Angelus, &c. *adfige marginis* Cautè lege; nam ista narratio fabulosa, & erronea est; cum certum sit Simeon, & Leui male fecisse in interfectione Sichimitarum, vt Iacob Pater eis improperauit, Genes. 49. vers. 5. & 6. at Angelus bonus, & Dei minister nescit patrocinium dare criminibus.

In Sixti sententijs.

Pag. 769. B, abrade totas illas integras sex lineas à verbis illis, *Ex Ludouici Hillesemij, &c.* vsque ad illa, *lectum à se ait.* Deinde tolle totam illam inscriptionem: S. Sixti III. ex Philosopho Pontificis maximi, & martyris sententiæ, Interprete Rufino; *& repone*: Xysti, vel Sexti Pythagorici Philosophi Ethnici sententiæ Interprete Rufino Pre-

no Presbytero Aquileiensi. *Et statim appone huiusmodi antidotum*: Vt cernas lector fraudem Rufini, qui librum sententiarum Xysti Philosophi Gentilis, & Pythagorici, ementito titulo, splendido S. Sixti secundi Romani Pontificis, & martyris nomine euulgauerat, audi S. Hieronymum Epist. ad Ctesiphontem aduersus Pelagianos, Tomo 2. ista conquerentem: Illam autem temeritatem, immo insaniam eius, Nempe Rufini, quis digno possit explicare sermone? quod librum Xysti Pythagorei, hominis absque Christo, atque Ethnici, immutato nomine, Sixti Martyris, & Romanæ Ecclesiæ Episcopi prænotauit. In quo iuxta dogma Pythagoricum, qui hominem exæquant Deo, & de eius dicunt esse substantia, multa de perfectione dicuntur: vt qui volumen Philosophi nesciunt, sub Martyris nomine bibant de aureo calice Babilonis. Denique in ipso volumine nulla Prophetarum, nulla Apostolorum, nulla Christi fit mentio; vt Episcopum & martyrem sine fide fuisse contendat. Vnde, & vos, Pelagiani, plurima contra Ecclesiam vsurpatis testimonia. *Hæc S. Hieronymus; qui etiam in cap. 22. Ieremiæ inquit*; Miserabilis Grunnius, Rufinum intelligit, qui ad calumniandos viros sanctos aperuit os suum, linguamq; suam docuit mendacium, Sexti Pythogorei hominis Gentilissimi vnum librum interpretatus est in latinum, diuisitq; eum in duo volumina, & sub nomine Sancti Martyris Xysti Vrbis Romæ Episcopi, ausus est edere: in quibus nulla Christi, nulla Spiritus Sancti, nulla Dei Patris, nulla Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum fit mentio; & hunc librum solita temeritate, & insania Annulum nominauit; qui per multas Prouincias

uincias legitur, & maximè ab his, qui ἀπαθεῖαν, & impeccantia prædicant. Tantum ille, *Qui rursus in 18. cap. Ezech. in Rufinum inuectus hæc ait;* Pulchrè in Xysti Pythagorici sententiolis dicitur: Adulter est vxoris propriæ amator ardentior. Quem librum quidam in latinam linguam transferens; Martyris Xysti nomine voluit illustrare; non considerans in toto volumine, quod in duas partes frustra diuisit, Christi nomen, & Apostolorum omnino reticeri. Nec mirum si Gentilem Philosophum in Martyrem, & Romanæ Ecclesiæ Episcopum transtulerit: cum Eusebij quoq; Cæsariensis primum pro Origene librum Pamphili Martyris vocabulo commutarit. *Hactenus S. Hieronymus, sed & S. Augustinus lib. 2. Retractationū c. 42. ità scribit:* In libro de natura, & Gratia verba quædam quæ velut Sixti Rom. Pontificis, & Martyris Pelagius posuit, ità defendi, tam quā reuera eiusdem Sixti essent; id enim putauerā: sed postea legi Xysti Philosophi esse, nō Xisti Christiani, Videtur quidem id legisse S. Augustinus in locis S. Hieronymi, quæ nuper descripsimus.

Sanctus quoque Gelasius Primus in Concilio Romano septuaginta Episcoporum hæc censuit de libro isto; Liber prouerbiorum qui ab hæreticis conscriptus, & S. Xysti nomine prænotatus est; apocryphus. Quod verò S. Gelasius ab Hæreticis, & non à Gentili Philosopho librum conscriptum affirmat; idcircò hoc videtur asserere, quod Rufinus hæretica manu, in translatione, quædam ex Scripturis sacris immiscens librum Christiani hominis potius quàm Ethnici ostentare voluerit. *Hæc tantorum Patrum de libro isto iudicio latuisse videntur S. Isidorum, vel quicunque ille sit*

sit Auctor, cum libro de viris illustribus c. 1. hæc scribit, Sixtus Episcopus Romanæ Vrbis, & Martyr composuit ad instar Salomonis librum Prouerbiorum tam breui eloquio, vt in singulis versiculis singulæ explicentur sententiæ. Cui quidem Opusculo hæretici quædam contra Ecclesiasticam fidem inseruerunt; quo facilius sub nomine tanti Martyris peruersorum dogmatum reciperetur assertio. Sed is, qui Catholicum se meminit, probando legat, & ea, quæ veritati contraria non sunt, recipiat. Quidam autem putant eundem librum ab hæreticis, non à Sixto fuisse dictatum. Refellit autem hanc opinionem Beatissimus Augustinus, qui in quodam Opere suo ab eodem Martyre hoc Opus compositum esse fatetur: Hæc ille. Putauerat quidem istud Sanctus Augustinus libro de Natura, & Gratia cap. 64. sed retractauit postea lib. 2. retractation. cap. 42. vt dudum vidimus. *Consule notas ad lib. 5. Isidori de viris illustribus cap. 1. Annal. Eccles. Tomo 2. Anno & Tomo 5. Anno 410. cap. 60. & Apparatum Posseuini verbo, Rufinus*. Ex his igitur omnibus facilè intelligis lector, quo in loco habendus sit liber iste, & cuius Auctoris. *Errores quos Sanctus Hieronymus annotauit sunt hi*. Quod hominem Deo exequet. De Dei substantia hominem esse dicat: Apathiam Stoicam, & impeccantiam cum Origenistis introducat. Pelagianismos complures contineat. At nos monemus in hoc libro cauendas omnes infra positas sententias, nempè 7. 120. 124. 125. 184. 194. 200. 248. 252. 263. 265. 287. 299. 306. 336. 342. 343. 393. 376. 409. vel enim hæreticæ, vel erroneæ, vel malè sonantes sunt.

Column. 777. D, *Inſcriptionem Operis ita repone*, Sancto Sixto Tertio Pontifice Maximo, falsò inſcriptus liber de diuitijs, eidem quoque falsò adſcripta Epiſtola de malis Doctoribus, Operibus fidei, & iudicio futuro. Item eidem mendaci titulo tributus liber de caſtitate, *Dele autem illa verba*, Item S. Brachiarij Epiſtola ad Ianuarium, aut ſanè Epiſtola illa adijciatur in hoc Tomo poſt pſeudepigrapha opuſcula nomine Sixti, accepta ex 3. Tomo, vbi habetur impreſſa.

Column. 777. E, *expunge notam marginis*, Ennodius citatur à S. Clemente in conſtitutionibus Apoſtolicis. Ridiculum enim eſt S. Ennodium Ticinenſem, qui tempore S. Hormiſdæ claruit, citari à Sancto Clemente tot ſæculis ipſo antegreſſo. Euodius Epiſcopus Antiochenus, non Ennodius à Clemente citatur.

Column. 781. B, in titulo præfationis Solanij, *dele verba illa*, & Martyre, Sixtum enim tertium non fuiſſe Martyrem certiſſimum eſt, *poſt præfationem Iacobi Solanÿ iſta adiunge*, Lindanus, Baronius, Poſſeuinus, atq; alij viri eruditi, ac pij vehementer doluerunt, atq; ingemuerunt; tria iſta volumina, quæ hic ponuntur. Primum de Diuitijs. Secundum de malis Doctoribus, Operibus fidei; & Iudicio futuro. Tertium de Caſtitate abſq; alia diligentiori conſideratione, nomine Sixti Romani Pontificis, ſanctitate, & doctrina clariſsimi, falsò, & ementito titulo fuiſſe euulgata, & cuſa: cum certiſſimum ſit, & à Pelagianis conſcripta, & Pelagianiſmis referta eſſe. Primum nec Gennadius, nec vllus antiquorum reperitur, qui vel nutu tantum, vel per leuem ſuſpicio-

cionem innuerit, Sixtum Tertium harum ſcriptionum Auctorem eſſe; Cum tamen Gennadius illorum temporum Scriptorum Eccleſiaſticorum Indicem accuratè contexens, & de Sixti Papæ Epiſtola ad Neſtorium memorans, nihil horum Opuſculorum Sixto tribuat. Deinde qui poteſt eſſe veriſimile, vt S. Sixtus Pelagianorum accerrimus hoſtis, & eius hæreſis validiſſimus profligator, vt Sanctus Proſper cùm in Chronico, tùm aduerſus Caſſianum ad finem egregiè profitetur, in his opuſculis tot, tantique conſentanea hæreſi Pelagianæ conſcripſerit? at ſcripta iſta toto ipſorum ductu, ac progreſſu nihil magis ſpirare, quàm Pelagianam impietatem quiſq; Orthodoxus dogmata Pelagij probè perſpecta habens, ſola lectione conſeſtim intelliget. Sed hoc nunc ſatis ſit ad detegendum Pelagianum horum librorum Auctorem perſpicuum argumentum. Quod cum in tribus iſtis voluminibus ſcriptor totus ſit in Operum commendatione; nunquam tamen meminit diuinæ gratiæ, vel minimum quidpiam ei tribuit: ſed omnia libero arbitrio. Et putabimus S. Sixtum mirificum diuinæ gratiæ vindicem, & eſſertorem ita ſilentio ſepeliſſe gratiam? atque ita potuiſſe & loqui, & ſcribere? Sed initio ſingulorum librorum vlcera Pelagiani erroris indicabimus. Quo circa meritò viri docti, & Catholici quæſti videntur de Solanio, quod abſque maiori delectu, atque iudicio Pelagianas ſcriptiones ſub tanti Pontificis Sixti glorioſo nomine publicauerit, *Adito Annales Eccleſiaſticos Tomo Quinto, Anno 440. cap. 7. & ſequentibus.*

Column. 781. *Inſcriptio libri de Diuitÿs ita ponatur,* Sancto Sixto Tertio Pontifici Maximo, perperam inſcri-

inscriptus liber de Diuitijs, *& statim apponatur antidotus*, Toto hoc libro nimis apertè, se Auctor Pelagianum prodit. Integro enim libro nihil aliud conatur ostendere, quam diuitem hominem ex Deo non esse, totusq; in eo est, vt probet impossibile esse diuitem hominem Dei præcepta seruare, immò & omnes quamuis numerosam prolem habentes, si salui esse velint, teneri diuitias abdicare, & reddi pauperes, qui fuit error Pelagij; Sic enim sextus hæresum eius articulus in Concilio Diospolitano condemnatus apertè continet: Sexto, & Diuites baptizatos, nisi omnibus obrenuncient, si quid boni visi fuerint facere, non reputari illis, nec eos habere posse Regnum Dei, *vide Sanctum Augustinum lib. 2. de peccato originali cap. 11. & Epistola ad Paulinum, quæ est 106.* Et quamuis cuncta, quæ in hac causa liber iste profert, possent vtcunq; in Catholicum aliquem sensum reduci, quod non nisi egerrime, aut ne vix fieri queat, quis vnquã in animum inducet suum, Sanctum Sixtum Papam tempore ipso emergentis, & grassantis Pelagianæ hæresis, quam ipse totis viribus extirpare niteretur, si non eadem expressè; Pelagianis tamen dogmatibus affinia, & quam simillima absque Pelagianæ hæresis valida suspicione nulla facta eiusdem abrogatione scribere publicè voluisse?

Column. 783. *in titulo paginæ, & deinceps in alijs titulis paginarum trium horum sequentium librorum, scribatur*, Sancto Sixto Papæ malè adscriptus liber &c.

Column. 811. B, *inscriptio libri ita ponatur*, Sancto Sixto Tertio Pontifici Maximo, perperam adscripta Epistola &c. *Et statim post inscriptionem adij-*

adijciatur antidotus , Nihil minus in hoc libro Auctor se exerit Pelagianum : dum enim differit opera esse ad salutem necessaria ; omnia tamen libero arbitrio tribuit , & gratiae nihil largitur : atque illis ipsis vtitur verbis, quibus Pelagiani Catholicos perstringere solebant ; *Sic enim colum. 843. A , loquitur*. Et vt breuiter cuncta perstringam , quando cuiusq; criminis , vel peccati reus quieta mente suscipiet , malum suum voluntatis esse , non necessitatis, & arbitrio scribi,quod ille nititur imputare naturae . Erant istae expressae voces Pelagianorum negantium originale peccatum quibus incusabant Orthodoxos , quod naturam humanam ex originali peccato corruptam esse docebant : Deinde Auctor iste eadem columna, & sequentibus pluribus conatur ostendere hominem absque vllo omninò peccato , etiam leuissimo posse esse , quod erat ipsissimum dogma Pelagianum mille locis à S. Hieronymo , S. Augustino, S. Prospero refutatum ; Et si attentiùs admoueas animum lector à capite ad calcem totum Opus Pelagianum deprehendes , vt nihil opus sit singula annotare .

colum. 846. C, *Inscriptionem libri sic restitue* ; Sancto Sixto Tertio Pontifici Maximo liber de Castitate perperam Inscriptus : *& statim annecte antidotum* : Pergit Auctor etiam in hoc libro se Pelagianum prorsus ostentare ; *nam column. 855. A* , interpretans sententiam Christi Matth. 19. Non omnes capiunt hoc verbum ; sed quibus datum est,quasi castitatem non nisi illi possideant , quibus etiam non volentibus , & fatali , quod aiunt necessitate collata sit , ne & gratiosum Deum statuas , & castitatis præmium tollas,& va-

nam vtrobique eius exhortationem facias, si eam non qui capiunt: sed quibus diuinitus indulgetur, obtineant. Tam vana erit exhortatio rei non voluntariae, quàm praemium iniustum; & tam non culpari merebitur, qui pudicitiam negatam sibi, non habuerit, quàm qui collatam possederit, coronari. Verbum dixit datum, non castitatem, quam aliundè sperare non possumus, quia cum habemus, naturaliter possidemus; nostra est enim, quae nobiscum nascitur, & in nobis est: ita non est expectanda, sed custodiēda, quae in nobis est. Haec ille, & alia multa subdit in eādem sententiam, quae omnia Pelagiana esse, nimium caecus fuerit, qui illico non cernat. Eiusmodi enim cauillis Pelagiani Orthodoxis insultabant, vt quia castitatem donum Dei esse catholicè praedicarent, traducerentur ab illis, quasi dicerent, fatali necessitate obuenire hominibus castitatem. Deinde, quam absurda, & à mente Domini aliena illa expositio, verbum datum non castitatem?

Insuper column. 859. E, explicans verbum Pauli 1. Corint. 7. Vnusquisque proprium habet donum à Deo, inquit: Si virginitas Dei potius dono confertur, quàm propria hominis voluntate seruatur, ergò præmio caret. *Et colum. 860. A, ait*, Vnusquisq; proprium habet donum à Deo; propriæ, scilicet voluntatis. Ad hæc sunt manifestè Pelagiana. *Vide Bellarminum lib. 2. de Monachis cap. 31. & lib. 1. de Clericis cap. 21. ad 4.*

Ad hæc colum. 855. E, Ex perspicua Pelagij hæresi docet discrimen interesse inter beatorum vitam æternam, & Regnum Cœlorum, sic enim ait; Quid ergo? damnauit Dominus nuptias? Absit; sed tantùm Regni gloriam illis non vitam (si tamen omnia

nia mandata seruauerint) denegasse censetur. Hæc ille, planè hæreticè derogans matrimonio quasi coniuges iusti non sint adepturi regnum Cœlorum. Omittimus alios Pelagianismos annotare, quos Lector facilè per se obseruare poterit.

In Antonio Melissa.

Colum. 877. *in titulo Operis S. Antonij Abbatis Melissæ, &c.* dele, *Sancti*. In eadem Inscriptione, *dele illa verba*, Conrado Gesnero Interprete, nam est Hæreticus primæ Classis: *Et statim post Inscriptionem apponatur antidotus*, Hic liber non est S Antonij Magni Abbatis: sed alterius cognomento Melissæ, qui post tempora S. Damasceni vixit; multaque continet acri, ac diligenti expurgatione digna, nec fidendum Interpretationi Latinæ ex Græco, vtpotè conflatæ à recentiori hæretico Conrado Gesnero; ac proinde confugiendum tibi Lector ad lib. 1. Sacrarum obseruationum Iacobi Billij cap. 4. & 5. & ad Notas Frontonis Ducæi, quæ hic ad finem aliquot Capitum subijciunt: vterque enim multos lapsus Hæretici Interpretis, & obseruabit, & restituit. *Vide quoquè Posseuinum in Apparatu Sacro*.

Sermone 1. colum. 879. E, *ibi in textu*; eam verò solummodo naturam, quæ increata est colere, & venerari didicimus; *vel expungatur dictio*; Solummodo; *vel affigatur margini*; Cautè lege, forsan de suprema, & primaria ratione latriæ, quæ per se tantum Diuinitati tribuit.

Serm. 2. colum. 882. D, *illa verba textus*: Praesertim cum nulla sit regeneratio, vel reformatio, nec aliqua antiquae conditionis restitutio. *Vel prorsus expungantur, vel notetur in margine*; Cautè lege, fortassis intelligit non esse secundum

Baptiſmum, & rediuiuam innocentiam:non tamen negat pœnitentiam ſaepiùs iterabilem.

Serm. 3. colum. 884. C, *ille textus verſiculus*: Deus non omnium Deus eſt, ſed eorum qui per charitatem in ipſius quaſi familiam recepti, & ipſi coniuncti ſunt, *vel penitus cancelletur: vel adſcribatur margini*; Cautè lege, forſitan intelligit, non eſſe omnium Deum ſingulari illo, ac peculiari modo, quo electis, & praedeſtinatis, qui ipſis in bonum ſalutis aeternae efficaciter vertat. *Idem fiat ſerm. 26. colum. 834. C, & ſerm. 67. columm. 974. A.*

ſerm. 5. col. 885. E, *ad verſiculum illum S. Baſilij*: laudo eum, qui ſpes vigilantium ſomnia eſſe dixit, *ſcribe in margine*: De vanis quibuſdam hominibus loquitur, qui ſomnijs, eorumq; interpretationibus attendentes, inde ſpes, metuſue concipiunt.

colum. 886. B, *ibi in textu*: Nulla incurabilia patrauiſſent facinora incurabilia, intelligit finalem, vel deſperationem, vel impœnitentiam. Nec videtur loqui Philo de ſpe ſupernaturali, & infuſa virtute; ſed naturali, cum multis ſuis quibuſdam facinoribus in ea ſe mala conijciunt, vnde nulla ſpes humana ſit euadendi.

ſerm. 12. colum. 893. C, *dele illa verba textus*: Si verò omnes iuſti eſſent, fortitudine non egerent.

ſerm. 13. col. 894. C, *expunge illa verba*: Si verò iuſti omnes fuerint, fortitudine nihil opus habebunt.

ſerm. 14. colum. 896. D, *addita particula*, tantum, *illum verſiculum ità ſcribe*: Temperans eſt, non tantùm, qui prohibita non attingit: ſed qui licitis etiam abſtinet.

ſerm. 15. colum. 899. A, *ibi in textu*: Qui corporeis volu-

voluptatibus tentantur, &c. *scribe in margine* : Tentantur, ritè accipe, id est, illas experiuntur, illisque consentiunt.

serm. 16. colum. 899. D, *ibi in textu* ; Peccatum repellit vitae nostrae custodem Angelum. *Ad marginem scribe* ; Cautè lege ; nam Angelus custos nunquam ex toto hominem etiam peccantem deserit ; sed vel secundum aliquid eum interdum dimittit, prout scilicet non impedit quin vel in aliquam tribulationem, vel in peccatum labatur secundum ordinem iudiciorum Dei ; vel etsi ab homine recedat ; non tamen effectu custodiae. *Vide S. Thomam 1. p. q. 113. art. 6.* Aut fortè intelligit Auctor Angelum peccatum refugere, & abominari.

Angelus custos

colum. 901. A, *ibi in textu* ; Discede ab improbitate, &c. *appone in margine* : Tota haec sententia decem lineis comprehensa, sumpta est ex S. Grysostomo Oratione de S. Philogonio, & cautè totam lege, nam ea abutuntur haeretici recentiores ad euertendam satisfactionem, tertiam, & insignem Sacramenti Pœnitentiae partem ; *Sed quam sanum & catholicum sensum illis verbis S. Grisostomus conceperit, Sixtus lib. 5. Biblioth. Annot. 16. & Bellarminus lib. 4. de pœnitentia cap. 16. perspicuè demonstrant*. Tu ipsos adito: breuiter innuunt S. Chrysostomum nomine satisfactionis, vel intellexisse peccati excusationem; vt paulò anteà dixerat ; & istud sufficiet ad excusationem ; vel asseruisse, ad reconciliationem, & amicitiam cum Deo, & culpae, aeternaeq; pœnae remissionem non exigi satisfactionem ; esse tamen necessariam ad pendendas purgatorias pœnas pro iam remissis peccatis.

satisfactio

colum. 902. B, *aufer totam illam ſententiam in paruis, aut magnis peccare æquipollet*: Similiter enim vtroque modo lex contemnitur. Eſt enim Stoicum dogma; Peccata omnia eſſe paria.

ſerm. 17. colum. 905. E, *cancella totam illam pericopem*, Vera pœnitentia eſt, non amplius eiſdem affectibus obnoxium deprehendi: ſed funditus ab anima euellere iſta peccata, quorum cauſa aliquis ſe morte dignum iudicauerit.

colum. 906. B, *dele quinque iſtas lineas*, Pœnitentiae opus in tribus hiſce virtutibus abſolui iudicio; purgatione cogitationum, Oratione aſſidua, & ingruentium afflictionum patientia. Qui in iſtis aliquandiù moratur tandem ad animi tranquillitatem (Graeci dicunt ἀπάθειαν) perueniet. Introduxit enim apathiam; Stoicam; tantopere à S. Hieronymo in Origeniſtis, & Pelagianis damnatam.

ſerm. 19. colum. 907. B, *tollantur omnia iſta*, Qui intricati peccatis non agunt pœnitentiam, illi non ſolum orantes non exaudientur: ſed inſuper exaſperabunt Deum, improbitatis ipſorum memoriam ei excitantes.

ſerm. 22. colum. 911. D, *tolle vltimas duas lineas*; Bonum eſt aliquando mendacium quoque cum ità iuuat mentientes, vt interim audientes non laedat.

ſerm. 27. columm. 920. C, *ibi in textu*; Penes nos ſitum eſt, vt Deus miſereatur noſtri, &c. *ſcribe in margine*, Cautè lege; nam verba inclinant in Pelagianum errorem; niſi tantum illud velit, noſtrum liberum arbitrium à Deo praemotum liberè cooperari gratiae Dei.

ſerm. 38. colum. 857. D, *ibi in textu*, Ieiunium non ciborum; ſed peccatorum abſtinentia efficit, *ſcribe in margine*, Cautè lege, & intellige de fructuoſo,

ctuoso, & meritorio ieiunio; ieiunium enim sine abstinentia peccatorum nullius meriti est; alioquin ieiunium peccatoris rite susceptum bonum opus est, & vtile.

colum. 858. A, *tolle versiculum*, Verum ieiunium est assidua indigentia.

serm. 39. colum. 860. E, *cancella versiculum*: Antisthenes rogatus quid festum esset, dixit; Ingurgitationis occasio, *& dele vocem*, *Antisthenis*, *è margine*.

serm. 50. colum. 872. A, *expunge versiculum*, Docti ab indoctis tantum differunt, quantum Deus ab hominibus.

serm. 55. colum. 878. C, *in textu*, Anima est substantia genita, *dele*, *substantia genita*. Ibidem post septem lineas, expunge illa verba, colitur ab homine malo, neque.

serm. 58. colum. 881. A, *abrade totas illas lineas*, Qui exeundi tempore laborat metu, non liberè transibit principes inferorum. Est enim animae timiditas, illorum malitiae veluti patrona, & adiutrix.

serm. 67. colum. 889. E, *ibi in textu*: Peccatis ex necessitate commissis, &c. *scribe in margine*. Necessitatem intelligit, non quae tollat liberum arbitrium: sed vehementem occasionem, aut passionem.

serm. 70. colum. 891. D. *Inscriptio quæ habet*, De fortuna bona, & mala, *deleatur*, *& ista substituatur*, De rebus secundis, & aduersis.

Lib. 2. Sermonum Melissae.

Colum. 897. D, *in titulo Operis dele verba illa*. Ioanne Ribitto Interprete, *& mox affigatur*: Haud penitus fidendum Latinae ex Graeco huius secundi

libri Interpretationi, nempè quòd Ioannes Ribittus recentior haereticus illius sit Auctor; cuius plurimos non ferendos lapsus in interpretatione indicabunt tibi Lector, *Billius lib.* 1. *Sacrar. Obseruation. Ducæus in Notis quæ hic ad finè aliquot capitum ponuntur, & Possevinus in Apparatus Sacros. Illos adito.*

serm. 1. columm. 900. A, *ibi in textu*, Est autem in Dei manu, id est, eius potentiae, & prouidentiae subijci; sed pios, & iustos peculiari modo esse in manu Dei, quia eius amici, singularemq; curam eorum exercet: praesertim si sint è numero electorum, quos nullus rapiet de manu Dei.

colum. 903. C, *ibi in textu*, Rex meminisse debet, homo cum sit, se potestatem cum Deo parem accepisse. *Emenda in hunc modum*, se potestatem à Deo talem accepisse. *Et expungatur nota græci marginis*. Eadem colum. litt. E, *ibi in textu*, Non enim habet in terris se quidquam excelsius, *scribe ad marginem*. Intellige inter sæculares, & temporales dignitates; nam Ecclesiastica dignitas sublimior est Regia.

serm. 3. colum. 905. D, *in textu ad versiculum*, Melchisedech Rex Salem, &c. *annota in margine* Quamuis 70. Interpretes locum hunc Genes. 14 *ità reddiderint*: at non addiderunt vocem illam, Abrahamo, quam vel Auctor iste Melissa, vel eius Interpretes & Ribbittus hæreticus adiecerunt. Cùm è textu Hebraico, vulgata Editione, & communi sensu Patrum, Melchisedech ne dum obtulerit panes, & vinum in refectionem exercitui Abrahæ; sed Deo in sacrificium, typum veri, & incruenti Sacrificij Missæ.

colum. 906. C, *ad marginem illius versiculi*, Prudentia,

tia, & vita, & pietas, & scientia Sacerdotem efficit; *scribe*, Sacerdotem intelligit probum, & bonum, & eo munere dignum; nam alioqui Sacerdos improbus, & inscius verus Sacerdos est.

serm.21.colum. 928. D, *expunge sex vltimas lineas ab illis verbis*; Qui dicuntur domini, opinione tantum, non verè tales nominantur,&c. *vsque in finem sermonis; nam negat verum dominium inter homines*.

serm. 25. colum. 930. *D*, *ibi in textu*, Fortunabit tibi Deus omnia opera *pro*, fortunabit, *rescribe*: benedicet; sic enim Deuter.23.vers.20.habent 70. & vulgatus ex Hebræo.

serm.32.colum. 937. C, *in textu*, Nec quidquam est, quod improbos efficere possit meliores, *appone in margine*, Intelligere videtur de improbis in improbitate obstinatè perseuerantibus, nec eam deponere volentibus.

eadem colum. D, *ad versiculum illum*: Sanctos quidem lucidi seruant Angeli, improbos autem tenebrosi, *annota in margine*, Non detrahit improbis custodiam bonorum Angelorum, quam quisque à natiuitate accipit; sed ait, iustis ob gratiam, & sanctitatem adesse singularem quandam Angelorum lucidorum conseruationē; improbos autem ob peccatum obnoxios fieri tyrannidi Dæmonum.

colum. 937. C, *in textu*: Impurus autem etiam ab eo qui ipsi puero datus est, separatur, *adfige margini*: semper homini peccatori adest boni Angeli custodia; sed quantum ad aliquid ab ea se peccator separat, nempè cum labitur in peccatum, à quo Angelus abhorret; neque ea in re peccator bono Angelo auscultat. *Vide notam ad Serm. 16. lib. 1. col. 899. D*.

serm.

ſerm. 45. colum. 955. B, *ad verſiculum illum*, Vt ſui cauſa quis ſollicitus ſit, & opus faciat, interdictum eſt omnino, &c. *annota in margine*, Cautè iſta accipe, & ſecundum illud Matthæi 6. Ne ſolliciti ſitis, &c. interpretante S. Hieronymo, non penitus interdici nobis curam rerum temporalium moderatam: ſed ſollicitudinem. Labor, inquit, exercendus, ſollicitudo tollenda. *Serm. 53. colum. 960. E, in textu*, vbi ira fuerit; *lege*, furit.

ſerm. 55. colum. 965. A, *expunge tres illas lineas*, Ne te fallat inanis, & ſtulta cogitatio, vt iuſtè perſequi crimine vacare credas, & iniurium, legibus tradere puniendum.

ſerm. 63. colum. 971. B, *tolle verſiculum illum*, Iuſiurandum ità fuge, vt ne ſancte quidem iures. *Et colum. 972. A, dele tres illas lineas poſtremas ſerm. 64.* Fruſtra iurantem ob rem iniquam, Deus natura placidus nunquam culpa liberabit, vtpùta impurum, & ſceleſtum, etiamſi hominum ſupplicia euaſerit.

Serm. 72. colum. 980. C, *ad verſiculum illum*, Non poteſt animus iniquus iuſtificari, *ad marginem annota*, Hoc eſt, quod animo fit iniquo, & peruerſo, nullus praetextus ipſum iuſtum probabit, & oſtendet.

Serm. 77. colum. 990. B, *dele duas illas vltimas lineas ſermonis*, Difficilè eſt, vel potius omninò fieri non poteſt, vt honeſtas in vita plebeiorum inueniatur. *Et tolle gloſſam Græcam marginis*.

Serm. 87. colum. 997. B, *expunge verſiculum*; puro corde eſt is, qui ſe ipſe non conuincit praeceptorum Dei reiectione; Nam vt ait Apoſtolus; Nihil mihi conſcius ſum: ſed in hoc iuſtificatus non ſum.

ſerm.

ſerm. 88. colum. 998. *E, ibi in textu*. Ac quandiù quidem eſt malum in mente parturiente ; nondum eſt extinctio, nondum mors, *ſcribe in margine*, Id intellige ante plenum mentis conſenſum.

ſerm. 90. column. 4004. B, *expunge quinque illas lineas*, Infinita ſunt mala, quae commaculant animum à quibus expurgari, & elici omnino non licet : neceſſariò enim relinquuntur cuiuis mortali ſordes, quas leuiores fieri credi poteſt, tolli autem omnino non poſſunt.

ſerm. 92. 1005. E, *dele omnia iſta*, Intelligere debemus eos, qui ex parte mandata executi fuerint iuxtà eandem rationem in regnum Cœlorum ingredi. Nam qui non ſeruat omnia mandata, nec ex parte poteſt ingredi in regnum Cœlorum.

ſerm. 95. colum. 1009. A, *dele quatuor illas lineas*, Si quis fidem habet in aliquem, ac ſe ipſum tradit illi ſubijciendum, nihil ei opus eſt, vt mandatis Dei mentem adhibeat: ſed vt Patri ſuo omne voluntatis ſuae ſtudium deferat, & apud Deum crimine vacabit. Impijſſima ſi quidem iſta ſententia videtur, vt ſibi quis normam rectè viuendi hominem quempiam, non legem Dei praefiniat: & vtcunq; poſſet torqueri in bonum ſenſum, verba tamen abſurdiſſima ſunt, nec ferenda.

In S. Maximo.

Columm. 1013. C, *in titulo Operis dele illa verba*: Ioanne Ribitto Interprete, *& mox appone*, Haud ſatis fidas lector, huius Operis è Graeco in Latinum translationi, vt quae ex officina Ioannis Ribitti recentioris haeretici emerſerit. *Porrò de S. Maximo eiuſq; Operibus plura pete, ex 8. Tomo Annal. & ex Apparatu Sacro Poſſeuini.*

Serm. 29. column. 1072. D, *expunge gloſſam marginis*,

nis, Hæç non leguntur in codicibus noui testamenti, *& scribe*, 1. Thessalonic. 5. v. 6. 7. & 8. *& paulò inferius ad versum illum textus*, Induetur laceris &c. *dele è regione glossam marginis, quæ habet*, 1. Thessal. 5. *& aliam inferius*, Salomon. 23. *eius loco repone*.

In Centurijs S.Maximi.

Column. 1123. *in inscriptione Operis*, *tolle illa verba*, Vincentio Obsopæo interprete, *& statim ista adiunge*, Non temerè fidas, lector, harum de charitate centuriarum è Græco in latinum factæ interpretationi; nam cum primùm eas latinas fecisset Vincentius Obsopæus recentior hæreticus, huiusq; coniecturas secutus fuisset Conradus Gesnerus æquè etiam hæreticus, deprehensum est à viris eruditis multum in translatione peccatum ab his duobus nouatoribus, *quorum lapsus*, *& errores multos indicauit Iacobus Billius Pruneus*, *lib. 1. sacrarum obseruationum*, *cap. 12. & 17.*

Column: 1171. C, *In Epistola dedicatoria Ioannis Pici, linea 5. expunge illa verba*, Tandem etiam illam tantoperè desideratam ἀπάθειαν multò facilius assequetur, quam si vniuersos Stoicorum libros perlegerit.

In Dialogo de Incarnatione Verbi.

Column. 1263. B, *in Operis inscriptione, dele verba illa*, Interprete Bilibaldo Brikheimero, *& appone notam*, Huius Operis Latina è Græco interpretatio, neutiquam pro fida, & tuta habenda, quod Auctorem ferat Bilibaldum Brikheimerum hæreticum recentiorem.

Column. 1280. D, *dele glossam*, Salutem nostram reliquit Deus in voluntate nostra, *& scribe*, Cautè lege, nam salus nostra in manu Dei, eiusq; gra-

tia

tia potissimum, ac primum sita est; voluntas tamen nostra cooperatur gratiæ Dei, in nostra salute.

In Ferrando Diacono.

Column. 1281. in titulo paginæ, & in Operis inscriptione, ac deinceps in titulis paginarum, nomen *Diui*, Ferrando præpositum, *deleatur*, Nam etsi magnus vir Ferrandus, at quod nondum ei Ecclesia tribuit Diui nomen, nos illi dare haud æquum, *post inscriptionem ista adscribe*, Qualis, quantusq; fuerit Ferrandus, & quam doctrinæ laudæ, & Orthodoxæ doctrinæ soliditate excelluerit, abundè edoceri poteris *ex Tomo 7. Annal. Eccles. vide quoque s. Isidorum lib. de viris illustribus, cap. 12.*

In S. Martino Dumiensi.

Column. 1321. C, post præfationem ex Trithemio, *ista adde*, Ante Trithemium tamen plures egerunt de Martyno Dumiensi, vt S. Isidorus in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum cap. 22.& lib. de viris illustribus cap. 35. (consule notas Scholiastis in hunc locum) Sigibertus de viris illustribus cap. 118. & 119. & alij ex quibus tanquam è vetustioribus, & purioribus fontibus haurire poteris res gestas Martini. Adito quoq; Annales Ecclesiasticos Tom. fuisse postmodum Episcopum Bracharensem,constat: Vnde in Conc. Tolet. 10. honorifica ista mentione cohonestatur, & appellatur Sanctus, & Sanctissimus Ecclesiæ Bracharensis Episcopus gloriosæ memoriæ Martinus: Et quia sanctitatis gloria fulsit Gallæcia, & Lusitaniæ pars eius natalem dié inter alios Sanctos celebrat 13.Kal. Aprilis, vt Auctor est Ambrosius Morales. lib. 12.

lib. 12. Chronicor. Hispaniæ cap. 62. vide quoq; Garsiam à Loaysa in collectione Hispanicorum Conciliorum.

Cap. 4. column. 1325. E, *cancella notam marginis*, Mendacij vsus, *& rescribe*, Cautè ista lege, nam certum est, mendacium quantumuis officiosum nunquam esse licitum. *Vide s. Thomam 2.2. q. 110. artic. 3. & Sixtum Senensem lib. 5. Bibliothec. annot. 107.*

Column. 1325. E, *ad verba illa textus*, Nihil tibi intersit, an confirmes, an iures &c. *scribe in margine*, Cautè lege, nam multum interest inter simplicem assertionem, & iuramentum: Et hoc sanè opus est religionis, illud non. Forsan hyperbolicè ita loquutus est, quod vir probus, atque perfectus est est, non non, nisi maior adsit necessitas, contentus esse debet, vt Christus monet in Euangelio.

In Euagrio.

Colnmn. 1329. C, *post inscriptionem Operis, annecte huiusmodi antidotum*, Qui res Euagrij parum perspectas habuere, ipsum quandoque laudant, vt Socrates Nouatianus lib. 4. Histor. Eccles. cap. 18. & Sozomenus æquè Nouatianus lib. 6. cap. 30. idem facit Gennadius in cathalogo, qui etiam Euagrio miracula tribuit. Sed Gennadius nimium Pelagianis fauens nihil mirum si Pelagianorum parentem Euagrium laudibus tollat, & falsa adscribat miracula. De Palladio Galata, qui eundem Euagrium mirificè celebrauit, silemus modo, quod eidem in impietate, & hæresi par, eiusdemq; discipulus existens, mulus mulum mutuo scabit: dicemus de illo suo loco Tomo 7.

At æstimemus Euagrium è proprijs pretijs, fuisse hæreticum

reticum Origeniſtam, Pelagianisq; errandi ampliſſimam exhibuiſſe materiam, mirum ſi iam non omnibus ſit exploratiſſimum. *Audiamus quid de eo Patres s. Hieronymus Epiſt. ad Cteſiphontem, Tomo 2. hæc de Euagrio habet* Euagrius Ponticus hyperborita, qui ſcribit ad Virgines, ſcribit ad Monachos, ſcribit ad eam, cuius nomen nigredinis, teſtatur perfidiæ tenebras; Melaniam intelligit, edidit librum, & ſententias περὶ ἀπαθείας quam nos impaſſibilitatem, vel imperturbationem poſſumus dicere: quando nunquam animus vllo perturbationis vitio commouetur, &, vt ſimpliciter dicam, vel ſaxum, vel Deus eſt. Huius libros per Orientem Græcos, & interprete diſcipulo eius Rufino, latinos pleriq; in Occidente lectitant. Qui librum quoq; ſcripſit quaſi de Monachis, multosq; in eo numerat, qui nunquam fuerunt, & quos fuiſſe ſcribit, Origeniſtas, & ab Epiſcopis damnatos eſſe non dubium eſt: Ammonium videlicet, & Euſebium, & Euthymium, & ipſum Euagrium, Or quoque, & Iſidorum, & multos alios, quos enumerare tædium eſt, & iuxta illud Lucretij.

Ac veluti pueris abſynthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt dulci mellis, flauoq; liquore.

Ita ille vnum Ioannem in ipſius libri poſuit principio, quem & Catholicum, & Sanctum fuiſſe, non dubium eſt, vt per illius occaſionem cæteros, quos poſuerat hæreticos Eccleſiæ introduceret. *Hæc s. Hieronymus. Qui etiam præfatione in lib. 4. ſuper Ieremiam iſta ſcribit,* Commentarios in Ieremiam per interualla dictabam, vt quod deerat otio, ſupereſſet induſtriae: cum ſubito haereſis

Pytha-

Pytagoræ, & Zenonis ἀπαθείας, καὶ ἀναμαρτησίας idest impassibilitatis, & impeccantiae, quae olim in Origene, & dudum in discipulis eius Grumnio, Euagrioq; Pontico, & Iouiniano iugulata est, cœpit reuiuiscere, & non solum in occidentis: sed & in Orientis partibus sibilare, & in quibusdam Insulis praecipuèq; Siciliae, & Rhodi, maculare plerosq; & crescere per dies singulos, dum secreto docent, & publicè negant. Et alia subijcit in eandem sententiam.

At quanti semper fecerit Ecclesia Romana iudicium S. Hieronymi in his, quae ipse de Rufino, Euagrio, Palladio, alijsq; plurimis (quos ipse probe intus, & in cutè nouerat) eorumq; scriptis censuerit, audi S. Gelasium Primum in Concilio Romano septuaginta Episcoporum, memorandam istam sententiam proferentem. Item Rufinus vir Religiosus plurimos Ecclesiastici Operis edidit libros, nonnullas etiam scripturas interpretatus est: sed quoniam B. Hieronymus eum in aliquibus de arbitrij libertate notauit; illa sentimus, quae praedictum Beatum Hieronymum sentire cognoscimus. Et non solum de Rufino: sed etiam de diuersis, quos vir saepius memoratus zelo Dei, & fidei religione reprehendit. Haec S. Gelasius, cuius documentum eò tenacius mente suscipiendum, ac retinendum videtur, quod diuina prouidentia factum fuerit, vt S. Hieronymus multorum, qui suo tempore sub religionis, & pietatis habitu haeresum venena fundebant, ipsae fraudes, technas, dolos, errores deprehensos in publicum prodiderit, eiusq; ea in re iudicium Romana Ecclesia probauerit: ne deinceps tàm multi lupi in vestimentis ouium, gregi Dominico imponerent, eundemque mactarent;

cum

cum alioqui etiam cautissimos, & sagacissimos decipere potuerint. Eiusmodi fuere Rufinus, Euagrius, Palladius,& alij Monachi Origenistae,quos Sanctus Hieronymus, vt nuper vidimus, indicauit.

Sed ad Euagrium redeamus, de quo haec quoque Sanctus Ioannes Climax: Putauit Euagrius sapientissimum se omnium alacritate sensus fieri: sed fraudem passus, sibi mentitus est miser: insipientium insipientissimus ex hoc ipso ostensus est. Haec idcirco Climax, quod Euagrius apathiam introduceret. Porrò Euagrium, vnà cum Origene, & Didimo Alexandrino tanquam haereticum condemnatum, eiusq; errores proscriptos in Quinta generali Synodo, auctores sunt S. Tharasius Episcopus Constantinopolitanus in confessione fidei, quae habetur in secundo Niceno Concilio actione 3. Nicephorus lib. 17.hist.cap. 27. Cedrenus in Annalib. in Iustiniano, eundem etiam Euagrium cum eisdē Didimo,& Origene damnauit S.Martinus PP.& martyr in Conc.Lateranensi secretario 5.canone 18. sed & Antiochus Monachus, qui sub Heraclio vixit homilia de Regno, quæ est 130.Enumeratis multis hæresiarchis hæc subdit. Post hæc hæreseon portenta fuerunt hi, Euagrius, & Didimus, qui secundum dogma Origenis, puta præexistentiam rerum,atq; earum restitutionem senserunt. Hæc ille. Ex quibus omnibus, & alijs, quæ omittimus facilè quisque dispiciet, quo loco, & pretio Euagrius Ponticus Hyperborita sit habendus.

Verum, quod attinet ad Opus istud, quod hic subijcitur, haec de eo Gennadius cap. 11. Catalogi, scripsit Euagrius multa monachis necessaria, ex quibus ista sunt. Aduersus octo principalium vitiorum suggestiones, quas aut primus aduertit, aut

primus didicit octo ex sanctarum scripturarum testimonijs opposuit libros, ad similitudinem videlicet Domini, qui tentatori suo semper scripturarum testimonijs obuiauit, ita vt vnaqueque species, vel diaboli, vel vitiatae naturae suggestionum contra se haberet testimonium. Quod tamen opus eadem simplicitate, qua in Graeco inueni, iussus in latinum transtuli. Ita Gennadius. Ex cuius assertione satis videtur opus istud, quod hic ponitur, non esse ipsum integrum, vt ab Euagrio scriptum fuit, sed decurtatum ex illo, & quasi illius summam, & epitomem: cum illud diuisum fuerit in octo libros multis scripturarum testimonijs instructos, quod tamen non cernimus in isto breui libello.

In Dacriano Abbate.

Column. 1347. E, in inscriptione Operis, & deinceps in titulis paginarum, *dele nomen Diui*, Dacriano præfixum, *Et ante initium Operis appone*, De Dacriano nihil aliud habemus, quam fuisse ipsum monachum S. Benedicti. Vide Posseuinum in Apparatu sacro.

In Ioanne Abbate Raythu.

Column. 1409. E, *expunge glossam*, Mendacij liciti exempla, *& scribe*, Cautè lege; nam mendacium nunquam est licitum, *vide notam ad Martinum Dumiensem. cap. 4. column. 1325. E.*

In S. Edmundo.

Column. 1425. *post præfationem Margarini adiunge ista*: Plura ex varijs Auctoribus de S. Edmundo annotata inuenies in notis ad Romanum Martyrologium 16. Nouembris: Obijt Anno salutis 1246. Relatus est in Sanctorum numerum ab Innocentio Quarto (non Tertio) vt hic ait Margarinus, nisi

men-

mendum Typrographi irrepſerit.

In S. Franciſco.

In Epiſtola ad Sacerdotes ſui Ordinis, column. 1516. C, *tolle gloſſam marginis*, vna Miſſa celebranda, *& reſcribe*, Cautè lege, Ioannes Ekius in Enchiridio notat hanc Epiſtolam non agnoſci à Fratribus Ordinis Minorum pro vera Epiſtola S. Franciſci; *addit*, Auctorem Epiſtolæ tantum loqui de feria v. in Cœna Domini, non de alijs diebus, *Bellarminus lib. 2. de Miſſa cap. 10. ad 12. obiectionem, hæc ſcribit*, Sanè ſi hæc Epiſtola de quouis die loqueretur, falſum apertiſſime contineret. Scribit enim Auctor Epiſtolæ ſecundum vſum Romanæ Eccleſiæ vnicam Miſſam dumtaxat vno in loco celebrari: at Honorius Papa III. qui Sedis Romæ tempore S. Franciſci, cap. cum creatura,de celebratione Miſſarum, iubet non omitti Anniuerſaria ſacra pro defunctis,ob feſtum, vel feriam occurrentem: ſed vtraq; ſacra eodem die celebrari. Tantum Bellarminus. Forſan Auctor ſolum innuere voluit, ordinariè, & niſi neceſſitas ingruat, vnam tantum Miſſam ſolemnem, quam vocant Maiorem, & Conuentualem in vno loco celebrandam.

Tomo VI.

In prima libri inſcriptione, lin. 3. pro, *Sanctorum*, reſcribe, *veterum*, in titulo Indicis Auctorum, lin. 3. pro, *Sanctis*, ſcribe, *veteribus*.

In Auctorum Indice pag. 1. lin. 9. D. Seueri, *dele*, Diui, lin. 25. Nicolai Cabaſilæ, viri pij, & doctiſſimi, *dele viri pij, & doctiſſimi*, Nam ſchiſmati-

cus fuit, & hostis Romanæ Ecclesiæ, lin. 27. & 28. *dele verba illa*, Sanctissimo, & Oecumenico. Et cum dicitur D. Philotheo, *dele Diui*, lin. 36. D. Guitmundi, *dele Diui*, lin. 41. D. Algeri, *dele Diui*.

Pag. 2. lin. 1. 2. 19. 21. 22. 23. 24. 25. 30. 32. 44. Littera D, præposita nominibus Auctorum, *aut expungatur ne dicat Diui*, aut expressim scribatur, *Domini*, lin. 46. dele nomen Diui, vel Domini, Photio, & Theodoro Balsamoni præfixum.

In Missa S. Iacobi.

Column. 1. post inscriptionem ista statim appone, De auctoritate, & fide huius liturgiæ S. Iacobi consulendi sunt Sixtus Senensis, lib. 2. in bibliothec. in Iacobo, Claudius à Sainctes, & Iacobus Pamelius in Liturgicis. Constat antiquos Patres illius meminisse; & Sanctum Cyrillum Hierosolymitanum Catechesi 5. Mystagogica plura ex illa mutuatum.

Column. 12. A, ad verba illa textus, vt superueniens sancta, & bona &c. *adde ad marginem*, Rite ista intellige; nam post consecrationem Eucharistiæ orare videtur, vt Deus panem vertat in Corpus Christi, quasi id factum non fuerit per consecrationem, & sacra verba, *Hoc est Corpus meum*, Sed quo sensu Orthodoxo hæc Liturgiæ verba sint accipienda, *abundè habes è Bessarione Nicæno lib. de verbis consecrationis, Sixto Senense, lib. 6. Biblioth. annot. 171. Bellarmino lib. 4. de Eucharistia, cap. 14.*

In Anaphora S. Basilij.

Column. 33. D, *expunge notam marginis*, Rectè etiã vertas cultum verbalem, hoc est, qui verbis fit.

Colum. 36. D, *tolle glossam*, Typus Corporis, & Sangui-

guinis Christi, *& rescribe*, Hæc & sequens Oratio videntur, vel ex scribentium errore, vel Græculorum quorundam schismaticorum peruersitate præpostero loco in hoc Anaphora positæ, cum locus ipsarum genuinus illis ab Auctore datus fuerit ante sacra verba consecrationis, *vide notam in Liturgia s. Iacobi, colum. 12. A.*

In Seuero.

Column. 43. in titulo paginæ, & deinceps in alijs paginarum titulis, deleatur nomen *Diui*, *vel Domini* Seuero præpositum. In inscriptione Operis, lin. 3. vbi dicitur, Dominus meus Sanctus Seuerus, *dele tres illas voces*, Dominus meus Sanctus, *& statim post inscriptionem appone*, Hunc Seuerum præfuisse Ecclesiæ Alexandrinæ Episcopum, sub Mahometica tyrannide ad annum Salutis 646. existimat Genebrardus in Chronographia, atque hoc Opus idiomate Syriaco Christianis Aegiptijs mox post Mahometicam tempestatem in captiuorum solatium tradidisse. At quod attinet ad temporum rationem, Cyrus Episcopus Alexandrinus, sub quo Aegiptus in potestatem à Saracenis redacta, obijt Anno Christi 640. secundum exactiorem Annal. Ecclesiast. chronographiã, cui successisse Petrum, decemque annos sedisse chronicon S. Nicæphori Episcopi Constantinopolitani, palàm habet, vnde Anno Domini 646. Petrus, non Seuerus videtur Alexandriæ præsedisse Antistes. Fuere Cyrus, & Petrus apertè hæretici Monotelitæ, & quicunque fuerit is Seuerus, vel quocunque vixerit tempore, satis perspicuè se in hoc Opere hæreticum Eutychianum Petri Gnaphæi sectatorem demonstrat. Insunt in hoc libro non pauca, vel manifestè hæretica, vel apocrypha, nulliusq; fidei, &

auctoritatis, vt propterea cautissimè sit, & cum attento iudicio legendus.

Column. 51. D, ad verba illa textus Sanctus, Sanctus, Genitus Altissimi &c. *adscribe margini*, Caute ista, & detestare; nam hæc Petri Gnaphæi hæresis notissima de Trisagio.

Column. 43. C, *ibi in textu*, Qui dixisti Ioanni, Manum tuam tantum impone &c. *adscribe margini*, Apochryphum, id est, & à nullo Auctore proditum.

Column. 45. E. *in textu*, absque igne, & absque lignis calefactæ erant aquæ &c. *appone in margine*, Apochryphum, id est, & nulla auctoritate fultum, nisi figuratè intelligat de virtute sanctificandi tunc indita aquis.

Eadem colum. & lit. lin. vlt. ad verba illa textus, tunc dicebat ei Dominus noster &c. *scribe in margine*, Apochryphum id est.

Column. 61. A, *in textu*, Ioseph, & Nicodemus dixerunt; Qui crucifixus est pro nobis &c. *scribe in margine*, Fuge, & detestare hic hæresim Gnaphæi, qui ad Trisagion addidit hanc clausulam; Qui crucifixus est pro nobis, quasi esset passa diuinitas, ex Eutychiano nefario errore, *vide s. Damascenum lib. de Trisagio, & alios Ecclesiasticæ historiæ Auctores*.

In Missa Aethiopum.

Column. 69. A, *in textu*, Tu es Filius Patris, & Spiritus Sancti, *in margine scribe*, Cautè ista lege; nam si vox Spiritus, sit in rècto, dicet Filium esse Spiritum Sancti, idest Patris, tuncque vox Spiritus capietur essentialiter, vt est communis tribus personis, non personaliter. Si verò sit in obliquo certissimum est Christum secundum diuinitatem nul-

lo

lo pacto esse Filium Spiritus Sancti, nisi nomen Spiritus Sãcti essentialiter sumatur, nempè pro Patre, quæ tamen est insolens, & aliena locutio. Neque verò secundum humanitatem dici posse Christum Filium Spiritus Sancti docent Theologi, *vide S. Thomam 3. p. q. 32. art. 3.*

Columm. 76. C, *ad finem glossæ marginalis*, Iacobus frater Domini, &c. *appone*, Existimant Aethiopes in hac Liturgia Iacobum Alphæi Apostolum alium fuisse à Iacobo fratre Domini Hierosolymorum à Petro ordinato Episcopo, at vnum, & eundem fuisse, & plures, & meliores Auctores affirmant, *vide post alios Tom. 1. Annal. Ecclesiast. Anno Christi 44. cap. 35. & seqq.*

In Græcorum Liturgia de Præsanctificatis.

Columm. 119. post Epistolam Genebrardi ista adiunge, Nonnulla sunt in hac Genebrardi obseruatione acriori iudicio expendenda. Primum immeritò carpit Humbertum Siluæ Candidæ Episcopum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, quem fuisse virum sanctissimum, atque eruditissimum Lanfrancus initio libri de Eucharistia aduersus Berengarium affirmat in omnibus probatissimum, scriptaq; eius aduersus Nicætam Pectoratum, Græcosq; plurimum laudata, *Vndecimus Annalium Ecclesiasticorum Tomus copiosè recenset*. Deinde Humbertus non penitus perstringit, & abijcit ritum Græcorum de Præsanctificatis: sed inuehitur iustissimè in Nicætam, quod morem latinæ Ecclesiæ reprehenderet, omnibus anni diebus excepto Parasceues, Eucharistiam consecrantis: obtendens Canonem 52. Trullanum, & 49. Laudicenum, qui vetarent in Quadragesima, exceptis solis Dominicis, & Sabbathis, & Festo Annunciationis, alijs diebus Eu-

charistiā confici: sed vti tantum Præconsecratis. Canonem Trullanum hisce verbis reijcit Humbertus, De Papa Agatone omnino scimus, quia nec Sextæ Synodi per se ipsum praesedit, nec aliquibus eius capitulis subscripsit, nisi quae promulgatae fuerunt aduersus Monothelitarum haeresim. Vos videte vnde haec quae proponitis habeatis, quia Romana Ecclesia talia hactenus ignorauit. *Hæc illo*. Qui ad Concilium Laodicenum ista respondet: Cæteri autem quiuis Sanctorum Patrum Conuentus, etsi potuerunt de vtilitate, & conuersatione Ecclesiarum suarum tractare, nullas tamen traditiones vniuersali Ecclesiae praefigere. Ita prudenter Humbertus, indicans, sic ritum illum de Praesanctificatis potuisse à Patribus Graecis in suis Ecclesijs haud prorsus absurdè introduci, vt non propterea Romanam Ecclesiam ad illud excipiendum obstringere, ius ipsis fuerit, & neque hinc in crimen arcessenda illa sit, si illum morem non colat

Insuper, multis ostendere nititur Genebrardus in die Parasceues veram, & perfectam Missam in Romana Ecclesia celebrari, quod tamen non adeo receptum est consensu omnium Theologorum, vt non desint plures doctrina praestantissimi, qui magnis argumentis negent actionem illam, quae in Parasceue celebratur, propriè esse veram, & perfectam Missā, cum essentiā veri, & perfecti sacrificij Missæ cōtineri existimēt in cōsecratione, & consumptione, velintq; in Parasceue tantū fieri consumptionem præconsecratae hostiæ, & eiusmodi esse Græcorum ritum de Praesanctificatis, *Vide Bellarminum lib. 4. de Eucharistia cap. 24. & lib. 1. de Missa, cap. 27.* Denique Genebrardus Nicolaum Cabasilam, & Theodorum Balsamonem appellat duos

duos insignes Græcos Patres, quos nec ita antiquos, ac potius schismaticos, ne dicam hæreticos, Romanæ Ecclesiæ infensos fuisse, nulli non compertum.

colum. 129. E, *in textu*, Fili, simul principio carens, *adscribe margini*, forsan intelligit de principio factiuo, vel temporis; alioquin Pater est principium Filij. *Idem fiat colum. 130. B, in textu ibi*, Verbum principij expers, &c.

In S. Germani Theoria.

Colum. 135. post inscriptionem Operis, adde, De Sancti Germani sanctitate, eruditione, plerisq; ab eo rebus gestis; tùm etiam litterarum monumentis, multa ex idoneis Auctoribus proferent tibi Notæ ad Romanum Martyrologium 12. Maij, & Annales Eccles. Tomo 9. claruit sub Leone Isaurico, inter Sanctos nomine eius Menologio, & Martyrologio inscripto.

colum. 140. C, *ad glossam marginis*, Aqua calida in Missa, *adiunge*, iuxtà ritum Græcorum, quem etsi Humbertus Siluæ candidæ in Disputatione contrà Nicætam improbet propter quorundam Græcorum præposteram huiuscè ritus causam adhibitam; at eum morem in Graecis tolerat Rom. Ecclesia, nec in eo vertuntur crimina Græcanici schismatis.

columu. 148. *ad notam marginis*; Christi aduentus futurus anno mundi 6500. *adijce*; secundum opinionem S. Germani, quae tamen vt aliorum Patrum ea de re sententia expenditur P. Maluēdæ Theologi Dominicani *lib. 1. de Antichristo cap. 28. 29. 30.*

colum. 154. D, *in textu*, Pater fons est, & causa Filij, *adfige margini*, Graecis Patribus è linguae idiomate idem omnino significat causa, & principium; at Latini Patres, vt fatentur Patrem esse

princi-

principium Filij, ità causam esse Filij, non admittunt, ob praeclaras rationes, quas *S. Thomas collegit 1. p. q. 33. art. 3.*

colum. 162. A, *ad glossam*, Calidissimae aquae vsus, & mysterium in Sacrificio, *adde*, iuxtà ritum Graecanicae Ecclesiae, *de quo diximus in Nota ad colum. 140. C.*

In Nicolao Cabasila.

Colum. 191. in Inscriptione Operis; tolle illa verba; Viri in primis pij, & longè doctissimi; *Et mox post Inscriptionem appone*, Gentianus quidem in sua quæ hic præfigitur admonitione excusans Cabasilam, dealbat Aethiopem: constat manifestissimè illum fuisse schismaticum, & odio in Rom. Ecclesiam incensum librum Hæreticum de Processione Spiritus Sancti contra S. Thomam Aquinatem composuit; & multa furoris sui vbique indicia prodit vixisse fertur ad annum salutis 1300. *Alia de ipso in Apparatu Posseuini inspice.* Opus istud in quibusdam cautissimè legendū, in his præsertim quæ cap. 29. & 30. aduersus Rom. Ecclesiæ doctrinam nefariè disputat.

colum. 217. D, *tolle glossam*, De his quibus Latini nos reprehendunt, & ad reprehensionem responsio, & solutio. Et ad initium cap. 29. *appone antidotum*; Duo hæc integra capita, nempè 29. & 30. meritò in totum essent expungenda; nam delirat Græcus iste schismaticus, existimans non solis verbis consecrationis confici Eucharistiam; sed alijs quoque quæ ex Græcorum Liturgijs appo-nuntur. Verum fœdum istum Græcorum errorem egregiè confutarunt Bessarion Cardinalis Nicænus lib. de verbis consecrationis, & alij innumeri

meri Orthodoxi. *Vide Bellarminum lib. 4. de Eucharistia cap. 12. 13. 14.*

cap. 37. colum. 227. B, *ad finem notæ*: Quid significet aqua calida in mysteria iniecta, *adde*; ex vsu Græcorum, quem etsi non vsurpet Rom. Ecclesia, tolerat nihilominus nec damnat in Græcis.

Cap. 41. colum. 229. E, *in textu*, Huius iniustitiæ meditatio, &c. *restitue*. Huius Iustitiæ meditatio, &c. Nam est perspicuum mendum typographi.

cap. 43. colum. 231. D, *in textu*, Non omnes quibus dat Sacerdos verè sumunt; *scribe in margine*, Cautè lege, equidem Græci, & hic Cabasilas rectè sentiunt de vera, ac reali præsentia Corporis Domini in Eucharistia; forsan verè, intelligit dignè & fructuosè.

In Philotheo.

colum. 243. D, In Inscriptione Operis cum dicitur, A sanctissimo, & Oecumenico Patriarcha D. Philotheo, dele omnia, *& ita scribe*: A Philotheo Episcopo Constantinopolitano. *Et post Inscriptionem adiunge*, Fuit Philotheus Constantinopolitanus Episcopus, de quo plura scripta extant apud Ioannem Cantacuzenum lib. 4. Hist. Sedit in schismate Græcanico, *vide quoque Apparatum sacrum Posseuini*. Huius Philothei extant varia *Opera Græca in Bibliotheca Bauarica num. 94.*

In Floro Magistro.

Colum. 261. B, *post Inscriptionem Operis ista adde*, De Floro Magistro agunt Sigebertus lib. de Viris illustribus cap. 93. & Trithemius lib. de Viris illustribus Ordinis S. Benedicti cap. 44. quem sub Carolo Caluo floruisse, ac Monachum S. Benedicti fuisse produnt.

colum. 272. D, *in textu*: Nam sunt quorundam iustorum

rum animæ, &c. *appone ad marginem*, Cautè lege: nam præter Cœlum, & Purgatorium, animabus Iustorum corpore solutis, alium quempiam temporarium locum quietis tribuit: quod à placitis Theologorum est alienum. *Consule quæ disseruntur P. Maluendæ lib. de Paradiso cap. 92.*

In Paschasio.

Colum. 291. in Inscriptione Operis dele nomen Diui Paschasio præpositum; *Idem fiat in titulis Paginarum*; nam etsi præstantibus virtutibus excelluerit, nondum tamen in Album Sanctorum, aut in Martyrologium Romanum est relatus. *Post præfationem ex Trithemio adde*: Scribunt de Paschasio Sigebertus de Viris illustribus cap. 98. & Trithemius lib. 2. de viris illustribus Ordinis S. Benedicti cap. 55. Quod autem attinet ad Opus istud insigne de Sacramento Altaris, sciendum Frontonem Ducæum Iesuitam hunc librum cum manuscriptis Codicibus contulisse variasq; lectiones, & emendationes collegisse, easq; Margarino huius Bibliothecæ dedisse, qui cum illas inter suas schedas amisisset, solam præfationem correctam ad finem libri excudendam curauit. Vnde si quis nouã, & accuratam diligentiam in emendando, restituendoq; Paschasij opere posuerit (nam liber non sine magnis coniecturis à multis in damno esse putatur) sciat se haud quidem actum acturum. *Adito Apparatum sacrum Posseuini*, verbo Margarinus Bignæus.

cap. 3. colum. 297. A, *tolle glossam*, Tria Sacramenta, *& scribe*; Ex septem Sacramentis Ecclesiæ tria tantum enumerat hoc loco Paschasius, exempli dumtaxat causa; neque enim ex professo hic agit de numero Sacramentorum; sed ad institutum

tum

tum satis ei erat aliquã Sacramenta commemorasse. *Vide Bellarminum lib. 2. cap. 27.*

cap. 4. colum. 298. E, *in textu*, Consecratione Spiritus Sancti potentialiter creari: Creando verò, &c. *adscribe margini*, Solet Paschasius interdum ita loqui, vt creari Corpus, & Sanguinem Domini sumat pro incipere esse in Sacramento, & ista transubstantiari panem, & vinum. Alioqui scimus à Theologia, vt differant transubstantiatio, & creatio tametsi in aliquo conueniant. *Vide S. Thomam 3. p. q. 75. art. 8.*

cap. 15. colum. 324. B, *in textu*, Accipite, & bibite ex hoc omnes, tam ministri, quàm reliqui credentes, *adfige margini*, Abutuntur hoc loco Nouatores, vt communionem Calicis omni populo promiscuè concedant; Sed clara nimium coniectura Ioannes à Louanio, Bellarminus, & alij existimarunt locum esse deprauatum, & pro *Bibite*, legendum *Edite*, vel *Manducate*, nam proximè præmiserat Paschasius: Et ideò hic solus est qui frangit hunc panem, & per manus ministrorum distribuit credentibus dicens; Accipite, & bibite ex hoc omnes, tam ministri, quàm reliqui credentes. De pane non de sangnine loquutus, comedite, non, bibite, dixisse iure existimandus est. Et si locus sit integer, vult Paschasius bibendum sanguinem Domini cunctis fidelibus, non sub specie vini: sed sub specie panis, sub qua cum sumitur Christi Corpus, non sumitur exangue: sed cum sacro sanguine, qui ibi adest, non ex vi Sacramenti, sed ex vi naturæ Corporis viuentis, & vt aiunt Theologi per concomitantiam. *Vide Bellarminum lib. 4. de Eucharistia, cap. 26. ad 16.*

Columm. 351. D, *ab illis verbis D. Paschasij Roberti Ab-*

ti Abbatis, *&c.* ad illa vſque column. 352. A, Accipiens palmam Regni virtute Beatus, *dele omnia*; quia ea iam poſita ſunt ſuperius initio libri.

Cap. 20. column. 328. E, *in textu*, Caro, aut Sanguis Chriſti in noſtram conuertuntur carnem &c. *adſcribe margini*, Ritè intellige, nempè ratione tantum ſpecierum, alioqui eiuſmodi locutiones impropriæ ſunt, & metaphoricæ, *vide Suarez Tomo 3. in 3. p. D. Thom. diſp. 47. ſect. 4.*

In Lanfranco.

Column. 353. D, *poſt præfationem ex Trithemio adde*, Quantus pietate, & doctrina Lanfrancus extiterit, ex Vuilhelmo Malmesburienſi in hiſtoria Anglicana è Sigiberto de viris illuſtribus, cap. 156. ex alijs auctoribus, & monumentis, abundè tibi ſuppeditat vndecimus Tomus Annal. Eccleſ. Eſt autem iſtud Opus eius celebre, & mirificè ab omnibus prædicatum, *vide ſacrum Apparatum Poſſeuini*.

In Guitmundo.

Column. 385. A, in inſcriptione Operis, dele nomen *Diui*, Guitmundo præpoſitum. Poſt præfationem ex Trithemio, *adde*, cæterum de Guitmundo eiuſque Opere plura in Apparatu Sacro Poſſeuini, collecta reperies, & apud Ordericum Vitalem Eccl. hiſt. lib. 5. cap. 17.

Lib. 2. column. 404. B, *affige ad marginem huiuſmodi notam*, Quod Guitmundus indicare videtur ſpecies ſacramentales Euchariſtiæ re vera non corrumpi, aut putrefieri, vel à muribus poſſe corrodi, aut ab alijs animantibus deuorari, ſed hæc tantum ſecundum apparentiam fieri; non ſatis cum placitis ſinceræ Theologiæ conſonat, quæ docet verè ſpecies illas alterari, corrumpi ab animantibuſque

man-

mandi posse, & quam primum eædem illæ numero species esse desinunt, desinere quoque esse sub speciebus Corpus Domini, *vide S. Thomam 3. p. q. 77. art. 3. 4. 5. 6. 7.*

Column. 408. B, *tolle glossam*, Non omnes consecrant qui id attentant non debita intentione, *& substitue*, Omnes Sacerdotes verè consecrant, si quomodocunque intendant facere, quod facit Ecclesia.

Col. 421. A, *in nota marginis*, pro *Pulchra*, dicatur, *hæretica, & putida*.

Col. 445. E, in titulo Operis, tolle nomen Diui, Guitmundo præfixum.

Column. 448. E, in glossa marginis, Trinitatis simulacrum in anima nostra, *scribe*, Trinitatis imago in &c.

In Algero.

Column. 451. C, in inscriptione Operis dele nomen, Diui, Algero præpositum, *& post inscriptionem, ista appone*, De Algero, atque isto eius Opere, alijsque scriptorum monumentis ab eo relictis plura accipe ex Trithemio in Catalogo Scriptorum, Ecclesiasticorum, & lib. 2. de viris illustribus Ordinis S. Benedicti, cap. 90. Item ex Arnoldo Vuione in historia Benedictina, atque ex Apparatu sacro Posseuini.

Col. 453. in inscriptione Operis, & deinceps in titulis paginarum dele nomen Diui Algero tributum.

Column. 453. *A*, *expunge glossam*, Quod Deus hominem Dominicum pro nobis assumptum super omnia exaltauit, *& rescribe*, Quod Deus Christum hominem super omnia exaltauit.

Lib. 1. cap. 9. column. 475. D, *ibi in textu*, ita immortale dederit corpus suum in Sacramento, *annota*

nota ad marginem, Ritè iſtud intellige, nam Chriſtus in Cœna corpus ſuum verum, quod tunc mortale erat in Sacramento diſcipulis exhibuit: ſed ex modo exiſtenti Sacramentali, & quatenus ſub Sacramento erat, impaſſibile, & immortale erat; nam neque ſi quis vulneraſſet, aut contriuiſſet ſpecies Sacramentales, vllum inde Chriſti corpori detrimentum intuliſſet, vt neq; modo cum Chriſtus immortale corpus gerit.

Cap. 16. column. 492. B, *in textu*, Carnem ſuam, & ſanguinem conſecratione Spiritus Sancti potentialiter creari, *ſcribe in margine*, Ritè accipe potentialiter creari, ideſt, incipere eſſe ſub Sacramento, *vide notam ad Paſchaſium cap. 4. colum. 298. E.*

Lib. 2. cap. 1. colum. 508. D, *amouenda tota gloſſa*, Quod Sacramentum Corporis Chriſti nullatenus ſoluatur in digeſtionem, vel aliquam fœdam corruptionem, *& ad initium capitis affige ſcholion*, Attente & cum iudicio legendum hoc caput, certum quidem eſt ex fide Catholica Corpus, & Sanguinem Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ verè, & propriè nullam poſſe pati læſionem, alterationem, vel vllam realem, & inhærentem ſui tranſmutationem phyſicam ex his, quae ſpeciebus Sacramentalibus quoquo modo accidere poſſunt, neq; enim comburi, conſumi, corrumpi, frangi, vulnerari, arrodi &c. Chriſti Corpus, aut Sanguis in Euchariſtia poteſt. At nihilominus compertum eſt ex vera Theologia Sacramentales Euchariſtiae ſpecies verè, & propriè frangi, conſumi, corrumpi, nutrire, alterari; poſſe quoque comburi, à muribus arrodi ab animantibus deuorari, nec id tantum apparenter: ſed re ipſa fieri, *vide Sanctum Thomam*

mam 3. p. q. 77. art. 3. 4. 5. 6. 7. eiusq; interpretes, & cæteros Theologos scholæ, ac cum primis Bellarminum lib. 3. de Eucharistia cap. 10. Regreditor ad notam quã apposuimus ad lib. 2. Guidmundi colum. 404. B.

cap. 8. colum. 525. D, *in textu*, Vndè vt ait Augustinus, nec caro sine sanguine, nec sanguis sine carne iure communicatur, *adfige margini*, Annotarunt quidam hunc locum citatum ab Algero, non esse apud S. Augustinum: sed haberi in Paschasio lib. de Corpore Domini cap. 19. vbi Paschasium non loqui de Speciebus Sacramenti: sed de re contenta; docereque non posse sumi carnem Christi exanguem, neque sanguinem sine suo Corpore; & illum non iure, ac merito communicare, qui sentit vnum accipi sine altero. Quo sensu dixit idem Paschasius cap. 17. Non rectè caro Christi sine diuinitate sumitur, nec diuinitas sine carne præstatur. *Hæc ille*. Id breuiter efferunt Theologi sub specie panis contineri Corpus Christi ex vi Sacramenti, Sanguinem per concomitantiam; & sub specie vini, Sanguinem ex vi Sacramenti, Corpus per concomitantiam. *Vide Bellarminum lib. 4. de Eucharistia cap. 26. & Apparatum Sacrum Posseuini*. Eadem colum. & litt. *in textu*, Item Gelasius Maiorico, & Ioanni, &c. *appone ad marginem*, S. Gelasius, vel de solis Sacerdotibus celebrantibus loquitur, quibus non licet dimidiare sacrificium, vel alteram tantum speciem in Missa sumere, vel inuehitur in quosdam Manichæos qui occultè eo tempore serpebant in vrbe, qui hæretica quadam superstitione, quod vel vinum malum existimarent, vel quod Christum sanguine caruisse putarent à communione Calicis abstine-

bant, vt S. Leo sermone 4. de Quadragesima refert, quos ipse S. Leo eo indicio deprehendebat si ab haustu sacri Sanguinis abhorrebant. Non reprehendit S. Gelasius morem eorum, qui iustis, & pijs causis sub specie tantùm panis Eucharistiam communicant; sed eos, qui ex Manichea superstitione sanguinem respuebant. *Vide Baronium Tom. 6. Annalium, Anno Christi 496. cap. 20. & sequentibus. Bellarminum lib. 4. de Eucharistia, cap. 26. ad 11.*

Cap. 10. column. 527. D. *in textu*, Dicunt è contra latini &c. *adfige margini*; Cautè lege ista, neque enim extat diuinum præceptum de conficiendo Eucharistiam in solo azimo, alioqui peccarent semper Græci conficientes in fermentato, & hæc est communis sententia Theologorum. *Vide S. Thomam 3. p. q. 75. art. 4.*

In Odone.

Column. 549. post inscriptionem Operis adde, De Odone agunt Trithemius lib. 2. de viris illustrib. Ordinis S. Benedicti cap. 118. & Antonius Demochares in Tabulis Episcoporum Cameracensium, quem aiunt obijsse Anno Domini 1113. Garetius 1128. habet primumq; fuisse ferunt qui canonem Missæ commentarijs illustrauerit.

Column. 556. C, *in textu*, Non enim panis transubstantiatur in Corpus Christi nisi virtute illorum verborum, *Hoc est Corpus meum*, nec ante est corpus per vllam benedictionem, quam proferantur illa verba, quæ sanè sunt efficaciter operatoria transubstantiationis, *Vide S. Thom. 3. p. q. 78. art. 4.*

Column. 558. B, *tolle glossam*, Christi caro spiritualis est, non corporalis hostia, *& rescribe*; Quod ait, Odo Hostiam Eucharistiæ non esse carnalem,

aut

aut corporalem: sed spiritualem, non negat verè, & realiter adesse in illa veram Christi carnem: sed intelligit non esse corporalem hoc est non solo corporali, & externo ritu immolari, vt reliquas carnales hostias: sed inesse illi vim spiritalem, & diuinam, nec sacrificari Corpus Christi externa specie carnis &c.

Column. 558. D, *in textu*, Ex quo enim Angelica Salutatione audiuit &c. *scribe in margine*, Caute lege, nam Deipara ante suam Natiuitatem, adepta est adhuc in vtero existens eam sanctificationem, vt nunquam actualiter peccaret, tametsi in Incarnatione Verbi consequuta fuerit vberiorem gratiæ redundantiam, *Vide S: Thomam 3. p. q. 27. art. 4. & 5. ad 2.*

In Stephano Episcopo Eduensi.

Column. 563. B, *post inscriptionem Operis adde*, Floruisse Stephanum Eduensem Episcopum circa annum Domini 950. Ioannes Garetius Centenario 10. se legisse testatur, cui quoque assentiuntur *Bellarminus lib. 2. de Eucharistia cap. 35. & Posseuinus in Apparatu sacro*.

Cap. 7. column. 568. in textu, Delicta confitentium misericorditer suscipiendi, *scribe in margine*, Non potest Diaconus confitentium delicta Sacramentaliter excipere, potest tamen in absentia Episcopi, vel Presbyteri solemnem publicorum pœnitentium reconciliationem, quæ quidem erat Ecclesiæ ceremonia exercere, vt apparet è S. Cypriano lib. 3. epist. 17. *vide Bellarminum lib. 1. de Sacramento Ordinis cap. 6.*

In Samona Episcopo Gazæ.

Column. 595. *post inscriptionem Operis adiunge*, Ioannes Garetius Centenario 11. ait, opinari quo-

dam Sanonam vixisse circa annum Domini 1072. & in Indice lib. de Sacrificio Missæ ait hunc vixisse Anno 1050.

Column. 598. C, *in textu*, His igitur pane inquam vino, & aqua &c. *adscribe margini*, Cautè lege, nam aqua missa in calicem non transubstantiatur in sanguinem nisi prius conuersa in vinum, & hoc solum innuit Sanonas.

In Timotheo Episcopo Alexandrino.

Column. 613. *post inscriptionem Operis annota*, Fuit hic Timothæus Episcopus Alexandrinus tempore Theodosij I. Imperatoris, successit Petro, successoremq; habuit Theophilum, adfuit Constantinopoli cum 150. Episcopis, quando abrogata est ea Sedes S. Gregorio Nazianzeno, de hoc Theodosius Imperator lege 3. de Episcoporum iudicio in Codice Theodosiano hæc ait. Est enim vir cum omnium Sacerdotum susceptatione venerandus, tum etiam nostro iudicio approbatus, *De isto Timotheo plura Rufinus lib. 2. hist. cap. 21. Socrates lib. 4. cap. 30. & lib. 5. c. 8. & 12. Sozomenus lib. 6. cap. 29. & lib. 7. cap. 7. & 9. Theodoretus lib. 5. cap. 8. Cassiodorus hist. Tripartitæ lib. 9. cap. 13. Nicephorus lib. 12. cap. 11. multa quoq; de illo Tomo 4. Annal. Ecclesiasticorum*, Doluimus, quod hic Timotheus in apparatu sacro Posseuini manifesto lapsu confundatur cum pestilentissimo illo Timotheo Aeluro pseudomonacho, & hæresiarcha, qui tempore Leonis I. Imperatoris interfecto S. Proterio Ecclesiam Alexandrinam inuasit, & sub Zenone vitam veneno abrupit, successorem habens Petrum Mongum. *Sed de Timotheo Aeluro plura Tomo 6. Annal.* Prioris autem Timothei esse hoc Opus, & titulus ipse, & omnes consentiunt.

apud Antonij Posseuini in Appa[ratu] sacro

Colum.

Column. 613. A, *Ad initium Commentarij Balsamonis appone*, Notum est Theodorum Balsamonem fuisse schismaticum, & hostem Romanæ Ecclesiæ; vnde parum fidendum eius scriptis, & quæ disserit ex vsu Græcanico, vt subsistant, vel exigenda sunt ad normam Romanæ Ecclesiæ, vel reponenda inter ea, quæ tolerantur potius, quam probantur ab Apostolica Sede in ritibus Græcorum.

In Nesteuta.

Column. 617. B, post inscriptionem Operis adiunge, Sunt in hoc Nomocanone multa ex ritu Græcorum quem non vsurpat Romana Ecclesia.

In Timotheo Presbytero.

Colum. 619. C, post inscriptionem Operis adiunge, De isto Timotheo Theodorus lector in collectaneis li. 2. hæc refert: Timotheum quendam Presbyterum & custodem Ecclesiæ Episcopum eligit. Anastasius Imperator quem litrobulbam, & colonem propter facta quædam nominibus istis conuenientia, vocarunt: Sunt hæc nomina summæ libidinis, & mulierositatis, fuisse istum ab Anastasio Imperatore hæretico intrusum in Sedem Constantinopolitanam, eiecto in exilium Macedonio, idem Theodorus affirmat, numeratur in Chronico S. Nicæphori 47. Episcopus Constantinopolitanus hoc elogio Thimotheus Presbyter Constantinopolitanus, vt custos vasorum annos 6. hæreticum extitisse certum est, *Res eius gestas ex probatis Auctoribus collectas habes tomo 6. Annalium Ecclesiasticorum ab Anno Domini 511. ad 517.* Quod autem attinet ad Opus istud, quod hic ponitur, scias, illud tantum esse fragmentum quoddam; nam integrius Opus nactus Franciscus Turrianus à Græco Latinum fecit, quod vt est à Turriano descriptum,

primus edidit Antonius Posseuinus in apparatu sacro verbo Thimotheus, esset autem hoc loco totum meritò inserendum.

In interrogationibus vndecim.

Column. 621. post inscriptionem Operis adde, Trullanos Canones, qui hoc opere sæpius citantur, certum est non recipi ab Ecclesia, *De qua re vide Canum. lib. 5. de locis Theolog. cap. vlt. ad 6. Bannes 2. 2. q. 1. art. 10. dub. 5. Bellarminum de Romano Pontifice, lib. 2. cap. 14. & lib. 1. de Concilijs cap. 7. Baronium Tomo 8. Annalium Anno 692.* Deinde sunt hic multi Græcorum ritus, quos non probat Ecclesia, & Balsamon schismaticus, & schismaticorum patronus. Quocirca nullius auctoritatis hic liber censetur, cautèq; legendus. In serie Episcoporum Constantinopolitanorum 86. ponitur Nicolaus Mysticus 94. Nicolaus Chrisoberges 104. Nicolaus Monachus Grammaticus. Existimat Posseuinus omnia, quæ hoc loco describuntur tempore schismatis græcanici contigisse, ac proinde examinanda esse ad Lancem Romanæ Ecclesiæ. Quocirca nec Synodus hæc Constantinopolitana dicenda sancta, nec Nicolaus Episcopus dignus nomine Sanctissimi. *Vide sacrum apparatum verbo Thimoteus Alexandrinus.*

In Vualfrido Strabone.

Column. 667. post inscriptionem libri appone, De Vualafrido plura ex probatis Auctoribus pete ab Arnoldo de Vuion in ligno vitae, & ex Apparatu sacro Posseuini.

Cap. 8. col. 674. D. ad initium capitis annota, quæ hic Vualafridus differit de cultu imaginum, cautè legenda; nam vnus fuit ex illis Galliae Theologis, qui errore praepostero retinendas Imagines censebant

bant ad ornatum Templorum, & instructione n historicam, nullo tamen pacto adorandas, *Consule quae notauimus Tomo 4. ad initium librorum Ionae Aurelianensis*.

Cap. 21. column. 688. D, ibi in textu, Et re vera non esse absurdum crediderim &c. *scribe in margine*, sic solitum fieri olim, exemplis, quae Vualafridus adducit, apparet, vt vnus Sacerdos plures in die Missas celebraret, at iam ea consuetudo ob graues rationes meritò abrogata est. In Natali Domini tres tantum Missas dicere licitum.

Cap. 27. column. 703. E, in textu, Notandum quod primis temporibus &c. *adscribe margini*, Non est dubium, quin primis Ecclesiae temporibus multi iam adulti, & grandaeui interdum baptizarentur, imò nonnulli prauo more baptismum vsque ad finem vitae differebant, at esse Apostolicam traditionem ab ipsis etiam Ecclesiae primordijs semper vsurpatam de baptizandis infantibus ante vsum rationis communis est Orthodoxorum assertio, *vide post alios Bellarm. lib. 1. de Baptismo c. 8.*

In Bernone Augiensi.

Column. 709. post inscriptionem Operis appone, De Bernone quis qualisq; fuerit, de scriptis eius, & tempore quo vixit, plura ex bonis Auctoribus indicant Arnoldus Vuion in ligno vitae, & Apparatus sacer Posseuini.

In Micrologo.

Colum. 729. D, post inscriptionem Operis adde, Nonnulli putant Auctorem huius libri fuisse Guidonem Aretinum Monachum S. Benedicti insignem musicũ, qui notas illas musicas, re, mi, fa, sol, &c. primus excogitauit, & librum de musica Micrologum nuncupatum ediderit, ad cuius finem ita perorauit, explicit

Cap. 36. column. 756. D, *ad verba illa textus*, Sed ad infernalẽ pœnã discesserunt, *in margine scribe*, in infernalem pœnam ritè intellige, Carcerem Limbi Patrum, seu sinum Abrahae, quo ante Christi mortem Innocentes Martyres descenderunt; vnde tamen Christi morte in Cœlum recepti sunt.

In Amalario.

Columm. 847. A, *post inscriptionem Operis adde*, De Amalario plura accipe ex Honorio Augustudunensi lib. de luminaribus Ecclesiae. Sigiberto de viris illustribus cap. 87. & alijs.

In Nicolao Methonensi.

Column. 1145. C, *post inscriptionem libri appone*, Non te lateat lector Nicolaum Methonensem Episcopum Graecum esse, ac schismaticum, Ecclesiaeque Romanae perduellem, *cuius extat tractatus de processione Spiritus sancti à solo Patre in Bibliotheca Vaticana*, Quocirca circumspectè legendus, & separandum pretiosum à vili.

Column. 1147. A, *in textu*, & aquae, vinique in sanguinem, *appone in margine*, cautè lege, nam aqua non consecratur nisi prius in naturam vini conuersa. Nec tutè sentiunt, qui oppositum reputãt, *vide notam ad Samonam supra columna 598. C.*

In Remigio Antisiodorensi.

Colum. 1149. in Inscriptionibus Operis, & deinceps in titulis paginarum dele Nomen Diui Remigio Antisiodorensi præpositum. *Et post præfationem adde*, Plura de Remigio habes apud Sigibertum de Viris illustribus cap. 123. & Recentiores Sixtum Eisengrenium Posseuinum. Meminit eiusdem Frodoardus lib. 3. cap. 9. quem ait vocatum à Fulcone Episcopo ad instituendas Rhemẽses scholas. At mirum vocari hic Antisiodorensem Episcopum.

Cum

Cum Frodoardus Sigibertus, & alij antiquiores Scriptores nullam de eius Antisiodorensi Episcopatu mentionem faciant; sed tantum Monachum Antisiodorensem appellent.

In Photio.

Colum. 1173. A, In inscriptione Operis in titulis paginarum, ac vbicunque reperietur nomen Diui, vel Domini Photio, & Theodoro Balsamoni præpositum, omnino expungatur: cum vterq; schismaticus fuerit, & indignus ea nuncupatione. *Post inscriptionem Operis adiunge ista*, Photius, qui Sedem Constantinopolitanam eiecto S. Ignatio inuasit anno Salutis 858. fuit planè, & apertè Schismaticus, Romanorum Pontificum implacabilis hostis, sparsit quoque errorem de duabus animabus in vnoquoque homine; ingentes turbas in Ecclesia excitauit; discidit horrendo schismate Occidentalem, & Orientalem Ecclesiam, grauissimorum criminum reus peractus ab Apostolica Sede sæpius damnatus, magnum vbique & semper se præbuit Antichristi Præcursorem. *Cuius pudenda gesta, & omni execratione dignissima, acutissimè ex præclaris Auctoribus, certisque monumentis produntur Tomo 10. Annal. Ecclesiasticorum*. Quod verò attinet ad Opus illud Nomo Canonis ab eo editum; sciendum ipsum, cautè & cum iudicio legendum, & vt subsistat, non nisi ad normam Canonum Romanæ Ecclesiæ esse exigendum; in his enim quæ vel non probat, vel tolerat in Græcis Romana Ecclesia, omnino reijciendus Photius. *Vide Tom. 10 Annal. seorsim anno Domini 861. cap. 20.*

Quod verò attinet ad Theodorum Balsamonem Antiochenum Episcopum omnibus compertum est ipsum

fuis-

fuisse schismaticum Rom. Ecclesiæ hostem, Græcanicis erroribus fœdatum, *imposturæ autem & mendacij sæpius arguitur in Annal. Ecclesiasticis*, præsertim, *Tomo 8. Christi anno 692. cap. 9. & seqq.* Vnde scripta eius prudenti iudicio legenda, nec vllius esse auctoritatis, ac fidei, nisi vbi cum Patribus, & Romana Ecclesia concordat.

Colum. 1178. tit. 1. cap. 5. B, *ibi in textu*. Et quod Constantinopolis est omnium Ecclesiarum caput, *scribe in margine*, Detestare ista Lector, nam contra Canonem expressum Nicæni Conc. I. contra Decreta Rom. Pontificum, quam auctoritatem vlla Græcorum Lex, aut Canon potuit habere, vt primatum Constantinopolitano Episcopo ante Alexandrinum, aut Antiochenum detulerit? Euolue Annales Ecclesiasticos, & cernes perspicuè hac in re vanitatem, & imposturam Græcorum. Vnde quæcunque Photius, & Balsamon de primatu Constantinopolitani garriunt, omnino exsibilanda.

Colum. 1209. tit. 8. cap. 1. B, *ad initium Commentarij Balsamonis*, ibi Constantinopolis non solùm Italiæ &c. *adscribe margini*. Hoc decretum nomine Constantini editum, quod tantopere iactant Græci esse apocryphum, pseudepigraphū, suppostitium, fictum norunt omnes eruditi, *& te plenius docebit tertius Tomus Annal. Ecclesiasticor. anno Domini 324. cap. 118.*

Tomo VII.

In prima Operis inscriptione lin. 3. pro *Sanctorum*, scribe *Veterum*.

In

In titulo Indicis Auctorum lin. 2. pro *Sancti*, rescribe, *Veteres*. Pag. 1. Indicis lin. 9. deleatur tota, *& ita scribatur*, Dorothei de Vita, & morte Prophetarum, & Apostolorum Synopsis: lin. 13. *ita scribe*, Prochoro falsò adscripta Historia de vita, & miraculis, &c. lin. 15. *sic scribe*, S. Lino Martyri, & Pontifici Maximo de Passione SS. Dei Apostolorum Petri, & Pauli ad Ecclesias Orientales adscripti libri duo, scholiolis item &c.

Pag. 2. Indicis lin. 3. *Dele nomen Diui, vel Domini Sigiberto præpositum*. lin. 4. *ita rescribe*, S. Melitoni Episcopo Sardensi de Transitu Virginis Mariæ falsò adscriptus liber &c. lin. 7. D. Palladij, *dele* Diui. Eadem lin. S. P. N. Euagrij, *dele S. P. N.* in subiecta tabella colum. 1. num. 6. Dorotheus Martyr, *dele* Martyr.

Colum. 1. Operis inscriptione lin. 2. pro *Sanctis*, lege, *Veteribus*, Et post præfationem Margarini *adde*, Existimauit quoque hoc Opus non esse Aristeæ illis Ptolemæi hyperaspistis Leo Castrus Præfation. in Comment. Isaiæ cap. 35. *At illius esse confirmant quoque Bellarminus lib. 2. de Verbo Dei c. 6. & Posseuinus in Apparatu Sacro.*

In Tatiani Harmonia.

Colum. 31. post præfationem S. Victoris Capuani hæc adde, Quamuis S. Victor, & sanctitate, & eruditione claruerit; in hoc tamen lapsus videtur, quod Harmoniam istam, quæ hic ponitur Tatiani Encratitarum principis esse putauerit; Cum potius hæc Ammonij Alexandrini sit, & illa altera, quæ posteà subijcitur colum. 114. Tatiani Genuinus fœtus existat. Argumenta sunt perspicua; Primum, quia vt colum. 114. Ex Eusebio, & Theodoreto notabimus, Tatianus in

 suo

suo Euangeliorum Diatessaron, id est, vnum ex quatuor fraude, & dolo hæretico amputauit omnes genealogias Christi, & alijs quæcunque ostendunt Dominum ex Dauid secundum carnem progenitum; at in ista quæ hic describitur Harmonia nihil horum detractum cernimus; in hac enim omnia quatuor Euangelistarum dicta, nullo prætermisso, ad verbum exscripta reperiuntur. Deinde ista Harmonia ex expressis Euangelistarum verbis concinnata, illamet esse deprehenditur Ammonij Alexandrini, quam Zaccharias Chysopolitanus Episcopus ante quingentos annos Commentarijs illustrauit; quæq; eo nomine inscripta circumfertur. Insuper, inscriptio hic præfixa Operi, manifestè omnem detegit errorem; nam sic habet; SS. Quatuor Euangeliorum Harmonia Tatiano Alexandrino auctore. Certè Tatianus Opus suum non armoniam; sed Diatessaron, idest, vnum ex quatuor, nuncupauit, vt Eusebius, Theodoretus, Victor Capuanus, Nicephorus, & omnes affirmant, nec Tatianus Alexandrinus fuit: sed Syrus, *vt Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromatum, S. Epiphanius Hæresi 46. Theodoretus lib. 1. Hæreticar. Fabular. & alij produnt*. At quis nescit Ammonium Alexandrinum fuisse, & Opus eius in hoc argumento Harmoniam inscriptum. Ex quibus omnibus extra controuersiam esse videtur, hanc quæ hic inseritur Harmoniam non Tatiani: sed Ammonij esse; sicque restituendum titulum: SS. Quatuor Euangeliorum Harmonia Ammonio Alexandrino Auctore, & si plenius nostrum iudicium probatum cupis, *Adito Tom. 2. Annal. Ecclesiasticor. anno Domini 174. c. 5. & seqq. & Sacrum Apparatum Posseuini verbo,*

Fraus Tatiani

Tituli libri

bo, Ammonius. Vnde liquet consimili lapsu post S. Victorem abreptos quoque *Sixtum lib. 4. Biblioth. in Ammonio, & Tatiano, & Georgium Ederum lib. 3. Oeconomiæ Bibliorum, & alios. Vide notam infra ad Armoniam nomine Ammonij colum. 114. E.*

In Armonia Ammonij.

Colum. 114. E, post inscriptionem Operis adde, Ex his quæ superius Colum. 31. post præfationem Victoris Capuani annotauimus facilè constat hoc Opus hic positum, non esse Ammonij Alexandrini: sed Tatiani Syri in hoc siquidem Opus exactè omnia competunt, quæ Eusebius, & Theodoretus de Diatessero Tatiani prodiderunt: Quocircà vt probè noscas, & cuius Auctoris, & qua auctoritate hic liber sit habendus, ab hæretico Auctore fraude, & impostura compactus, accipe quid de ipso scribat *Eusebius lib. 4. Hist. Eccles. cap. 27. in hæc verba,* Tatianus ille, qui erat primus auctor, & princeps Encratitarum, coniunctionem quandam & collectionem Euangeliorum, nescio quo modo composuit; illudque Opus Diatessaron, id est, vnum Euangelium ex quatuor collectum nuncupauit. *Hæc Eusebius.* At quid sibi vult illud, Nescio quo modo, nisi fraudem, & dolum hæretici Auctoris Opus concinnantis: *id quod Theodoretus palàm exposuit lib. 1. Hæreticar. Fabular. Hisce verbis,* Tatianus composuit etiam Euangelium, quod dicitur Diatessaron, idest, ex quatuor vnum, amputatis genealogijs, & alijs quæcunque ostendunt Dominum natum esse ex Dauid secundùm carnem. Eo autem vsi non solum sunt, qui sunt illius sectæ: sed hi etiam qui dogmata Apostolica sequuntur, compositionis fraudem

dem

dem non agnoſcentes: ſed ſimplicius eo tamquam libro compendioſo vtentes. Ego quoque inueni pluſquam ducentos huiuſmodi libros, qui in honore habebantur in noſtris Eccleſijs, quos cum omnes ſimul coegiſſem, depoſui, & in eorum loco repoſui quatuor Euangeliſtarum Euangelia. *Haſtenus Theodoretus*. Cernis apertè in hoc ipſo Opere reciſas genealogias Domini, & alia, quæ Chriſtum ex Dauid ſecundum carnem genitum demonſtrant, vt illudmet. Tatiani Opus eſſe non dubites totum dolo,& impoſtura ad ſtabilimentum hæreſis conſerruminatum. *Quocirca inſcriptio ita mutanda videtur*, SS. Euangeliorum Diateſſaron, ideſt, vnum ex quatuor, Tatiano Syro hæreſiarca, Encratitarum principe, Auctore.

In Dorotheo.

Colum. 135. A, *poſt præfationem Operis appone iſta.* Hoc Opus non eſſe illius S. Dorothei Martyris, Tyri Presbyteri, qui ſub Diocletiano vixit, & ſub Iuliano martyrium conſumauit: ſed cuiuſdam potius Dorothei recentioris Abbatis Romani, *Baronius in notis ad Romanum Martyrologium 5. Iunij, & alij eruditi deprehenderunt*, Multa enim inſunt huic libello, quæ fide hiſtorica vacillant, indigna prorſus antiquo illo S. Martyre Dorotheo; quæque paſſim erroris arguuntur ab his qui puritatem hiſtoriæ ex antiquis Auctoribus eruunt. Ad hæc, quod hic in Præfatione, & in inſcriptione, titulisq; paginarum Dorotheus ille vetuſtior appellatur Epiſcopus Tyri, falſum omnino eſt, cum Martyr ille non Epiſcopus: ſed Presbyter Tyri vocetur in antiquis Auctoribus, & Romano Martyrologio quinta Iunij. *Conſule*

quo-

quoque apparatum sacrum Posseuini.

Colum. 148. A, *ibi in textu*; Hierapoli cum filiabus &c. *adscribe margini*, Inepte Philippum Apostolum cum Philippo Diacono, cuius septem fuerunt filiæ, confundit, cum longè diuersos fuisse, manifestè ex antiquis scriptoribus liqueat. *Vide Tom. 1. Annal. Eccles. anno Domini 58. c. 114.*

Colum. 148. C, *in textu*, Tandem in Britannia crucifixus, *adfige margini*, istud de Britannia produnt quoq; Nicæphorus, & Græci in Menologio: sed carere maiorum auctoritate certum est: & Rom. Breuiarium in Perside occubuisse Simonem indicat. *Vide Notas ad Roman. Martyrologium 28. Octob. & Tom. 1. Annal. Eccles. anno Christi 44. cap. 38.*

Ibidem C, *in Simone Iuda, ad initium Capitis annota*, Imperitè commiscet Simeonem Episcopum Ierosolymitanum cum Simeone Apostolo, & cum Iacobo Alfæi, vnum, & eundem faciens Simeonem Episcopum Ierosolymitanum, & Simonem Apostolum, & Iacobum Alfæi; cum tres diuersissimi fuerint. *Consule Notas ad Roman. Martyrologium 1. Maij, 18. Februarij, & Tom. 1. Annal. Eccles. anno Christi 44. cap. 39. & Tom. 2. anno 109. cap. 1. & seqq.*

Colum. 149. B, *post inscriptionem illam*, De septuaginta discipulis, *ista adiunge*, Cautè legendus hic Dorothei libellus de 72. Christi Discipulis; nam complura continet á veritate historica aliena; & Auctor quoscunque nominatos in Epistolis Pauli, eos in numerum 72. Discipulorum absque alio maiori delectu inserit. Et quid magis ridiculum, quàm quia Paulus *Philipp. 4. ait*, Salutant vos omnes Sancti, maximè autem qui de do-

domo Cæsaris sunt. Cæsarem inter Christi 72. duos discipulos cooptare, & Dyrrachij eum Episcopum facere; cum consensu omnium Paulus salutari iubeat Christianos, qui in domo Neronis Imperatoris erant? Omitto notare alia. *Vide Tom. 1. Annal. Eccles. anno Christi 33. cap. 40. & Posseuini Sacrum Apparatum.*

In Sophronio.

Colum. 135. B, *dele notam marginis*, Sophronij vitam habes apud D. Hieronymum libro de Scriptoribus Ecclesiasticis ad finem, nam si Auctor huius Opusculi est S. Sophronius Episcopus Ierosolymitanus, vt ipsa inscriptio præfert, ridiculum est S. Hieronymum potuisse scribere vitam S. Sophronij Ierosolymitani Episcopi, qui sub Heraclio obijt anno Domini 636 est enim alter Sophronius ille S. Hieronymi amicus.

In Prochoro.

Colum. 153. D, *post præfationem in Prochori Historiam ista subiunge*, Hæc Historia de Vita Sancti Ioannis Apostoli falsò adscribitur S. Prochoro Diacono de Septem primis, & Christi Discipulo; est enim apochrypha, fabulosa, & prorsus indigna, quod legatur.

Cap. 35. colum. 193. B, *tolle notam*: Mulier à partu 40. dies domo claudi debet antequàm purificetur.

Cap. 45. colum. 204 A, *dele glossam*, solam traditionem sufficere ait D. Ioannes.

In Lino.

Colum. 205. D, *Post præfationem in 1. lib. Lini, hæc adscribe*, Duo isti libelli de Passione Petri, & Pauli nomine S. Lini Rom. Pontif. & Martyris, sunt pseudepigraphi, multos errores continent, nec vllius censentur auctoritatis, vt iam eruditorum

Q con-

consensu nimis exploratum habetur.

In S. Seuero Sulpitio.

Colum. 223. *post præfationem ex Guiberto, ista substitue*, In dubium nuper reuocauit Posseuinus in Apparatu Sacro, & Episcopatum Bituricensem Seueri, & Sanctitatem eiusdem. At vt interim omittamus Episcopatum, *quem in ancipiti quibusdam coniecturis, Baronius Tomo. 5. Annal. posuit*, de Sanctitate tamen Seueri Sulpitij, cuius tam illustre elogium extat in Roman. Martyrologio 29. Ianuarij, ambigere, nescio quàm tutum. Demus in Martyrol. aliquos reperiri lapsus historiæ, & in Seueri Episcopatu nutare fidem: at in cooptando ipsum in Sanctorum numerum, qui Sanctus non fuerit, nimis grande erratum haberetur. Nec vnquam Baronius Textum Martyrologij per suos Annales emendari voluit; nam quæ auctoritas ipsi in publicas Ecclesiæ Tabulas? Sed notas suas in Martyrologium, vt ipsemet disertissimè profitetur.

Colum. 224. C, Angeli quibus Cœlum sedes erat, speciosarum forma Virginum capti &c. *adscribe margini*, Caue errorem istum Seuero cum quibusdam alijs antiquis Scriptoribus communem, Angelos amore mulierum lapsos se cum illis concubitu miscuisse. *Vide S. Thom. 1. P. Q. 51. artic. 3. ad 6. eiusque interpretes, & Sixtum lib. 5. Bibliothec. Annot. 77.*

Colum. 246. A, *in textu*, Sed non dubito, librariorum &c. *adfige margini*, 3. Reg. 6. v. 1. in omnibus Hebræis, Græcis, & Latinis exemplaribus apertè dicitur; Quadringentesimo, & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de Terra Aegypti, Qui numerus verissimè, & incorruptè subsistit.

Vide

Vide Canum lib. 11. de locis cap. 5. ad 12. arg.

Colum. 249. C, *in textu*, Hic nouem annos &c. *adscribe margini*, Deprauatis vsus videtur exemplaribus S. Seuerus: nam Amasiam 29. annos regnasse disertè habetur expressum 4. Reg. 14. v. 2. in Latinis, Hebraicis, & Græcis 70. Codicibus.

Lib. 2. Hist. Colum. 268. D, *in textu*, Nescio an postremus explerit &c. *adde ad marginem*, Cautè lege; non enim Nero futurus est verus Antichristus in mundi fine venturus. *Vide lib. de Antichristo P. Thomæ Maluedæ Theol. Dominic. lib. 2. c. 2.*

In vita S. Martini colum. 283. A, *ad initium cap. 1. adiunge ista*, Exordium vitæ S. Martini à S. Seuero conscriptæ, esse in annorum numeris deprauatum, non culpa Auctoris: sed librariorum, multis argumentis ostenditur in notis ad Roman. Martyrologium 11. Nouembris, & *tom. 3. Annal. Ecclesiast. anno Christi 351. cap. 17. & seqq.* quo *lectorem amandamus*.

Dialogo 1. Colum. 303. D, *post inscriptionem Dialogorum S. Seueri apponatur hæc nota*, Memineris lector libros istos Dialogorum Seueri ob aliquos errores in eis repertos, fuisse à S. Gelasio I. in Romano Concilio Septuaginta Episcoporum in classem apocryphorum reiectos; atque ob id cautè legendos; inseruerat illis Seuerus errorem de mille annorum aureo Christi regno in Terris post iustorum resurrectionem, vt S. Hieronymus refert in 36. Ezechiel. *Vide Baronium Tom. 5. Annal. anno Christi 402. cap. 51.* qui etiam non semel alibi hos Dialogos erroris coarguit.

Colum. 304. D, *dele glossam*, Sacerdotum vita non bona.

Colum. 306. C, *tolle notam*, Ecclesiam auro non strui:

sed destrui. *Et ad verba illa textus*, Ecclesiam auro non strui; sed potius destrui, *scribe in margine*, Non satis circumspectè Presbyter ille; ità loquutus est; nam etsi dignitas, & maiestas Ecclesiæ non nitatur auro; aurum tamen ad ornamentum Ecclesiæ piæ, & religiosæ adhiberi nullus Orthodoxorum infitias iuit.

Colum. 315. C, *dele glossam*; Ecclesiasticorum superbia, & Luxus.

Colum. 318. B, *tolle notam*, Martinum ignorant Galli Soli, præcipuè Clerici.

Dialogo 2. ad finem Colum. 328. B, *dele glossam*, Nero ante sæculi finem venturus, *& rescribe*, Cuncta ista quæ hic de Nerone, & Antichristo differit ex ore vt ait S. Martini, reijce, sunt enim manifestè falsa, & absurda, nec vnquam à S. Martino asserta. *Vide lib. de Antichristo P. Thomæ Maluendæ Theologi Dominicani, lib. 2. cap. 2.*

In Paulo Orosio colum. 339. *post vitam Orosij ista adde*, s. Gelasius I. hanc Orosij historiam ita commendat; Orosium virum eruditissimum collaudamus, qui valde nobis necessariam aduersus paganorum calumnias dignam ordinauit historiã, miraq; breuitate contexuit.

In s. Gregorio Turonensi.

Colum. 523. *post præfationem adde*, Adscriptus quoque inter alios sanctos Gregorius habetur in Romano Martyrologio 17. Nouembris. Verùm opportunè ante s. Gregorij Turonensis Opera præfigendum videtur iudicium Hilduini Abbatis in Areopagiticis ad Ludouicum Pium, quod ille hisce verbis expressit: Cæterum parcendum est simplicitati Viri religiosi Gregorij Turonensis Episcopi, qui multa aliter, quàm veritas se habet, æstimans

mans non calliditatis actu: sed benignitatis, & simplicitatis Voto litteris commendauit. *Hæc Hilduinus*. Et verò nonnulla in Opusculis s. Gregorij Turonensis reperire licet, quæ cum historica veritate apertè pugnant. Horum aliqua in Annalib. Ecclesiasticis obseruantur.

In Chronologia Nicephori.

Colum. 973. A, *post inscriptionem Operis adiunge*, Cum consensu omnium Auctor huius Chronologiæ s. Nicephorus Constantinopolitanus Episcopus asseratur, *quem ex certissimis Auctoribus diem obijsse anno Domini 828. in Annal. Ecclesiasticis Tom. 10. refertur*, necessariò dicendum Theodotum Cassiteram, Antonium, Ioannem syncellum, Methodium, Ignatium Eunuchum, qui post Nicephorum Episcopi Constantinopolitani inferius in hac Chronologia recensentur, non à s. Nicephoro; sed ab Anastasio Bibliothecario, huius Chronologiæ interprete, qui tempore Ignatij viuebat, adiectos fuisse.

Colum. 973. E, *in textu*, Quare satis mirari non possum &c. *adfige margini*, Contius dum nimio studio septuaginta interpretum Translationis Chronologiam tuetur, non videt se incautè Hebraici Fontis, & vulgatæ Editionis chronologiam labefactare, quæ cum illa 70. interpretum perspicuè pugnat. Et Patres corruptelam 70. interpretũ exemplarium ingenuè profitētur. *Vide li. de Antichristo P. Thomæ Maluendæ Theol. Dominic. lib. 1. c. 14. 15. 16.*

In s. Adone Viennensi.

Colum. 1009. *lineam penultimam præfationis ita restitue*, Cognomento Babbi, anno Domini 879. vt apparet ex fine Chronici; eum inter sanctos cooptatum habet Rom. Martyrologium 16. Decembris.

Colum. 1339. B, *post inscriptionem Operis, appone*, Reducito in memoriam Lector sigibertum hunc fuisse schismaticum, Henrici III. Fautorem, Romanis Pontificibus infensum, præsertim s. Gregorio VII. & Paschali II. Vnde in Romano Indice prohibetur sigiberti liber contra Papam Gregorium, & contra Epistolam Paschalis Papæ. Quocirca hæc eius Chronographia cautè legenda; nam in gratia Germanorum Imperatorum, & in odium Romanorum Pontificum multa interdum mentitur; cuius errores in Annalibus Ecclesiasticis passim reuincuntur. Ipse sanè in Catalogo virorum illustrium, sua scripta percensens, impudenter profitetur se aduersus Gregorium VII. & Paschalem II. scripsisse.

Anno 854. colum. 1452. E, *tolle notam marginis*, Ioannes Papa Fæmina, *& rescribe*, Has quinque lineas quibus de Ioanna Papissa fit mentio, non esse scriptas à sigiberto ex authographo ipsius Codice M. S. quod habetur in Monasterio Gemblacensi, vbi sigibertus Monachi exercuit institutum, quod se vidisse testantur Molanus, & alij manifestissimè liquet, vbi tota hæc stropha de Ioanna Papissa abest. Equidem Vincentius Bellouacensis speculi Hist. lib. 25. cap. 36. & Guilhelmus Nangiacus in Chronicis, qui sigibertum in historia præsertim horum temporum de verbo ad verbum bona fide descripserunt, de Ioanna Papissa ne per somnium meminerunt. Putant & meritò ab Henrico Stephano Seniore, qui primus Sigiberti Chronicon excussit Parisijs anno Domini 1515. ex Matthæo Palmerio Florentino hunc centonem Sigiberto perperam assutum. *Vide Onuphrium in Addi-*

ditionibus ad Platinam, Bellarminum lib. 3. de Romano Pontifice cap. 24. Coccium tom. 1. Thesauri lib. 7. art. 18. at vanissimam de Ioanna Papissa fabulam innumeri reputarunt, præsertim Onuphrius, Genebrardus, Bellarminus, Baronius, & Florimundus Remundus.

Anno 1074. colum. 1495. C, *in textu*, Nouo exemplo, & vt visum est. inconsiderato &c. *adscribe margini*, Cautè lege; nam schismaticus Sigibertus calumniam struit in S. Gregorium VII. sciebat Sanctissimus Pontifex Missam concubinarij, & Simoniaci Sacerdotis veram esse; sed in pœnam criminum vetuit iustissimè laicos eiusmodi Sacerdotum Missæ interesse; vt erubescentes resipiscerent. *Vide tom. 2. Annal. anno Domini 1074.*

Anno 1076. colum. 1495. B, *in textu*, Gregorius Papa totus in Henricũ &c. *adscribe margini*, Quid calumniosè garrit schismaticus in S. Pontificem, qui ergà Henricum, & optimi patris, & præclari pastoris, & prouidentissimi medici omnes partes exhibuit. Quocirca quæ de Henrico, & Hildebrando Sigibertus hic, & anno Domini 1077. perscribit, cautè omnia legenda, nec fidem illi adhibendam, nisi cum alijs probis, & Orthodoxis Scriptoribus consentanea reperiuntur. *Vide tom. 11. Annal. Ecclesiasticor.*

Anno 1080. column. 1497. D, *in textu*, Hildebrandus Papa &c. *adfige margini*, Mentitur Sigibertus, & schismatico spiritu S. Gregorio falsas reuelationes affingit.

Anno 1085. column. 1499. C, *in textu*, Hildebrandus Papa &c. *tolle notam marginis*, Hildebrandus pœnitet, *& substitue*, Quàm falsa, atque mendacia sint ista, quæ Sigibertus de pœnitentia

s. Gregorij VII. confingit, ex Orthono Frisingensi, ex Auctore vitæ s. Anselmi Lucensis ex optimis quibusq; testimonijs luculentissimè ostenditur *in Annal. Eccles. tom. 11. anno Christi 1085.*

Anno 1088. col. 1500. D, *tolle glossam*, Schisma Ecclesiæ, *& rescribe*, subdole hic schismaticus Sigibertus gemit electionem Vrbani II. nam fuisse sanctam, & legitimam, ex Petro Diacono Bertholdo, & omnibus probatis Auctoribus illorum temporum, & consensu orbis Catholici habetur exploratissimum.

In Melitone.

Column. 1511. *post præfationem Margarini, ista adde*, His tamen non obstantibus, certum est librum hunc esse falsò S. Melitoni adscriptum apocryphum, nullius auctoritatis, immixtis nonnullis planè reijciendum.

In Hispanico Indice iubentur expungi omnia à cap. 4 vsque in finem Operis.

Cap. 5. colum. 1514. B, *in textu*, Aduenit autem cum eis Paulus nondum scientia fidei plenè instructus, *dele postremas istas quinq; dictiones.*

Cap. 6. column. 1515. A, *ad verba illa textus*. Angustijs quæ venturæ sunt mihi, *adscribe margini* Falsissimum id est; nam nullas sacra Deipara in morte passa est angustias. *Vide scholium Margarini quod subtexitur.*

In Palladio.

Colum. 1521. *in titulo, Palladij, Diui Euagrij discipuli, dele Diui*, Et post præfationem Gentiani Herueti ista adiunge, *Vt probe noscas, lector, quisnam Palladius fuerit, accipe iudicia Patrum de ipso S. Hieronymus, cuius in hac re iudicium probat S. Gelasius I. Præfatione in libro aduersus*

ſus Pelagianos, ait, Palladius ſeruilis nequitiæ eandem hæreſim Pelagianam, inſtaurare conatus eſt. *s. Epiphanius Epiſt. ad Ioannem Ieroſolymitan. ſic inquit*, Palladium verò Galatam, qui quondam nobis charus fuit, & nunc miſericordia Dei indiget, caue, quia Origenis hæreſim prædicat, & docet: ne fortè aliquos de populo tibi credito ad peruerſitatem ſui inducat erroris. *Hæc S. Epiphanius*. At res Palladij geſtas vafriciem, & odium in S. Hieronymum pluribus exponunt, *Annal. Eccleſiaſtici Tomo 5.* Ex quibus omnibus diſces quæ fides adhibenda ſit hæretico homini Origeniſtæ, & Pelagiano in his præſertim, quæ de quibuſdam ſui ſimilibus Monachis eadem fuligine tinctis in hoc Opere prodit; ac maximè verendum ne aliquos pro Sanctis venditet qui fuere Origeniſtæ, vel Pelagiani Sagaci coniectura ſuis locis in Opere quoſdam iſtius furfuris indicabimus. Vt magis autem faciem, & intima Palladij introſpicias, ſcito ipſum fuiſſe diſcipulum Euagrij Pontici Origeniſtæ hæretici toties ab Eccleſia damnati, *de quo plura annotauimus Tomo 5. initio libri Euagrij*, Hoc de ſe teſtatur Palladius in hac lauſiaca cum ait, *Reſpondi me eſſe peregrinum, & de Galatiæ partibus venire; & vnum ex Euagrij fratribus eſſe confeſſus ſum*. Idem affirmarunt Socrates libro 4. cap. 18. & Nicephorus lib. 11. cap. 44. vt nihil mirum ſit ſi eodem luto errorum, quo magiſter, tinctus Palladius fuerit. Quocirca in hoc Opus laudant Socrates, & Nicephorus, vt non imus inficias multa illi ineſſe vtilia, & recta; ita certum eſt, illos qualis Palladius fuerit non penitus perſpectum habuiſſe.

Se-

Sectione 3. column. 1530. B, *ad initium sectionis appone*, Hic Didimus tametsi, & sanctitate, & doctrina vir magnus ab initio fuerit, vt plura de eo Patrum elogia testantur: & tandem in Origenis errores præcipitatus, & præcipuus Origenista habitus tanquam hæreticus condemnatus est, vnà cum Origene,& Euagrio Pontico in Quinta Synodo Generali, vt Auctores sunt S. Tharasius Episcopus Constantinopolitanus in confessione fidei, quæ habetur in Septima Synodo, actione 3. Nicephorus lib. 17. hist. cap. 27. Cedrenus in Annal. Eundem cum eisdem damnauit quoq; S. Martinus Papa, & Martyr in Concilio Lateranensi, secretario 5. canone 18.

Sectione 8. column. 1535. E, *ad initium vitæ Abbatis Or, scribe ista*, Hic est ille Or hæreticus Origenista, quem Euagrius Ponticus inter sanctos alios suo de vitis Patrum libro immeritò inseruit, *vt Auctor est S. Hieronymus Epistola ad Chtesiphontem*, en quales sanctos nobis obtrudit Palladius, vide scholium nostrum Tomo 5. ad initium Operis Euagrij, vbi quoq; obseruauimus, ex decreto Sancti Gelasij Primi idem esse iudicium Romanæ Ecclesiæ de eiusmodi hominibus, & Sancti Hieronymi.

Sectione 11. column. 1538. C, *ad initium vitæ Ammonij ista adscribe*, Hic Ammonius, fratresque eius fuere palàm hæretici Origenistæ, qui ex Aegipto Constantinopolim fugientes, magnarum turbarum in Ecclesia causa fuere, quos nimium execrati sunt *S. Hieronymus Epist. ad Ctesiphontem, & Theophilus Alexandrinus epist. ad S. Epiphanium, quæ est 67. apud S. Hieronymum*, Horum res nefariè gestas, & turbines ab ipsis excitatos ex cer-

certissimis Auctoribus, & monumentis exactissimè exponit *tomus 5. Annal. Eccles.*

Column. 1539. B, *in textu*, Hoc ei suo suffragio tribuebat Euagrius &c. *adscribe margini*, Miser Palladius præceptoris sui Euagrij dogma de impossibilitate Stoica hic obtrudere conatur, *vide notam ad initium libri Euagrij Tomo quinto, columm. 1329. C.*

Sectione 72. column. 1606. B, *ad initium capitis adscribe*, vel Possidonius iste vaticinans aduersus S. Hieronymum fuit impostor, vel Palladius odio in S. Hieronymum, quod est propensius, apertè mentitur, & rabie in eundem fuerit: sed haud crede lector impudenti Origenistæ, & Pelagiano Palladio, dum maledicentiæ frena effundit in Sanctissimum virum Angelis venerandum.

Sectione 74. column. 1609. C, post inscriptionem illam, De Euagrio celebri Diacono, *ista adiunge*, Dignum patella operculum, Palladius Origenista celebrat suum præceptorem Euagrium hæreticum, pariter Origenistam, ab Ecclesia sæpius condemnatum, *sed qualis fuerit Euagrius habes in nota nostra ad librum Euagrij Tomo 5. huius Bibliothecæ column. 1329. C*, vt hinc cernas hæretico de hæretico, & eiusdem hæresis mysta proden ti quænam sit deferenda fides.

Sectione 103. column. 1625. E, *post titulum*, Vita Rufini Presbyteri, *adde*, Palladius Origenista, & Gennadius, & Cassianus Pelagianis fauentes multis laudibus. Rufinum extulerunt: at S. Hieronymus Rufinum tanquam hæreticum perpetuò insectatus est, cuius iudicium cum ipsa Romana Ecclesia nos etiam probare par est; sic enim inquit S. Gelasius Primus in Romano Concilio 70. Episcopo-

scoporum : Sed quoniam Beatus Hieronymus in aliquibus Ruffinum de arbitrij libertate notauit. illa sentimus , quæ Beatum Hieronymum sentire cognoscimus . Et non solum de Ruffino: sed etiam de vniuersis, quos viri sæpius memoratus zelo Dei & fidei religione reprehendit . *Hæc Sanctus Gelasius*, Ruffini res sincerissimè ex probatis Auctoribus excerptas exibent tibi *Tomus 4. & 5. Annalium Ecclesiasticorum.*

Column. 1628. E , *in textu ibi* , Cui impedimento fuit Hieronymus quidam Dalmata &c. *adscribe margini* , Quid furens odio Origenista Palladius in S. Hieronymum , & S.Paulum ineptissimè garrit ? Quorum sanctitatis tantò clarior , quanto Palladij nequitia detestabilior .

Column. 1629. E , *post inscriptionem illam* , De Virgine , quæ excepit Athanasium Episcopum *ista adiunge* , Totam hanc narrationem de Virgine S. Athanasium sex annos occultante,fide nutare , magnis ostenditur *Tom. 3. Annal. Eccles. Anno Christi 356.cap.85. & seqq.*

In Sophronio .

Cap. 128. column. 1700. C, *ibi in textu*, Rursus idem Abbas Athanasius &c. *scribe in margine* , Tomo 5. Annalium Ecclesiasticorum Anno Domini 407. cap. 32. reuocatur in dubium tota hæc reuelatio de S. Chrysostomi gloria , immo, & fide minuitur, quod non sit verisimile Chrysostomum in Cœlo potiorem locum obtinere super Doctores omnes Ecclesiæ : Nam vt alij interim omittantur , haud est probabile Crysostomum Athanasio maiorem esse in regno Cœlorum : verum monemus quoq; eiusmodi reuelationes interdum fieri non ad ostendendam maiorem in omnibus alicuius Sancti gloriam; sed

sed ad indicandam excellentem quandam, & peculiarem cuiuspiam Beati prærogatiuam, qua alijs præeminuit; cuiusmodi fuit zelus iustitiæ, qui in pectore Chrysostomi adeo exarsit, vt meritò propterea in visione diuina dictus sit assistere Throno Dei. Huius generis visio illa fuit S. Petri Dominico oblata, cum visis diuersorum Ordinum Religiosis in Cœlo, nullum ex suis alumnis aspexit: quos tamen sacra Deipara eximio, & singulari fauore sub pallio suo occultans, eidem postmodum ostendit. Deinde facilè in Epistolam Chrysostomi nomen Treij, pro Adelphio potuit irrepere: vel fuit binomius Treius Adelphius. Denique verbum mansit, cur necessariò referendum ad hospitium? & est verisimili Chrysostomum domum Episcopi inuisisse. Hæc pro assertione libri alioquin præstantis auctoritatis.

In S. Gregorio Turonensi.

Lib. 1. Miraculorum S. Martini cap. 5. columna 1753. E, ad initium capitis scribe ista, Hæc tota huius capitis narratio de S. Ambrosio interessente exequijs S. Martini, fide vacillat, quod secundum exactissimam temporum rationem ex magnis Auctoribus stabilitam S. Ambrosius aliquot annis ante S. Martinum diem suum obierit. Nimirum S. Ambrosium defunctum anno Domini 397. Sanctum Martinum 402. *ostenditur in notis ad Romanum Martyrologium 11. Nouembris, & Tomo 5. Annal. Eccles.*

In S. Victore Vticensi.

Sanctitatis laude insignis Victor inter reliquos Sanctos adscriptus habetur in Romano Martyrologio 21. Augusti: præclaras eius virtutes, pietatem, eruditionem, religionis zelum, ad viuum expressas in

hoc

hoc eius Opere cernere licet. Initio Operis scripsisse se ait anno sexagesimo, ex quo Vvandali ex Hispania in Africam traiecerunt. Ponitur hic annus à S. Prospero in Chronico Theodosio duodecimum, & Valentiniano secundum Consulib. hoc est, Anno Domini secundum exartiores fastos 426. vel vt alij malunt, sub Consulatu Hierij, & Ardaburij, nempè Domini 427. sicque scripsit S. Victor Anno Domini 487. sub Zenone Imperatore, & Genserico, & Hunnerico Vuandalicis Regibus.

Lib. 3. col. 1918. A, *tolle glossam marginis*, iurare omnino non licet.

Column. 1919. B, *tolle glossam*, Merces pro fide.

In Theodoro Lectore.

Column. 1933. E, in textu, Illiq; cunctam auctoritatem tribuerunt, *appone ad marginem*, Cautè lege; nam auctoritas Romani Pontificis, non ab Imperatoribus est; sed à Deo immediatè. Tantum igitur suis Edictis Imperatores statuerunt, vt iuxta diuinam institutionem omnes Romano Pontifici essent subiecti: ipsum diuinum ius suis, etiam sanctionibus stabilientes.

In Marcellino Comite.

Post præfationem Schonrouij column. 1945. ista adiunge, Cassiadorus libro diuinarum lectionum cap. 17. hæc habet, *Marcellinus Comes quatuor libros de temporum qualitatibus, & positionibus locorum pulcherrima varietate conficiens, itineris sui tramitem laudabiliter percurrit*, & paulò post agens de Eusebij Chronico subdit, *Hunc subsecutus est supradictus Marcellinus Illyricanus, qui adhuc Patritij Iustiniani fertur egisse cancellos: sed meliore dictione deuotus à tempore Theodosij Principis vsque ad fores Imperij triumphalis*

lis Augusti Iustiniani opus suum, Domino iuuante perduxit: vt qui ante fuit in obsequio suscepto gratus, postea ipsius Imperio copiosè amantissimus appareret, Hactenus Cassiodorus Marcellino Coæuus. Porrò errores aliquot historiæ, qui in Marcellini Chronicon irrepserint, in Annalib. Ecclesiasticis corriguntur.

In S. Odone Abbate Cluniacensi.

Column. 1975. B, *post inscriptionem Operis adscribe*, Odo iste secundus Cluniacensis Abbas sanctitatis nomine insignis Romano Martyrologio inscriptus habetur 18. Nouembris, *De quo plura notæ Baronij ibidem, & Arnaldus Vvionus in ligno vitæ*, Huius quoque sunt, quæ hic praecedunt Opuscula, *vide etiam sacrum Apparatum Posseuini*, Quod verò attinet ad hunc libellum, quo Odo Sanctum Martinum parem Apostolis facit, ea omnia, quae in causa ista differit, è pia quadam hiperbole, & amplificatione accipienda sunt: alioqui scimus ex Theologia alios Sanctos praeter Christum, & Deiparam (nisi Sponsum Deiparae Iosephum, Baptistam, Stephanum prothomartyrem velis adijcere) Apostolis in gratia, & gloria esse inferiores. *S. Thomas in 1. Ephesior. lect. 3. exponens illud Pauli*, secundum diuitias gratiae eius, quae superabundauit in nobis, *ista scribit*, ex quo apparet temeritas illorum (vt non dicam error,) qui aliquos Sanctos praesumunt comparare Apostolis in gratia, & gloria. Manifestè enim patet ex verbis istis, quod Apostoli habent gratiam maiorem, quàm aliqui alij Sancti post Christum, & Virginem Matrem, *& post alia subdit*, Temerarium est ergo aliquem Sanctum Apostolis comparare. *Hæc Sanctus Thomas*.

Tomo

Tomo VIII.

In prima Operis inscriptione lin. 3. pro sanctorum, rescribe, *veterum*.

Indicis Auctorum pag. 1. lin. 27. D. Liberij Poetæ, dele, *Diui*, lin. 28. D. Belisarij poetae, *dele Diui*, lin. 29. D. Honorij; *dele Diui, vel expressè scribe*, Domini Honorij, pag. 2. lin. 12. D. Marci Episcopi Idruntis, *dele Diui*, lin. 19. D. Venantij, *dele Diui*, lin. 22. D. Dracontij, *dele Diui*, lin. 34. D. Theodulphi, *dele Diui*.

In Sybillinis Oraculis.

Pag. 1. post omnia Auctorum elogia de Sybillis adiunge scholion istud, Tametsi certissimum sit reperiri innumera Patrum elogia de Sibyllis, eas tanquam Dei Prophetissas ad Gentes prædicantium: Oraculaque Sibyllina magno vsui fuisse Christianis initio nascentis Ecclesiæ, ad stabilienda fidei dogmata, & prophanas gentilium superstitiones reuincendas: ob quam causam gentiles Christianos Sibyllistas appellabat, *vti scribit Origenes lib. 5. contra Celsum: qua de re vide cum primis Apparatum ad Annales Ecclesiasticos*, at diligenti eruditorum iudicio deprehensum est, in his octo Sybillinorum Oraculorum libris, multa contineri falsò sub Sybillæ nomine inserta, nec esse omnia Sybillarum genuina, ac germana carmina. Et vt alia interim argumenta omittamus; primum multa insunt huic operi, quæ Auctorem indicent post Christum natum vixisse: at Patres Sybillas ante ortum Christi vaticinatas produnt, deinde S. Hieronymus, & alij Patres tradunt Sybillas fuisse virgines, & in præmium virginitatis accepisse diuinationem, *at hic lib. 7. columm. 51. E*, Sybilla sa-

la fatetur se scortum impudentissimum fuisse, *vide Apparatum sacrum Posseuini*, Quocirca ea tantum oracula Sybillina in his libris descripta, quæ antiqui alicuius Patris testimonium habent, recipienda ducimus, reliqua in dubiorum,& apocryphorum classem reijcienda videntur, nec pro certis, & indubitatis Sibyllæ cuiuspiam vaticinijs capienda, imò studio alicuius peritioris viri oracula illa, quæ ex auctoritate Patrum,Sybillarum esse constat, secernenda essent in vnum corpus diligenti, & accurata collectione: cætera in aliam fascem ableganda sine vlla maiori auctoritate, & fide,quam vel res ipsæ,vel consensus cum scriptoribus alijs conciliauerint.

*Lib. 3. col. 28.E,tolle glossam,*De Christianis,*lib. 7.col. 51.E, dele glossam,* Sybilla adultera.

In Aurelio Prudentio.

Columu. 61. D, post inscriptionem Operis adde, Quis qualis, quantusq; fuerit Prudentius; & quæ scriptorum monumenta reliquerit si plenius scire aues adito ex vetustioribus Gennadium in cathalogo scriptorum Ecclesiasticorum, *Ex recentioribus Sixtum; Eisengrenium, Posseuinum, & Tom. 4. & 5. Annal. Eccles.*

Hymn 5. ad incensum Cerei Paschalis, columu. 95. E, ad verba illa textus, Sunt & Spiritibus sæpè nocentibus &c. *appone ad marginem,* Cautè lege, nam ex placitis Theologiæ nullum verè refrigerium vnquam est animabus damnatorum in inferno, forsan Prudentius Poetico more lusisse tantum voluit, ad indicandam lætitiam diei Resurrectionis Domini, *vide Sixtum, libro 6. Biblioth.annot.47.& Bellarminum lib.2.de Purgatorio, cap. 18.*

Toenq / ferni

Hymno 10. *in defunctorum exequijs, columm.* 111. *A, ibi in textu,* sed dum resolubile corpus &c. *margini appone*, Cautè lege; nam videtur docere animas piorum, quæ nihil purgandum deferunt, egressas à corpore detineri in Paradiso terrestri illo, vnde expulsus fuit Adam. Fortasse Prudentius per Paradisum voluptatis, & sinum Abrahæ, non aliud intelligit, quàm essentialem animæ gloriam antè glorificationem corporis, *Consule Sixtum lib.6. Biblioth. annot.345. Bellarminum lib.1. de sanctorum beatitudine cap.1.& 5. et quæ notauit Fr. Thomas Maluenda lib. de Paradiso cap. 90.*

Hymno 12. *columm.* 185. *E, in textu*; pleno tamen innouatus anno, *ad marginem scribe*, videtur sentire Prudentius Petrum, & Paulum vno die mensis Iunij: sed non eodem anno martyrium passos, *vide notam infra ad finem Auctoris, columna 584. E.*

In Claudio Mario Victore.

Columm. 277. *E, post inscriptionem Operis adiunge*, De Claudio Mario Victorino agunt Gennadius, & Honorius in cathalogis, & ex recentioribus, Sixtus, Eisingrenius, Posseuinus, & alij, sub Theodosio Iuniore, & Valentiniano 3. claruisse referunt.

In Georgio Pisida.

Columm. 317. *post vltimam illam inscriptionem libri*, Georgij Pisidæ Opus sex dierum, siue Mundi opificiũ, *adiunge*, Quod initio statim Operis Pisides, & alibi sparsim laudes celebrat Sergij Episcopi Constantinopolitani hæretici Monotolitæ sæpius ab Ecclesia damnati, scias lector, Sergium initio fuisse virum probum, claris virtutibus ornatum, dignumque eiusmodi elogijs, quibus illum Georgius tollit, immò à S. Theodoro Sciceota mirificè quoque lau-

laudatum : postea verò instar Saul in peius mutatum, epota hæresi euasisse deterritum, & magnarum turbarum in Ecclesia fuisse causam, *habes acta eius fusè exposita in Annalibus Ecclesiasticis tomo 8. qui sub Heraclio Imperatore præfuit, sub quo etiam claruit Georgius Pisides.*

Colum. 353. B, in textu, Hæc Patriarcha clamitat &c. *scribe in margine,* vide scholion initio libri positum, *column. 317.* nam hic etiam Sergium laudibus euehit.

In Poemate de vanitate mundi, column. 354. E, in textu, Tu verò meorum carminum &c. *adscribe margini,* Etiam hic encomia Sergij Patriarchae Constantinopolitani Monotolitae decantat, *vide scholium initio Operum Georgij Pisidæ columna 317.*

Column. 358. D, ad finem glossæ marginalis, Sergium Patriarcham Constantinopolitanum ab animi submissione laudat, *adde,* Sed consule notam affixam ad initium Operum Pisidae, col. 317.

In S. Alcimo Auito.

Column. 359. C, initio Operis ita ponatur, S. Alcimi Auiti Viennensis &c. *& post inscriptionem ista adijce,* Habet huius clarissimi viri elogium Martyrologium Romanum 5. Februarij hisce verbis, *Viennæ Beati Auiti Episcopi, & Confessoris, cuius fide, industria, atq; admirabili doctrina ab infestatione Arianæ hæresis Galliæ defensæ sunt,* Haec ibi. Plura de eodem Gennadius in Catalogo; sed & indicem Auctorum, qui de Sancto Alcimo egerunt, exhibent notae ad Romanum Martyrologium 5. Februarij, *tomo quoque septimo Annalium Ecclesiasticorum, res præclarè ge-*

stæ S. Alcimi describuntur ex certis, & vetustis Auctoribus.

In Mario Victorino.

Column. 427. B, post inscriptionem libri adiunge, De C. Mario Victorino agit S. Hieronymus in cathalogo, & alij, Romae sub Constantio Rethoricam docebat, cuius mirabilem ad fidem Christi conuersionem pluribus narrat S. Augustinus lib. 8. confessionum cap. 2. extant alia eius opera 4. Tomo huius Bibliothecae.

Column. 436. A, in textu, Dum puer ista gerit &c. *scribe in margine,* singularis Victorini opinio matrem Machabæorum gaudio extinctam, at interfectam ab Antiocho Iosephus, & fermè omnes affirmant, *Consule Sixtum lib. 5. Bibliothecæ, annotat. vltima, & Serarium in commentarijs Machabæorum.*

In Iuuenco Presbytero Hispano.

Column. 435. A, post inscriptionem Operis ista adijce, Iuuencum, atque istud eius Opus plurimum commendat S. Hieronymus de scriptoribus Ecclesiasticis, & in epist. ad Magnum Vrbis Oratorem, & in commentar. ad 2. c. Matth. sed & S. Gelasius I. in Concilio Romano ait: Iuuenci laboriosum Opus non spernimus: sed miramur.

In Caelio Sedulio.

Column. 497. post inscriptionem Operis appone, Sanctus Isidorus Hispalensis Episcopus de scriptoribus Ecclesiasticis haec de Sedulio scribit: *Sedulius Presbyter edidit tres libros dactylo heroico metrocompositos, quorum primus signa, & virtutes veteris testamenti potentissimè resonat, reliquit gestorum Christi sacramenta, & miracula intonant,* Haec ille. Agit de eodem Sigibertus

de

de viris illustribus, cap. 6. quem tamen Episcopum nominat, & sub Constante, & Constantio claruisse prodit, at Trithemius Anno Domini 430. sub Theodosio Iuniore. Extat de Sedulij Opere nobile S. Gelasij Primi elogium in Romano Concilio hisce verbis expressum, *Venerabilis viri sedulij Paschale opus, quod heroicis descripsit versibus insigni laude praeferimus*, Caeterum Sedulium scripsisse sub Theodosio I. opusq; suum Paschale eidē Augusto dedicasse ex eius carmine: quod profert Margarinus in indice Auctorum chronologico ad finem Tomi 1. huius Bibliothecae in 5. seculo manifestè liquet.

In Aratore S. R. E. Subdiacono.

Column. 539. ante inscriptionem illam, Arator subdiaconus Floriano Abbati, *ista adde*, scripsit Arator nobile istud Poema sub Iustiniano Imperatore, Vigilioq; Papae dedicauit, cuius se discipulum profitetur ad finem Operis hisce verbis.

Te duce Tyro lego, te dogmata disco magistro:
Si quid ab ore placet laus monitoris erit.

Ab strepitu secularis aulae in Ecclesiasticam militiam se ascitum, & Romanae Ecclesiae Subdiaconum ordinatum, Praefatione ista ad Vigilium ita canit,

Ecclesiam subeo dimissa naufragus aula,
Perfida mundani desero vela freti.
Transferor ad nineas Petri sine turbine caulas
Et fruor optati iam statione soli.

In Codice Vaticano, vbi scriptum extat Poema istud Aratoris, *adiunguntur ista*, Beato Petro adiuuante, oblatus est huiusmodi Codex ab Aratore subdiacono Sanctae Ecclesiae Romanae, & Sancto & Apostolico viro Papae Vigilio, & susceptus est ab eo die octauo idus Aprilis in Presbyterio ante

confessionem Beati Petri, cum ibidem plures Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & Cleri pars maxima interesset. Quem cum ibidem legi pro aliqua parte fecisset, Surgentius vir venerabilis Primicerius scholae Notariorum in scrinio dedit Ecclesiae collocandum. Cuius beatitudinem literati omnes, doctissimiq; continuò rogauerunt, vt eum iuberet, publicè recitari. Quod cum fieri praecipisset, in Ecclesia Beati Petri, quae vocatur ad Vincula, religiosorum turba conuenit, atq; eodem Aratore recitante, distinctis diebus ambo libri septem vicibus sunt auditi, cum vnius medietas libri tantum legeretur propter repetitiones assiduas, quas cum fauore multiplici postulabant. Eadem haec repetitio facta est his diebus, Prima idibus Aprilis, Secunda, decimo quinto Kalendas Maij, Tertia vero tertio Kalendas Iunij, tertio anno post Consulatum Basilij V. C. Indictione septima, *hæc ibi*. Ponitur hic annus secundum exactiores fastos, anno Domini 544. Vigilij V. & Iustiniani XIIX. Venantius Fortunatus lib. 1. de vita S. Martini Aratorem, & eius Opus ita celebrauit.

Sortis Apostolicae, quae gesta vocantur, & actus
Facundo eloquio vates sulcauit Arator.

Column. 584. E, ad finem Operis ibi in textu, Non eadem tamen vna dies &c. *adfige margini*, Sentire videtur Arator non eodem tempore Petrum, & Paulum martyrio occubuisse: sed alterum euoluto anno à nece alterius: quae quoque fuit opinio Prudentij, & S. Augustini, & antiquiores, & frequentiores Patres, & omnes fermè recentiores, & ipsa Romana Ecclesia in Romano Martyrologio vno, eodemque die eiusdem anni nempe 29. Iunij victores fuisse per sanguinem affirmant, s. Gelasius

Pri-

Primus in Romano Concilio septuaginta Episcoporum in decreto de libris Apocryphis haec ait, *qui Paulus non diuerso sicut hæretici garriunt: sed vno tempore vno, eodemque die gloriosa morte cum Petro in Vrbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans, coronatus est*, Consule post alios Tomum primum Annalium Ecclesiasticorum, Anno Domini 69.

In Proba Faltonia.

Column. 599. C, post inscriptionem Operis adiuge ista, Nomen verum huius Illustrissimae fœminae fuit, ***Anitia Faltonia Proba, sic enim & non Falconia habent veteres omnes lapidum inscriptiones***, Fuit vxor illius Probi, qui gerens Praefecturam Praetorio s. Ambrosio Liguriam, Aemiliamque Prouincias regendas demandauit. Cuius frequenter meminerunt Ammianus Marcellinus, Symmachus, Ausonius, & alij: sed seorsim Claudianus eius praeclaras virtutes decantauit carmine de consulatu Olybrij, & Probini filiorum Probi. Gessit ordinarium consulatum vnà cum Gratiano Imperatore Anno Christi 371. Dictus est proprio nomine sextus Anicius Petronius Probus, vt ex inscriptionibus marmorum vetustorum, titulos amplissimorum Magistratuum, quae gessit continentibus apparet, ***Quocirca nescimus vnde acceptum apud Isidorum de script. Ecclesiasticis cap. 5. & de viris illustribus cap. 18. quod Sixtus, & Posseuinus, & alijq; secuti sunt***, Probam fuisse vxorem Adelphij Proconsulis, cum ex omni antiquitate liqueat, coniugem fuisse Probi, de quo nuper diximus, quem non Adelphium: sed Sextum Anicium Petronium Probum nuncupatum, non est dubium. Forsan inest Isidoro mendum, vt pro Anicij

 lega-

legatur Adelphij. At de Proba vxore Probi, matre Olibrij Probini, & Probi, clarissima poetria haec habet *sanctus Hieronymus epist. 8. Proba illa omnium dignitatum, & cunctae nobilitatis in Orbe Romano nomen illustrius, cuius sanctitas & vniuersos effusa bonitas, etiam apud barbaros venerabilis fuit, quam trium liberorum Probini, Olibrij, & Probi, non faticarunt ordinarij Consulatus*, Claudianus quoque Gentilis Poeta in carmine de consulatu Olibrij, & Probini, Probam horum matrem mirificè celebrauit, *Item sanctus Augustinus epistola 179 & lib. de videndo Deum, quem ad Probam scripsit, eandem plurimum commendat*, commentum de Proba tradente Vrbem Gothis obsidentibus, cuius meminit *sixtus lib. 4. Biblioth. facilè refellitur Annal. Ecclesiasticor. tomo quinto, Anno Christi* 410. *cap.* 17. De Proba plura *sanctus Hieroymus, epist. 8. sanctus Isidorus de viris illustrib. cap. 5. sigibertus de viris illustribus, cap. 52. & alij*: sed consulenda cumprimis, quae fusè exponuntur *tomo quarto Annalium Ecclesiasticorum Anno 394. & tomo 5. varijs locis*.

Videtur Proba hoc opus Virgiliocentonas ad maritum Probum scripsisse, quem in fine carminis ita alloquitur.

celebrate fauentes
Hunc socij morem sacrorum, hunc ipse teneto
O dulcis coniux & si pietate merentur,
Hac casti maneant in religione nepotes.

Videtur meminisse huius operis s. Hieronymus epistola 103. ad Paulinum cum ait, *Quasi non legerimus Homerocentonas, & Virgiliocentonas*, Neque enim putamus eum intelligere de Homerocentonis

nis Eudociae; quae nondum ſcriptae erant cum hanc Hieronymus epiſtolam dedit: ſed forſan Proba nedum Virgiliocentonas: ſed etiam Homerocentonas compoſuit, vt ex Fulgoſio notat Sixtus, quae tamen exciderint. s. Gelaſius Primus in decreto de libris Apocryphis haec ait, *centometrum de Chriſto, Virgilianis compaginatum verſibus apocryphum*, an autem iſtud, quod Gelaſius inter Apocrypha reijcit, ſit illud Probae Opus Virgiliocentones inſcriptum, vt exiſtimauit Marianus Victorius in Scholijs Epiſt. 103. S. Hieronymi, clam nos eſt; magis ſuſpiciamur non eſſe; nam illud Gelaſij erat Centometrum, vel Centimetrum de Chriſto: Probae verò ne dùm de Chriſto; ſed res quoque veteris teſtamenti canit; nihilominus s. Iſidorus haec de Proba ſcribit, *Proba vxor Adelphij Proconſulis, fæminæ inter viros Eccleſiaſticos; idcircò poſita ſola pro eo, quod in laude Chriſti verſata eſt, componens Centonem de Chriſto Virgilianis coaptatum verſiculis. Cuius quidem non miramur ſtudium: ſed laudamus ingenium. Quod tamen Opuſculum legitur inter apocryphas ſcripturas inſertum*. Hæc S. Iſidorus.

In Eudocia.

column. 615. poſt præfationem ex Sixto Senenſi adde iſta, De Eudocia Theodoſij Iunioris coniuge (nam hoc eſt verum eius nomen, non Eudoxia, quod nomen fuit ſocrus eius, ac filiæ) *plura leges apud Socratem lib. 7. cap. 46. Euagrium lib. 1. cap. 20. 21. 22. Nicephorum lib. 14. cap. 23. 47. 49. 50. Cedrenum, Zonaram in Annalibus, Marcellinum in Chronico, Cyrillum Monachum in vita s. Euthymij apud Surium*

die

die 20. Ianuarij Acta s. Melaniæ iunioris apud surium Tomo 1. 31. Ianuarij, Photium in Bibliotheca, qui eam plurimum laudat.

Column. 626. lin. 1. in textu, Vno collo enati, *scribe ad marginem*, Cautè lege; nam absurdè dicitur in Sacra Trinitate, Tres vno collo enati. Et secundum fidem Catholicam, Pater non nascitur; nec Spiritus Sanctus, si propriè loquamur.

In S. Amphilochio.

Column. 665. D, post inscriptionem adde, Habetur s. Amphilochius inscriptus inter reliquos Sanctos Romano Martyrologio, & Græcorum Menologio 21. Nouembris: cuius cum res præclarè gestas multi, magniq; scriptores prodiderint, eorum indicem exhibent notæ ad Roman. Martyrologiũ, quos sibi libuerit, consules. Cæterùm scias in hoc Indice diuinorum librorum omitti librum Tobiæ, Iudith, Ecclesiastici libros Machabæorum, & Esther, atque Apocalypsim, duasq; Ioannis, & vnam Petri reuocari in dubium. Sic enim olim nonnulli Patres de hisce dubitasse reperiuntur: at nunc omnes prædictos libros, & Epistolas esse Canonicos, & diuina auctoritate, dictante Spiritu Sancto conscriptos, sine fidei dispendio ambigi non potest. *Consule post alios Coccium Tomo 1. Thesauri, & Bellarminum lib. 1. de Verbo Dei.*

In Synesio.

Column. 667. in inscriptione, dele illa verba, Interprete Francisco Porto Cretensi. Est enim iste hæreticus primæ Classis, *& post inscriptionem appone ista*, De Synesio agunt Euagrius lib. 1. Histor. cap. 15. Nicephorus lib. 14. Hist. cap. 55. Suidas, & Photius in Bibliotheca: ordinatus est

Epi-

Episcopus Ptolomaidis à Theophilo Alexandrino Episcopo sub Theodosio Iuniore. Cuius quanta fuerit doctrina, & pietas, ac res præclarè gestæ ex magnis Auctoribus copiosè produnt, *Annales Ecclesiastici Tomo 5.* sed cum primis de eo insigne miraculum refertur *in Prato Spirituali Euirati cap. 195.* Quod attinet ad Hymnos Synesij hic positos, sciendum eos esse, qui Græcè ab Henrico Stephano editi,& latinè translati sunt à Francisco Porto Cretensi: at cum vterq; hæreticus sit primæ Classis eorum editionibus, aut versionibus nullo pacto fidendum: anno Domini 1603. Turnoni apud Rhodanum ex Officina Gulielmi Linocerij prodierunt ijdem Hymni Synesij Græcè, & latinè editi cum eruditis scholijs, opera, vt creditur, Patrum Societatis Iesu; hi securius legi, & versari poterunt. Monemus insuper Synesium,qui diutius ante Philosophus Ethnicus vixit Platonica quædam, seu Pythagorica nonnunquam suis hymnis inseruisse; præsertim cum de Trinitate loquitur vix Poeticis numeris potuisse retinere exactam illam loquendi rationem, quam Theologia in Mysterio sacræ Triadis seruandam perscribit, *scholia illa Turnonia loca indicant, & exponunt. Vide Apparatum sacrum Posseuini.*

In Cosma Ierosolymitano.

Column. 697. post inscriptionem Operis, scribe, De hoc Cosma suidas in Ioanne Damasceno hæc scribit, *Eodem etiam tempore (nempe quo Damascenus) Floruit Cosmas Ierosolymitanus vir ingeniosissimus, & omninò musicam illam elegantem, & eruditam spirans. Ioannis certè, & Cosmæ Canones illi Cantionum fuerunt hactenus supra omnem comparationem; neq; quid-*

quam

quam illis comparari poterit quò ad nostrum ævum consummabitur. Hæc suidas; Alius fuit Cosmas Abbas Ierosolymitanus isto nostro antiquior, cuius mentio est, *in Prato spirituali Ioannis Moschi cap. 40.*

In Drepanio Floro.

column. 727. post præfationem adiunge, Baronius in notis ad Martyrologium Romanum 8. Maij. Margarinus in Indice primo Auctorum ad finem Tomi 1. huius Bibliothecæ; Posseuinus in Apparatu, existimant hunc Drepanium esse illum cuius meminit s. Sydonius Apollinaris lib. 8. Epist. 11. At præponderant proculdubio, quæ in hac præfatione, & in secundo Chronologico Auctorum Indice, sæculo 7. ad finem Tomi 1. huius Bibliothecæ idem Margarinus annotauit.

In Petro Apollonio Collatio.

Lib. 1. de Excidio Ierosolym. column. 733. B, dele glossam, *Iacobus Apostolus Herodis iussu capite truncatus, anno post Christum Crucifixum xij.* Nam est extra rem, Collatius enim hic non Iacobi maioris, filij Zebedæi: sed Iacobi minoris filij Alphæi necem describit, *sed ad marginem adde*, Falsò cum alijs quibusdam Patribus existimat Iacobum Fratrem Domini, filium fuisse Ioseph sponsi Deiparæ ex alia coniuge. *Vide Sixtum lib. 6. Bibliothecæ Annot. 64. & Apparatum ad Annales Ecclesiasticos.*

In Venantio Fortunato.

column. 779. B, post inscriptionem adde, Quàm eximia & doctrina, & pietate claruit Venantius Fortunatus, cum ex ipsius scriptis tùm ex antiquis Auctoribus fusè ostenditur *Tomo 7. Annalium Ecclesiasticorum*, vbi eius gesta recensentur.

tur. In Diuorum numero connumeratum asserit Posseuinus in Apparatu, verbo Venantius, verum nomen eius inter reliquos Sanctos nondum adscriptum est Romano Martyrologio: cum tamen Venantium non ignotum Romanæ Ecclesiæ fuisse, certum sit.

In Dracontio.

columu. 969. D, post inscriptionem, ista adiunge, *s. Isidorus de scriptoribus Ecclesiasticis cap. 24. ista de Dracontio perscribit, Dracontius composuit Heroicis versibus Hexaemeron creationis mundi, & scripsit luculenter, quod composuit*, Hæc s. Isidorus: sed & s. Ildefonsus de Viris illustribus cap. 14. de s. Eugenio III. Toletano Episcopo hæc refert, *Libellos quoque Dracontij de Creatione mundi conscriptos, quos antiquitas protulerat vitiatos ea, quæ inconuenientia reperit, subtrahendo, immutando, vel meliora conijciendo, ita in pulchritudinis formam coegit, vt pulchriores de artificio corrigentis, quàm de manu processisse videantur Auctoris. Et quia de die septimo idem Dracontius omnino reticendo, semiplenum Opus visus est reliquisse; iste, & sex dierum recapitulationem singulis versiculis renotauit, & de die septimo, quæ illi visa sunt, eleganter dicta subiunxit*. Hæc s. Ildefonsus de Opera s. Eugenij adhibita in restituendo, & illustrando Dracontio: quam emendationem vidisse se in peruetusto M. S. Codice Petri Ruizij Azagræ scholiastes s. Ildefonsi affirmat.

In s. Damaso.

columu. 985. A, post inscriptionem adscribe, Res præclaras, virtutes, & scripta s. Damasi fusissimè expli-

explicat *tom. 4. Annal. Ecclesiasticor.* ex fide antiquorum, & Auctorum, & monumentorum; inde petantur.

In s. Columbano.

column. 989. D, post inscriptionem, appone, Vitam, acta, Scriptorum monumenta s. Columbani, sume ex illis Auctoribus, quos percensent Notæ ad Roman. Martyrolog. 21. Nouembris, quo die Ecclesia Fastum s. Columbani inter Sanctos solemni ritu celebrat.

In Theodulpho.

column. 993. post inscriptionem Operis ista adiunge, De Theodulpho primum Abbate Floriacensi, postea Aurelianensi Episcopo agunt Sigibertus in Chronico anno 843. Albertus Crantzius Hist.Saxonicæ lib. 1. cap. 27. Trithemius de Viris illustribus Ordinis S. Benedicti cap. 4. lib. 1. Arnaldus Vrcionius in Ligno Vitæ, & alij. *Consule tom. 9. Annal. Eccles. anno Christi 835.* Eisingrenius Sanctum appellat, Posseuinus, sanctitate, & miraculis clarum. Verùm id non satis adhuc exploratum Romanæ Ecclesiæ esse videtur, quæ eum non dùm Romano Martyrologio inscripsit.

column. 1205. lin. penultima, pro, *Sanctorum*, scribe, *Veterum*.

Tomo IX.

In prima Operis inscriptione, lin. 3. pro sanctorum, substitue, *Veterum*.

In inscriptione Indicis Auctorum lin. 1. pro sanctorum, scribe, *Veterum*. *Pag. 2. Indicis lin. 2.*

D. Iu-

D. Iuliani Pomerÿ, dele, Pomerij, *lin. 18. D. Hugonis Etheriani*, dele, Diui, *lin. 22. ad D. Hugonem*, dele, Diuum, *lin. 25. D. Pothonis*, dele, Diui, *lin. 27. Diui Ioannis 44.* dele, Diui, *lin. 32. s. P. N. Gregorÿ Palamæ*, dele, S. P. N. *lin. 37. Diuo Ioanne*, dele, Diuo, *lin. 40. bis illud D.* exprime, Domini.

In Lactantio Firmiano.

column. 1. post verba illa, Latina interpretatione, *adde*, De Lactantio Firmiano plura S. Hieronymus in Catalogo, & Epist. 83. ad Magnum, quem mirificè ab eloquentia laudat. Cæterùm ne contingat quempiam in Lactantij Operum lectione impingere, præmonendus Lector, quàm ipsi circumspectè, & suspenso pede in peruoluendis eiusdem Auctoris scriptis sit eundum. S. Damasus Romanus Pontifex Epist. ad s. Hieronymum, quæ est 124. inter Hieronymi Epistolas, hæc ait, *Fateor quippè tibi eos, quos iampridem Lactantÿ dederas libros, ideò non libenter lego; quia & plurimæ Epistolæ in eis vsque ad millia spatia versuum tenduntur, & rarò de nostro dogmate disputant; quo fit vt & legenti fastidium generet longitudo, & si qua breuia sunt, scholasticis magis sint apta, quàm nobis, de metris, & regionum situ, & Philosophis disputantia*. Hæc S. Damasus: Sed & s. Hieronymus Epist. 13. ad Paulinum inquit, *Lactantius quasi quidam Fluuius eloquentiæ Tullianæ, vtinam tàm nostra confirmare potuisset, quàm facilè aliena destruxit*. Et lib. 2. in Epistolam ad Galatas cap. 4. ait. *Multi per imperitiam scripturarum (quod & Firmianus in octauo ad Demetrianum Epistolarum libro facit) asserunt spiritum sanctum sæpe*

pe

pè Patrem, sæpè Filium nominari. Rursum, Apologia ad Pammachium, & Oceanum inquit, *Lactantius in libris suis, & maximè in Epistolis ad Demetrianum, spiritus sancti omninò negat substantiam, & errore Iudaico dicit eum ad Patrem referri, vel ad Filium, & ad sanctificationem vtriusq; personæ sub eius nomine demonstrari. Quis mihi interdicere potest ne legam eius Institutionum libros, quibus contrà Gentes scripsit fortissimè; quia superior sententia detestanda est?* Hactenus s. Hieronymus, s. Gelasius I. in Concilio Romano sic pronunciat, *Opuscula Lactantij, apocrypha*. Ita sanè s. Pontifex graui, maturoq; iudicio censuit: nam insunt Lactantij Operibus multiplices errores, & sententiæ à puritate Orthodoxæ doctrinæ discrepantes. Earum indicem collegit Antonius Raudensis, ad finemq; librorum Lactantij attexuit. Verùm & Francisco Philelpho lib. 4. Epistolarum, & multis eruditis visum, censuras Raudensis in quibusdam nimirum attroces in alijs ineptas, multaq; alia castigatione digna omisisse.

Lib. 1. cap. 7. columm. 13. D, ad verba illa textus, Verùm quia fieri non potest, &c. *scribe in margine*, Cautè lege ista omnia ad finem vsque capitis; nam vehementer abhorrent à more loquendi Theologorum; neque enim Deus à se ipso genitus est, aut procreatus, cùm nihil magis impossibile, quàm aliquid se ipsum generare, aut producere. Nec videntur verba Lactantij in bonum aliquem sensum posse reduci, nisi negatiuè, A se ipso genitus, id est, non ab alio genitus. Deniq; in hac causa quàm illud absurdum? fieri non potest, quin id, quod fit, aliquando esse cœperit, *Vide Ap-*

Apparatum sacrum Posseuini in Gilb. Genebrardo .

Lib. 2. column. 79. ad initium cap. 14. appone huiusmodi Antidotum , Circumspectè legendum hoc caput ; nam nonnullos perspicuos errores Lactantius implicat. Primus est , Deum ab initio tribuisse Diabolo terræ potestatem . Secundus , Angelos non missos ad hominum tutelam , nisi postquàm Genus humanum cæpisset increscere . Tertius, præcepisse Deum bonis Angelis ne terræ contagione macularentur , ne substantiæ Cœlestis amitterent dignitatem . Quartus , Diabolum paulatim pellexisse bonos Angelos ad vitia , & eos mulierum congressibus inquinasse . Quintus , hoc esse peccatum ob quod Angeli è Cœlo ceciderint . Sextus , ex congressu illo Angelorum cum fæminis natum esse tertium genus eorum, qui neq; Angeli Cœlestes , neq; homines , neq; Dæmones inferni fuere : sed sobolem quandam terrestrium Dæmonum , qui sunt hominum tentatores, deceptores , magicarum artium , & humanarum calamitatum , ac malorum auctores . Sunt omnia ista dogmata absurda, erronea , & à sincera Theologorum doctrina prorsus aliena , *(Consule sixtum lib. 5. Bibliothecæ annot.77. & alios Interpretes cap. 6. Geneseos .*

Lib. 2. cap. 13. column. 78. A , in textu , Atq; in centum viginti annis metam &c. *scribe in margine ,* Dissentiunt ab hac Lactantij opinione , qua etiam fuit Iosephi , s. Hieronymus in traditionibus Hebraicis in Genes. 6. S. Chrysostomus Homil. 20. in Genes. & pleriq; fermè omnes . *Vide Sixtum lib. 5. Biblioth. annot. 75. & Recentiores interpretes in 6. Genes.*

Lib. 3. columm. 120. D, ad initium cap. 23. affige notam, Quod Antipodes cum priscis alijs Auctoribus Lactantius tollat refellitur euidentia perspicua noui Orbis, & auctoritate quoque insigniũ ex antiquitate Scriptorum, vt fusè demõstrat *F. Th. Maluen. li. 3. de Antichristo c. 14.* Quæ verò cõtrà Cœli volubilem rotunditatem differit, etsi eadem quoq; nonnulli Philosophi, & Patres docuisse reperiuntur; at reuincuntur apertè, & Auctorum testimonijs, & claris Philosophiae, Astronomiaeq; demonstrationibus. Vide quae eodem loco notantur.

Lib. 3. columm. 121. D, ad initium cap. 24. annota, Cautè lege hoc Caput; nam si Lactantius omnem antiquorum Gentilium Philosophiam reprehendit, non satis consultè facit, cum multa & vera, & recta illa Philosophia contineret, quæ vsui, & vtilitati humanæ vitæ essent. Si verò Philosophiam in vniuersum damnat, nullo pacto ferendus est: & repugnat communi Patrum, & Ecclesiæ sensui. *Vide Alphonsum Castrum lib. 13. aduersus hæreses verbo Scientia.*

Lib. 4. cap. 30. colum. 171. ibi in textu, Aut Anthropiani, seu quilibet alij nominantur &c. *appone in margine*, Michaelem Thomasium contra veterum Codicum consensum, contra veritatem ipsam expunxisse è Lactantio duas hasce voculas, Aut Ariani, lectionemq; sinceram huius loci esse, aut Antropiani, aut Ariani, seù quilibet alij nominantur &c. *docet Baronius Tom. 3. Annal. Anno Christi 315. cap. 20. 21. 22.* Iam enim tempore, quo scribebat Lactantius exortam hæresim Arianam pluribus argumentis ostendit.

Lib. 6. columm. 206. B, ad initium cap. 2. adscribe, Cum

Cum iudicio accipe, quæ hoc capite Lactantius differit de non accendendis candelis, & cereis in templis; nam vt rectè inuehitur in Gentilicum, & superstitiosum Ethnicorum ritum, ita satis improuidè ansam Nouatorum quibusdam præbuisse videtur carpendi pium, & religiosum morem accendendi cereos, & lampades in Ecclesijs ad Altaria, ad Reliquias Martyrum &c. quem quoque Sanctum vsum impius vigilantius sugillabat. *Vide Bellarminum lib. 2. de Reliquijs Sanctorum cap. 3. & 4. & Baronium Tomo 1. Annalium Anno Domini 58.*

Lib. 6. cap. 20. column. 238. E, in textu ibi, Non enim, cum occidere Deus vetat &c. *scribe in margine*, Cautè lege decem, aut vndecim istas lineas; nam duo docet Lactantius à recta Theologiæ ratione prorsus abhorrentia: Primùm, Non esse licitum occidere hominem in iudicio, & à publica potestate, neq; accusare quemquam crimine capitali. Qui est manifestus error, *Vide S. Thomam 2. 2. quæst. 64. artic. 2. & 3. eiusq; Interpretes, & Bellarminum lib. 3. de laicis cap. 12. & 13.* Secundùm, Neq; licere Christianis militare; Quæ fuit hæresis Manichæorum, & nostro sæculo Erasmi, aliorumq; Nouatorum. *Vide S. Thomam 2. 2. quæst. 40. artic. 1. eiusque Interpretes, Sixtum lib. 6. Biblioth. Annot. 156. Bellarminum lib. 3. de Laicis cap. 14.*

Lib. 6. Column. 246. E, *ad initium cap. 25. affige*, Non satis cordatè disputat hoc capite Lactantius de externo Dei cultu Templis, eorumque ornatu, donarijs, sacrificio; videtur enim omnem externum Dei cultum improbare. Equidem præcipuum Ecclesiæ Sacrificium Eucharistiæ externum

quoque magna ex parte est, & externo ritu mactatur. Insuper etsi cultus internus mentis & spiritus sit præcipuus, & quem magis ab vnoquoque nostrum requirit Deus; nam ille externus sine interno non affert salutem Christiano: at externus Dei cultus ex se pius, sanctus, bonus, & Deo gratus est: æternaq; ornamenta Ecclesiarum, quæ partim in fabricis, partim in vasis aureis, vestibus sericis &c. consistunt, ex ipso suo genere faciunt ad pium, & sanctum Dei cultum, & contrarium sentire hæresis est Petrobrusianorum, & Vuiclefistarum, ac Nouatorum nostri temporis. *Vide Bellarminum lib. 3. de Cultu Sanctorum cap. 6. & tom. 1. Annal. Anno 57.* Quod verò attinet ad mentem Lactantij hoc capite, eam in bonum sensum rectè reducit Thomasius in Notis, quæ hic ad finem capitis affixit; tametsi Lactantius non satis circumspectè loquatur.

Lib. 7. cap. 14. column. 271. A, *in textu*, Sciant igitur Philosophi &c. *dele notam quæ est in margine, & hanc aliam substitue*, Sex millium dumtaxat annorum spatio totam mundi durationem, ne dum hic Lactantius: sed multi quoque alij Patres inclusere, quorum sententiæ hac in re singulares quemadmodum sint accipiendæ, fusè demonstrat P. *Thomas Maluenda Theologus Dominicanus lib. 1. de Antichristo cap. 28. 29. 30. Vide Sixtum lib. 5. Bibliothecæ Annotat. 190.*

Lib. 7. cap. 17. column. 275. B, *in textu*, Propheta magnus mittetur à Deo, *scribe in margine*, Lactantius haud probè tenens vaticinium, Apocalypsis 11. quæ ibi de duobus Prophetis Henoch, & Elia tempore Antichristi venturis prædicuntur, ip-

se

ſe vni tantùm hic tribuit. *Vide librum de Antichriſto P. Thomæ Maluendæ Theologi Dominicani lib. 9. cap. 16. ad finem.*

Lib. 7. cap. 19 A, colum. 277. *ad initium capitis appone iſtud Scholion,* Lactantius ſacrarum ſcripturarum non ſatis peritus, vt ait S. Hieronymus, verba Apocalyp. 16. haud penitus introſpiciens, quædam hoc capite de Antichriſto non ſatis conſona prodit: *accuratè excutiuntur lib. 10. de Antichriſto, cap. 11. & 13.*

Lib. 7. cap. 21. columm. 279. B, *in textu*, & igni ſempiterno, cuius natura &c. *ſcribe in margine*, Tametſi non ſit erroneum, aut temerarium aſſerere ignem inferni eſſe alterius naturæ ab hoc noſtro elementari, dummodò verus, & corporeus ignis agnoſcatur: at melior, & probabilior Theologorum ſententia eſt eſſe eiuſdem naturæ, & ſpeciei cum hoc noſtro, quibuſdam tantùm qualitatibus diſtinctum, *Vide Dominicum Bannes 1. par. quæſt. 64. artic. 4. Dubio 2. concl. 2.*

De Igne Inferni

Lib. 7. cap. 21. columm. 279. C, *in textu*, ſed & iuſtos cum iudicauerit, etiam eos igni examinabit &c. *ſcribe in margine*, Error iſte Lactantij de expurgandis igni iuſtorum corporibus poſt vniuerſale Iudicium, reiectus eſt ab ſcholijs Theologorum, *Vide Sixtum lib. 5. Bibliothecæ Annot. 170. 171.*

Eadem columm. D, *in textu*, Nec tamen quiſquam putet animas poſt mortem protinus iudicari &c. *adſcribe margini*, Hæreſis eſt manifeſta iam ab Eccleſia damnata, aſſerere animas iuſtorum corpore ſolutas, ac nulla purgatione egentes, non ſtatim admitti ad claram Dei viſionem, ſeù eſſentialem

tialem beatitudinem. Cuius quoque erroris fuisse videtur Lactantius; nam eius verba vix, ne vix quidem admittunt sanum intellectum. *Vide Sixtum lib. 6. Bibliothecæ Annot. 345. Bellarminum lib. 1. de Sanctorum Beatitudine cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Coccium tomo 1. Thesauri Catholici lib. 5. art. 2.*

Lib. 7. cap. 22. column. 280. B, *in textu*, Sed vt restituti rursus in vitam, mille annis cum Deo regnent &c. *adfige margini*, Adito scholion infra ad initium cap. 24. column. 282. A.

Lib. 7. column. 282. A, *ad initium cap. 24. appone istiusmodi antidotum*, Quæ tribus istis postremis huius libri capitibus, nempè 24. 25. 26. Lactantius prolixè disputat de Resurrectione prima hominum: de aureo Christi mille annorum Regno, in terris, post resurrectionem primam: de alligatione Diabli per mille annos, eiusq; solutione, ac prælio Gog, & Magog: ex perperam intellectis vaticinij Apocalyps. 20. sunt ea ferè omnia à sensu Scripturæ Sacræ, & ab Ecclesiæ, Sanctorumq; Patrum doctrina prorsus aliena, ac palàm erronea, vt fusè ostendit *P. Thomas Maluenda Theolog. Dominican. lib. 10. de Antichristo à cap. 3. ad 11.*

Lib. 7. cap. 25. colum. 284. B, *in textu*, Iam superius ostendi completis annorum sex millibus &c. *adscribe margini*, *Vide notam superius ad cap. 14. column. 271. A*, quod autem hic addit Lactantius à suo tempore ad finem vsque mundi tantùm superfuisse ducentos annos: & experientia ipsa, & manifesta ratione erroris conuincitur. *Vide librum de Antichristo P. Thomæ Maluendæ Theologi Dominicani lib. 1. cap. 30.*

In

In Epitome c.8.colum. A, *ad initium cap. appone*, Cautè lege hoc caput, & regreditor ad annotationem lib. 7. cap. 19. column. 277. A, & cap. 24. column. 282. A, Nam insunt hic multa à solida Ecclesiæ doctrina discrepantia.

In Athenagora.

Column. 361. *post vtramq; inscriptionem adiunge*, Quis, & quantus Athenagoras fuerit *ex tomo 3. Annal. Ecclesiastic. Anno Christi* 179. *cap. 39. & seqq.* plenius cognoscere poteris : vbi & pietas eius, & eruditio mirificè commendantur.

Column. 379. D, *in textu*, Alij quidem amoribus capti virginum &c. *scribe in margine*, Error hic Athenagoræ cum alijs quibusdam antiquis Scriptoribus communis, de congressu Angelorum cum fæminis; vnde nati sint gigantes. *Vide Sixtum Senensem lib. 5. Bibliothecæ Annot. 73. 77. & sanctum Thomam 1. par. quæst.51. artic. 3. ad 6. eiusq; interpretes, atque etiam explanatores Genes. cap. 6.* Rursus quàm absurdum, quod Athenagoras subijcit, animas Gigantum illorum ex Angelis procreatorum, esse Dæmones illos, qui circa mundum oberrant.

In Minutio Felice.

Column. 407. B, *post inscriptionem adscribe ista*, De Minutio Felice agit sanctus Hieronymus lib. de Viris illustribus; & Epist. 84. ad Magnum, quem quoque plurimum laudat, eiusque meminisse Lactantium in suis libris affirmat. Claruit sub Seuero Imperatore, & s. Zepherino Papa circa annum Domini 211.

Colum. 413. B, *in textu*, Cur multas aras habent, templa nulla, nulla nota simulacra? *scribe in*

margine, Abutuntur Nouatores hoc Minutij loco aduersus Fabricas Ecclesiarum, altaria, & sacras Imagines: sed piam, & orthodoxam Minutij mentem aperiunt. *Bellarminus lib. 3. de cultu Sanctorum cap. 4. & Baronius tomo tertio Annal. anno* 211. *ipsos adito*.

In Aenea Gazæo.

Column. 433. D, *in præfatione Margarini, ab illis verbis*, Hoc tantùm reperi &c. *ad finem vsque Præfationis dele omnia*; quòd ibi fiat mentio Beati Rhenani hominis parum orthodoxi, & Ioannis Vuolphij hæretici primæ classis: *& loco expunctorum repone sequentia*, Ex his tamen quæ ad finem Operis column. 471. B, Aeneas narrat de stupendo illo miraculo Sanctorum Confessorum in Aphrica, quos in persecutione Vuandalica præcisis linguis ab Hunnerico Rege Ariano clarè postea, & expeditè loquendi vsum non amisisse commemorat: cum ait, heri, & quidem paulò ante id factum, & se quoque Confessores illos sine linguis loquentes vidisse: manifestè ostendit, se temporibus Zenonis Imperatoris, seu Anastasij vixisse; nam mirandum illud sub Zenone contigisse, *sanctus Victor li. 3. de Persecutione Vuandalica*, & alij omnes affirmant, *consule tom. sext. Annalium Ecclesiasticorum Anno Domini 484. cap. 89. & 90.* Latine redditus primum reperitur hic Aeneæ Dialogus ab Ambrosio Camaldulensi, & prælo datus Basileæ anno 1516. postea prodijt ex interpretatione Ioannis Vuolphij Tigurini hæretici: cuius translationi parum fidendum.

Column. 461. E, *ad verba illa textus*, sed aliquid pulcherrimarum illarum rerum &c. *scribe in margine*.

gine, Cautè lege, nam etiam substantias spiritales, & Angelicas plures quàm rearit, potuit, & potest Deus creare, nec propterea, quod eas non creauerit, inuidia est.

Column. 464. B, *glossam marginis ita restitue*, Spectra ad sepulchra oberrantia interdum sunt mala dæmonia. Et lit. C, *ad verba illa textus*, Rectè quidem hæc dicis, illam sine corpore &c. *scribe in margine*, Cautè lege, anima enim exuta corpore verè, & propriè torquetur, & patitur ab igne, & veros dolores sentit, forsan loquitur Aeneas de dolore, qui ex lesione corporis in anima efficitur. *Vide S. Thom. 1.2.q.35.art.1.& 2.*

Dolor a... corp...

In Didymo Alexandrino.

Column. 473. *post præfationem S. Hieronymi ista adde*, Equidem etsi Didymus sanctitatis, & doctrinæ nomine, nedum Sancti Hieronymi varijs in locis: sed etiam aliorum Patrum plurima tulerit elogia: constat nihilominus eum postmodum in errores Origenis prolapsum, insignem Originistam extitisse, sicq; tanquam hæreticum vnà cum Origene, & Euagrio Pontico condemnatum ab Ecclesia fuisse in Quinta Synodo generali, *vt testantur S. Tharasius Episcopus Constantinopolitanus in confessione fidei, quæ habetur in secundo Concilio Nicæno, actione 3. & Nicephorus lib. 17. hist. Eccles. cap. 27. Cedrenus in compendio Annalium*, Eundem Didymum similiter cum Origene, & Euagrio damnauit Sanctus Martinus Papa & Martyr in Concilio Lateranensi, secretario 5. canone 18. vt hinc iam quo in pretio Didymi scripta sint habenda, facilè lector intelligas: quamquam hoc de Spiritu Sancto Opus egregiè à Sancto

Hie-

Hieronymo laudatur, *vide Tom. 4. Annalium Ecclesiasticorum.*

In comment. epist. Iacobi, cap. 2. column. 513. E, lin. vltima, *ad verba illa textus*, Notandum scilicet, quia cum fides mortua sit propter opera, iam neque fides est: nam neque homo mortuus, homo est, *scribe in margine*, Forsan locus deprauatus ab hæreticis equidem corpus mortuum, verum corpus est, neque enim de essentia fidei est vita, vt est de intrinseca ratione hominis viuere; non autem de intrinseca ratione corporis est vita, vnde exemplum Didymi alienum est ab instituto.

In epistolam primam Petri, cap. 1. column. 516. B, *in textu*, Licet enim quidam dicant, quoniam semper &c. *adscribe margini*, Cautè lege, nam subdole videtur insinuare hæresim Origenis de præexistentia animarum antè corpora, & mundum visibilem. Deinde obscurè nimis hic Didymus loquitur de prædestinatione, quasi Deus præuidens fidem & actus nostros bonos, præscienter eligat homines; non enim prædestinatio est ex anteuisione fidei, & meritorum hominum nisi forsan loquatur de electione ad gloriam, quam quidem improuidè nihilominus distinxerunt a prædestinatione, & ex præuisis meritis fieri dixerunt. Quod etiam absurdum est, *vide Bellarminum lib. 2. de gratia, & libero arbitrio, cap. 15.*

Cap. 2. colum. 524. C, *in textu*, Hic enim irrationabilis, & ad irrationabilia &c. *adfige margini*, Cautè lege, nam videtur damnare timorem pœnæ, seu seruilem, tanquam irrationabilem, cum tamen ex se bonus, & vtilis sit, eo modo, quo S. Thomas exponit *2. 2. q. 19. art. 4. vide Conc. Trid. sess. 6. cap. 6. & canone 8.*

Cap.

Cap. 3. column. 526. E, *ad verba illa textus*, ita & superiora rationalia correcta, &c. *adscribe in margine*, Intueris palàm Origenis perspicuum errorem, quem discipulus eius Didymus imbibit, Christum passione sua, & sanguine purgasse quoq; Angelorum peccata, *vide Sixtum Senen. lib. 5. Bibliot. annot. 117. & lib. 6. annot. 292. & 296. & 302.*

Cap. 2. column. 524. A, *post verba illa textus*, Circa alios homines, qui delinquunt, *adde verbum*, admiremur.

In secundam Epistolam Petri cap. 3. ad finem columnæ 529. A, *Ad verba illa textus*, Non est igitur ignorandum præsentem &c. *scribe in margine*, Planè non intellexit Didymus verba epistolæ, ac proinde ineptè asseruit esse falsatam. Quod autem de ea an esset canonica dubitatum olim fuerit, nihil impedit quo minus hæresis sit iam manifesta diuinam huius secundæ Petri epistolæ auctoritatem in dubium reuocare, propter concilia sacra, & Ecclesiæ consensum, *vide post alios Sixtum, lib. 7. biblioth. hæresi 9. Bellarminum lib. 1. de verbo Dei, cap. 18. Coccium tomo 1. thesauri, libro 6. artic. 24.*

In Epistol. 1. Ioannis cap. 3. column. 537. B. *in textu*, Cum enim bonus, & malus Deus &c. *dele vocem*, malus.

In epist. Iudæ, colum. 554. D, *ad verba textus*, habuit enim aliquando diuinam gloriam, *scribe in margine*, Ritè intellige, diabolum aliquando habuisse diuinam gloriam, non quidem illam essentialis beatitudinis, quæ in clara Dei visione consistit: sed splendorem illum gratiæ, & donorum supernaturalium, in quibus conditus fuit.

Column. 574. C, *ibi in textu*, Neque vidit quamuis acutus sit &c. *scribe in margine*, Hæc & sequentia attentè, & cum iudicio lege,nam hic Nemesius orditur multis argumentis stabilire hæresim Origenis, vel aliorum de præexistentia animarum antè corpora, conatus probare animam non creari à Deo in corpore: sed iam antea simul omnes creatas, varijs temporibus in corpora infundi, *Vide Sixtum lib. 5. Biblioth. annot. 208.* Qui hunc Nemesij locum notat sub nomine Sancti Gregorij Nysseni: nam liber hic Nemesij de natura hominis, seu de anima, falsò S.Gregorio Nysseno inscriptus circumferebatur, *Vide Posseuini sacrum Apparatum*.

Cap. 39. column. 622. B, *dele glossam*, Iustos esse, aut iniustos in nobis situm est, *& scribe*, In nobis quidem situm est esse iniustos, at esse iustos potissimum, & primum ex gratia Dei habemus: sed cooperantibus nobis per nostrum liberum arbitrium.

Cap. 41. column. 629. D, *ad verba illa textus*, Aliqui, qui ad inferiora propensi &c. *scribe in margine*, Errat apertè Nemesius dum putat amorem terrenorum fuisse peccatum illud, quo Angeli ceciderunt, *vide sanctum Thomam prima parte, quæst. 63. art. 2. & 3. & Sixtum lib. 5. Bibliot. annot. 76.*

In S. Ildephonso.

Column. 633. C, in secunda inscriptione vbi dicitur, D. Iuliani Pomerij &c. *dele Diui*, & etiam in titulo paginæ, & post inscriptionem, *adde ista*, Hic Iulianus Pomerius Diaconus Toletanus, longè diuersus fuit à S. Iuliano Episcopo Toletano, au-

ctore librorum contra Iudæos, & Prognostici, nam iste Iulianus Diaconus meminit in hac præfatione Sisiberti Episcopi Toletani, qui iam defuncto Iuliano eiusdem Sedis Antistite, illi Ecclesiæ præfuit, *Vide Annales Ecclesiasticos tomo 8. Anno 686. cap. 15.*

Column. 639. lin. 3. *post verba illa*, Historiæ Gothorum lib. 16. cap. 21. *adde ista*, verum plura, & vberiora ex idoneis auctoribus de S. Ildephonso si scire aues, *Consule notas ad Romanum Martyrologium 23. Ianuarij, & tomo 8. Annalium Anno Christi 653. cap. 8. & Anno 657. cap. 45. & seqq. & Anno 667. cap. 4. & seqq. & libellum eiusdem sancti Ildephonsi de scriptoribus Ecclesiasticis cap. 15. vbi habentur gesta s. Ildephonsi scripta à s. Iuliano Toletano Episcopo.* Quod autem S. Ildephonsus, vt etiam s. Eugenius, & s. Iulianus, omnes Toletani Episcopi, grauiter in Synodo Francofordiensi perstringantur, quod dixerint, Christum Dominum secundum humanitatem appellandum Filium Dei adoptiuum: tantos Patres à tam enormi calumnia egregiè vindicant, & Notæ ad Romanum Martyrologium 23. Ianuarij, & Annales Ecclesiastici Tomo 9. Anno Christi 794. cap. 6. & seqq. *Vide sanctum Thomam 3. p. quæst. 22. art. 4. eiusq; interpretes.*

In lib. de virginitate, & parturitione Mariæ, column. 681. C, *dele notam marginis*, Auctoritate Ecclesiæ constat B. Mariam peccatum originale non contraxisse; nam quis ignorat nihil hactenus de hac re ab Ecclesia esse definitum?

Sermone 5. de Assumptione Deiparæ, column. 728. B, *ad glossam marginis*, Prudenter lege nihil enim

affir-

affirmat, *adde*, Videtur S. Hildephonſus hyperbolicè, ad oſtendendam lætitiam diei Aſſumptionis Mariæ dixiſſe, eo remedium, & refrigerium animabus damnatorum in inferno apportari. Niſi forſan opinionem Poetæ Aurelij Prudentij imitari voluit, qui nocte Reſurrectionis Chriſti inferis pœnarum ferias indulſit, *vide Sixtum lib.6.Bibliot. annot. 47. & Bellarminum lib. 2. de Purgatorio, cap. 18.*

Eadem colum. litt. C, *tolle gloſſam*, Hieronymus auctor ſermonis de Aſſumptione ad Paulam, *& reſcribe*, Sequutus eſt auctor vulgarem inſcriptionem alioqui manifeſtis argumentis deprehenſum ab eruditis ſermonem illum de Aſſumptione non eſſe S. Hieronymi, *vide Frodoardum hiſt. Rhemenſis lib. 3.cap. 22. & notas ad Romanum Martyr. 15. Auguſti, & tom. 1. Annal. Eccleſ. Anno Chriſti 44.*

In S. Paſchaſio Diacono.

Columm. 741. D, *poſt inſcriptionem adiunge iſta*, Quis, quantusq; fuerit iſte Paſchaſius, exponit S. Gregorius lib. 4. Dialogorum cap. 40. & 41. conſeruat eius nomen, & memoriam inter reliquos ſanctos Romanum Martyrologium 31. Maij: ſed de his libris de Spiritu Sancto, deque eorundem auctore accipe s. Gregorij Magni hoc elogium, *Paſchaſius huius Apoſtolicæ ſedis Diaconus, cuius apud nos rectiſſimi, & luculenti de ſancto Spiritu libri extant, miræ ſanctitatis vir fuit eleemoſynarum maximè operibus vacans, cultor pauperum, & contemptor ſui*, tantum ſanctus Gregorius.

In s. Eulogio Epiſcopo Toletano electo.

Columm. 769. C, *poſt inſcriptionem appone iſta*, Dignè

gnè hoc loco attexuerimus nobile de s. Eulogio encomium, quod Vir Clarissimus Baronius Cardinalis hisce verbis expressit in notis ad Romanum Martyrologium 11. Martij. Acta Eulogij scripsit Aluarus Cordubensis eius sodalis: sed feliciùs, mea sententia, sua ipsis scripta viuam ipsius imaginem reddunt, *Hic ille præclarus Christi Athleta, qui cedentibus cæteris, vexillum confessionis aduersus Arabum impietates erexit, ac plurimos ad martyrij coronam perduxit, quorum triumphos ipse in carcere positus scripsit. Extant hac nostra ætate, è latebris antiquitatis eruta, præclarissima scriptorum ipsius monumenta, quæ Apostolicum spiritum redolent, & purissimam pristinam illam sinceritatem præseferunt,* & in notis ad 24. Nouembris de eisdem Eulogij scriptis hæc addit, *Omniaque eiusmodi ita scripta sunt, vt in pyxide Spiritus sancti calamum intinxisse s. Eulogius videatur tomo 10. Annal. Eccl.* Extat natalis eius dies inscriptus Romano Martyrologio 11. Martij.

In s. Iuliano Toletano Episcopo.

Column. 921. D, *post inscriptionem Operis adiunge,* de sancto Iuliano Archiepiscopo Toletano agit pluribus Felix, eiusdem sedis Antistes ad finem libelli s. Ildephonsi de scriptoribus Ecclesiasticis; multa quoque de eodem in Hispanicarum rerum auctoribus morale, Mariana, & alijs, *vide tomo 8. Annalium Ecclesiasticorum anno 688. & 689. & Loaysam in notis ad 15. Concilium Toletanum,* Habetur dies natalis s. Iuliani inter alios sanctos adscriptos Romano Martyrologio octaua Martij.

Lib. 2. cap. 8. column. 939. B, *ad finem inscriptionis capi-*

capitis, & glossæ marginalis adde. Nisi aliquid purgandum deserant.

In Hugone Etheriano.

Column. 973. *post inscriptionem Operis adiunge*, Hugonem Etheriannm claruisse sub Alexandro Tertio Pontifice, & Emmanuele Commeno Imperatore, rectè annotauit Genebrardus lib 4. Chronograph. pag. 613. contra Trithemium, aliosq; existimantes sub Alexandro Quarto floruisse. Vide infra præfationem eiusdem Hugonis in libro de hæresibus, quas in Latinos Græci deuoluũt. Vbi cũ dicat se ad opus illud scribendum incitatum ab Hubaldo Hostiæ, & Bernardo Portus Episcopis Cardinalibus, constat vtrunq; interfuisse electioni Alexandri III. & Hubaldum postmodum creatum Pontificem Lucium Tertium.

Ad initium libri 1. de hæresibus, quas in Latinos Græci deuoluunt, column. 1031. *appone antidotum*; Quamuis Hugo vir Orthodoxus, & eruditus extiterit, at circumspectè, & cum iudicio legendi eius tres isti libri sequentes: in quibusdam enim à propria, & exacta loquendi norma Theologorum declinare videtur. Præsertim in eo, quod Patrem, Filij, & Spiritus sancti causam sæpissimè appellat.

Lib. 1. cap. 8. column. 1040. D, *tolle notam marginis*, Essentiam Dei non esse Patrem, vel Filium, vel Spiritum sanctum, quia nec generat, nec generatur, nec emittitur.

Colum. 1041. A, *dele glossam*, Non in eo, quod Pater: sed in eo, quod causa, & principium spiritum emittit, *& rescribe*, Hugo agens cum Græcis, interdum, & quidem sæpius in hoc opere vsurpat eorum modum loquendi, quibus idem omni-

omnino est causa, & principium, at Patres Latini Principium in Trinitate ad intra rectè cognoscunt, non item causam; Patrem enim Principium Filij, non causam fatentur: Patrem, & Filium principium Spiritus sancti non causam: ob egregias rationes, quas *S. Thomas collegit. 1. p. q. 33. art. 1.*

Column. 141. E, *dele glossam*, Paternitas, proprietas est, non natura, ita & filiatio, & processio.

Cap. 10. column. 1043. D, *tolle notam*, Causa, & causaticum, *& ad verba illa textus*, Pater quidem Filij, & Spiritus Sancti causa existit, *scribe in margine*, Cautè lege, & regreditor ad notam, cap. 8. col. 1041. A, sic tibi faciendum in multis eiusmodi locis, quæ passim in Opere occurrent.

Cap. 12. col. 1046. C, tolle glossam, Naturam non esse personam, & col. 1047. A, *dele glossam*, Principium proprietatem esse, & causam, & ingenitum, & sine causa esse.

Cap. 17. column. 1060. C, *tolle glossam*, Causa Spiritus Pater, & Filius.

Cap. 18. column. 1063. C, *tolle glossam*, Causam non esse naturam.

Lib. 2. cap. 3. col. 1072. D, *tolle glossam*, Principium non esse naturam: sed causam circa naturam.

Cap. 7. column. 1083. B, *dele glossam*, Causa mediata, & immediata, *& substitue*, Cautè lege, nam Theologi non admittunt istam locutionem: Spiritus sanctus est imago Filij, licet eam Græci passim vsurpent, quibus hic voluit indulgere Etherianus, *vide S. Thomam 1. p. q. 35. art. 2.*

Cap. 11. colum. 1093. *tolle glossam*, Non ideo Filium esse non simplicem, idest compositum, quod causa sit, & ex causa.

Cap. 18. colum. 1110. D, E, *tolle glossam*, Non idem

esse essentiā, & proprietates personales, *& rescribe*, Cum alicubi Hugo distinguit essentiam diuinam à proprietatibus personalibus, non de reali, vel formali actuali distinctione loquitur: sed de distinctione rationis ratiocinatæ formali, virtuali, & eminentia, vt Theologi loquuntur, intelligit, *vide Sanctum Thomam prima parte, quæst. 28. art. 2. & quæst. 39. art. 1. eiusque interpretes eisdem locis.*

Cap. 20. column. 1116. B, *tolle glossam*, Hic probatur processio Spiritus cum sit eius proprietas non esse substantiam Spiritus: vnde colligitur, personales proprietates non esse essentiam, cum nequaquam substantiales sint personales.

Column. 1117. B, *tolle glossam*, Essentia communis trium non est Pater, quia Patris & est, *colum. eadem D, dele glossam*, Non idem esse proprietatem, & substantialem qualitatem, idest, Deitatem, quæ substantia trium est.

Lib. 3. cap. 2. column. 1128. C, *dele notam marginis*, Fides verè Catholica, qua creditur personales proprietates, non esse ipsas personas, *& rescribe*, Cautè lege, nam vera Theologia docet personales proprietates re ipsa esse idem, quod personas, distingui verò tantum ratione, & hoc fortan innuere Etherianus voluit.

Cap. 4. column. 1131. C, *dele glossam*, Non idem esse vnitatem naturalem, & vnitates personales, à quibus Trinitas colligitur.

In Pothone Prumiensi.

Column. 1177. C, in inscriptionibus Operis, & deinceps in titulis paginarum, vbicunque reperitur nomen, *Diui Pothoni propositum*, Expungatur.

Colum.

Column. 1179. E, *Expunge glossam*, Bella Euangelio aducrsari.

In Ioanne Hierosolymitano Episcopo.

Column. 1241. D, in inscriptione Operis, & deinceps in titulis paginarum nomen Diui, præpositum Ioanni 44. Hierosolymitano Episcopo auferatur; nam qui res huius Ioannis, cui sæpius cum Sancto Epiphanio, Sancto Hieronymo, Theophilo Alexandrino altercationes fuere (probè cognouerit, satis videbit, quā indignus nomine Sancti, vel Diui extiterit, *Et post inscriptionem operis ista adÿce*, An verò istud Opus, quod hic subijcitur, sit Ioannis Hierosolymitani 44. Episcopi, qui tempore Sancti Hieronymi sedit, genuinum opus, multa sunt argumenta, quæ rem in ambiguo ponant. Primum, quod Gennadius, qui huius Ioannis lucubrationes recenset, huius libri nullo pacto meminit. Deinde auctor se facit Monachum Carmelitam, & de primis institutoribus, professoribus, propagatoribus Monachismi Carmelitani: totum Opus ex instituto componit, *At de his audiamus, virum disertum Baronium Tomo sexto Annalium, Anno Christi 444. cap. 18. ita disserentem*, Sanè quidem respuimus, atque exuflamus figmentum illud incerto Auctore proditum Chronico, nimirum, quod extasse fingunt apud quendam Franciæ Regem, quo tradunt Sanctum Cyrillum Alexandrinum Episcopum Monachum fuisse Montis Carmeli: cui quidem assertioni Trithemius leuiter nimis fidem præstitit. Vnde hæc quæso, incerto Auctori, si qui certi, atque probati sunt Auctores eiusdem Cyrilli æquales, eiusdemque res gestas, quam diligenter prosequuti, hæc nescientes, obru-

ta silentio relinquerunt? vel quæ apud huius temporis scriptores mentio sit de cultu Carmelo à vitæ Monasticæ professoribus? Etenim cum apud Sanctum Hieronymum Palladium, Euagrium, Cassianum, Theodoretum, Cyrillum Monachum, & alios sæculi huius scriptores frequens mentio sit de Monachis in Palestina degentibus, nusquam penitus apud eos de Monachis Carmelitis. Facessat igitur eiusmodi de Monachismo Cyrilli in Carmelo fabella: sicut illa huic haud impar, qua traditur, & Ioannes Hierosolymitanus Episcopus Origenista, fuisse etiam monachus Carmelita: sicut enim hæc leuiter effinguntur, ita & facilè refelluntur, *Hactenus Baronius*, Ex quibus, & Auctor huius libri fuisse Ioannes 44. Hierosolymorum Episcopus facilè refellitur, & liber ipse fide vacillare deprehenditur, cum multa de Monachis Carmelitis primis Ecclesiæ temporibus iam vigentibus prodat. Denique stylus ipse totus Latinus, multa sine maiorum auctoritate, & fide ambigua huic Operi inserta, satis arguunt alium Auctorem, quàm Ioannem, & quidem recentiorem.

Petrus Lucius Belga Carmelita in Bibliotheca Carmelitana videtur tribuere hoc Opus Ioanni illi Hierosolymorum Episcopo, quem præceptorem suum vocat Sanctus Ioannes Damascenus in epistola de Trisagio.

In Chronographia Sancti Nicephori recensentur Episc. Hierosolymitani Ioannes 52. & Ioãnes 57. ante cladem Hierosolymitanam per Saracenos. Ioannes quoque Hierosolymorum Episcopus vitam Sancti Damasceni conscripsit; quæ extat. Vtri autem horum tribuendus sit liber iste, nescimus. Magis

puta-

putamus esse Opus auctoris Latini, & recentioris, nec esse ex omni parte sinceræ, & integræ fidei.

In Gregorio Palama.

Columm. 1309. B, *in inscriptione Operis, dele illa verba*, Sanctissimi, ac sapientissimi, *& post inscriptionem appone ista*, Hic est impius ille, & schismaticus Gregorius Palamas Episcopus Tessalonicensis Romanæ Ecclesiæ perduellis, de quo accipe dignum elogium, quod vir disertissimus Gennadius Scholarius Episcopus Constantinopolitanus in defensione quinque capitum Concilij Florentini, cap. 5. sect. 13. in recentiores Græcos inuectus hisce verbis protulit: Græcos quamuis flagitiossimos, & stultissimos, si solum aduersus Latinos dicant, omnium sanctissimos arbitramini, *O vos Græci schismatici*, Inter alios quidem multos quendam qui vocatur Palamas, & Ephesi Marcum, hominem nec satis mentis compotem: sed tumidum sapientiæ ostentatorem, nulla virtute, vel sanctitate subnixos, quia loquuntur solum, & scribunt contra Latinos, extollitis, & celebratis, eorumque imagines exornatis, festumque agentes diem, colitis, ac veluti Sanctos adoratis, *Hæc ille*, Gregorius Acyndinus Græcus libros scripsit aduersus imperitiam Gregorij Palamæ. Agit de hoc Acyndino Gretzerus in notis ad Ioannem Cantacuzenum. Ioannes Beccus Constantinopolitanus Episcopus collegerat epigraphas, seu sententias pro processione Spiritus sancti ex Patre, & Filio: sed Gregorius Palamas ediderat refutationem earumdem sententiarum Ioannis Becci, at Bessarion Cardinalis Nicænus insignem Apologiam pro Becco contra Pala-

 mam

Addit. *spirituale*, deleatur.
In Consil. cccccclxxxij.
Addit. *Paratam*, deleatur.

In

In Consil. ccccccIxxxviij.
Addit. *iuramento*, deleatur.
In Consil. cccccccxcix.
Addit. *Reseruatum*, tollatur.

CENSVRA.
In Consilia Alexandri.

EX LIBRO I.

In Consil. iiij.
In add. *iuramenti*, del. in medio, *veritas,vt.*
In Consil. viij.
Addit. *Fuerunt*, & add. *correcta*, deleantur.
In Consil. xxvij.
In add. *Producto*,dele à ver. *& malè*, vsque in fin.
In add. *salutis*, del. à ver. *vbi iustè*,vsque in fin.
Add. *Actus*, & add. *Valebit*, tollantur.
In Consil. xxviij.
Addit. *iuramentum*, deleatur.
In Consil. xxxviij.
In add. *præcibus*,del.à ver. *sed falsum*,vsque in fin.
In Consil xlij.
Add. *iuramentum*, & add. *aliàs*, tollantur.
In Consil. lix.
Add. *instrumento*, add. *non valet*, add. *pœnam*, add. *Fed.* & add. *pars*, auferantur.
In Consil. lxxix.
Addit. *Forum*, deleatur.
In Consil. lxxxv.
In addit. *Ipso iure*, dele à ver. *sed est falsum* vsque in finem.
In Consil. xcvij.
In add. *nec etiam*, del. à ver. *sed errant*, vsq; in fin.

In

In Consil. c x x v.
Add. *Seruandum*, deleatur.

EX LIBRO II.

In Consil. j.
In add. *Dispensari*, dele à ver. *sed tunc, vsque in fi.*
Add. *Spectat*, deleatur tota.
In add. *Non peccat*, dele in fine, *secùs in diuinis*, &c.
In Consil. i i j.
In add. *Tolli*, del. *sed sunt ineptiæ, &c.*
In Conf. x j.
In add. *iuramento*, dele in fin. *sed contrarium*, &c.
In Conf. x i j.
Add. *Factum*, deleatur.
In Conf. x v i j.
Add. *Non esse*, deleatur.
In Conf. x x x v i j.
Add. *Paulus*, deleatur.
In Conf. x x x v i i j.
Epitome, *si mulier*, tollatur tot.
In Conf. l x v.
Add. *Laicum*, tollatur.
In Conf. x c j.
Add. *saperet*, deleatur.
In Conf. c x i x.
Add. *Vsurarum*, deleatur.
In Conf. c x x j.
In add. *Contrariam*, del. à ver. *quod mihi videtur*, vsque in finem.
Add. *Capacem*, & add. *Religione*, deleantur.
In Conf. c x x x i x.
Add. *Vsusfructus*, & add. *Valere*, tollantur.
In Conf. c l v i j.
Add. *Validatur*, & add. *iuramenti*, deleantur.

In

In Conf. clviij.

In add. *iuramentum*, del. à ver. *sed dicen.* vsq; in fi.

In Conf. clxiij.

Add. *Piam*, deleatur.

In Conf. clxxix.

Add. *Non valet*, deleatur.

In Conf. ccv.

Add. *Iuratum*, deleatur.

In Conf. ccix.

add. *per ea*, & add. *Episcopi*, deleantur.

In Conf. ccxxij.

Add. *excludit*, add. *velleiani*, & add. *approbata*, toll.
In add. *habilitatio*, del. à ver. *quam limitat*, vsq; in fi.

EX LIBRO III.

In Consil. j.

Add. *non valet*, tollatur.

In Consil. iiij.

Add. *probet*, tollatur.

In Consil. vj.

In add. *profanis*, del. in med. *Hodie non curamus de his formulis*, &c.

In Consil. ix.

In add. *Prælatura*, del. à ver. *sed hoc non obseruatur*, vsque in finem.

In Consil. xiij.

In add. *Concludo*, corrige in medio, & in Summario, *Consil. nomen secte*, & dicatur Religionis, *vt constet sensus*.

In Consil. xvij.

In add. *Medio*, dele à ver. *Quæ habuit ortum ab errore Canonist. &c.*

In Consil. xx.

Add. *obstet*, tollatur.

In Consil. x x j.

In add. *Alio*, del. à ver. *& ad ineptias*, vsq; in fi.

In Consil. x x i x.

In add. *Reliquisse*, del. à ver. *Quod faciunt*, vsque ad illud exultauit.

In Consil. x x x v i i j.

Add. *Deum*, & add. *obligabitur*, deleantur.

In Consil. l x i i j.

Add. *Competentem*, deleatur.

In Consil. l x x x.

Add. *Tempus*, tollatur.

In Consil. l x x x j.

Add. *iuramento*, deleatur.

EX LIBRO IV.

In Consil. v j.

In add. *duplex*, del. à ver. *sed postea*, vsq; in fin.

In Consil. x v i j.

Add. *Ecclesiæ*, deleatur.

In Consil. l i i j.

Add. *vilescit*, deleatur.

In Consil. l v.

in add. *non possunt*, del. à ver. *quod notã*, vsque ad, *fundatum*, *inclusiuè*.

In Consil. l v j.

In add. *veritas*, del. à ver. *Videat otiosius*, vsq; in fin.

In add. *Expellere*, dele, *quia contra ius diuinum*.

In Consil. l x.

Add. *reprobauit*, & add. *contradicit*, deleantur.

In Consil. l x x i v.

In add. *habitu*, del. à ver. *sed benè sufficit*, vsque in finem.

In add. *potuit*, del. à ver. *sed veritas*, vsq; ad, *teneat*.

In

In Consil. l x x x j.

In Themate, add. *peiora*, del. tota.

In Consil. x c v j.

In add. *commendatarius*, del. à ver. *posteaquam*, vsque ad illud, *tit. haberi.*

In Consil. c.

In add. *his tamen*, del. à ver. *quoniam tales*, vsque ad, *esse debent*.

In Consil. c v.

Add. *per ea*, & add. *quod sic*, deleantur.

In Consil. c x i j.

In add. *Ferrar.* del. à ver. *sed falsum est, &c.*

In Consil. c x i x.

In add. *iuris*, dele à ver. *sed more*, vsque in finem.

Add. *trium*, deleatur tota.

In Consil. c x x j.

Add. *dominium*, deleatur.

In Consil. c x x v.

Add. *sicut*, deleatur.

In Consil. c x x v i j.

Add. *non peccat*, deleatur.

In Consil. c x x x.

Add. *superioris*, del. tot. &c.

EX LIBRO V.

In Consil. j.

Add. *constantia*, deleatur.

In Consil. i i j.

Add. *integrum*, deleatur.

In Consil. v.

Add. *Canonico*, deleatur.

In Consil. x x i v.

add. *Syluestro*, deleatur tota.

In Consil. l i j.

Add. *italica*, deleatur tota.

In Consil. l x i x.

In add. *præsumetur*, del. à ver. *sed in hoc Regno*, &c.

In Consil. l x x i v.

In add. *respondi*, del. à ver. *licèt Alexand.* vsq; in fin.

In consil. l x x x.

In add. *arbitrator*, del. à ver. *quod non abs re*, *&c.*

Add. *iuramentum*, deleatur tota.

In Consil. x c v i j.

Addit. *præsentatæ*, del. tota add. *quæ occupat integram columnam*.

In Consil. c i j.

In add. *incisum*, del. à ver. *& etiam limitatio*, vsque in finem.

In Consil. c x x j.

In add. *concludit*, del. à ver. *Lauren.* vsque in fin.

In Consil. c x x x j.

In addit. *commune*, del. à ver. *Philippus Melanchthon*, vsque in finem.

In Consil. c x x x i i j.

In add. *renunciare*, del. à ver. *sed est falsum*, vsq; in fi.

In Consil. l x x x.

Add. *iurauerit*, deleatur tota.

In addit. *Tempore*, del. à ver. *Sed hæc disputatio*, vsque in finem.

In Consil. c l x x x v i j.

Add. *leges*, deleatur, &c.

EX LIBRO VI.

In Consil. v j.

Add. *senens.* deleatur tota.

In add. *infideles*, del. à ver. *Exceptis*, vsq; ad Papæ.

In

In Confil. viij.

In add. *vſurarum*, del. à ver. *ſed dico*, vſque in fin.

In Confil. xiv.

Add. *iuramentum*, deleatur.

In Confil. liv.

Add. *Venditoris*, deleatur.

In Confil. lxxviij.

In addit. *italica*, del. à ver. *ſed vnicum remedium*, vſque in finem.

In Confil. lxxxiij.

Add. *iuramentum*, deleatur.

In Confil. lxxxvij.

Add. *Ludo*. deleatur tota.

In Confil. xciij.

In add. *differentia*, del. à ver. *Verùm vt dixi*, vſque ad, *erga Deum*, add. *Eccleſiæ*, del. tot.

In Confil. clij.

Add. *iuramento*, deleatur tota.

In Confil. clx.

Add. *Synodalis*, deleatur tota.

In Confil. clxxxv.

Add. *iuramentum*, deleatur.

In Confil. ccvj.

In add. *Diſtributio*, del. à ver. *& ad hoc potuit*, vſque in finem.

In Confil. ccix.

In add. *pœnam*, del. à ver. *Vbi contrarium*, vſq; in fin.

In Confil. ccxix.

In add. *longo*, del. à ver. *ſed in locis*, vſque in finem.

In Confil. ccxxxiij.

In addit. *blaſphemare*, dele, *nec ineptè*, & à ver. *verbi gratia*, vſque in finem.

In Confil. ccxxxix.

Add. *Epiſcopum*, deleatur tota, &c.

In Consil. xiij.
add. *pecuniaria*, deleatur.
In Consil. xxix.
Add. *in rem*, & add. *tenet*, deleantur.
In Consil. lij.
In add. *Sigismundi*, dele in fine, *cui Pontifices*, &c.
In Consil. lxiij.
Add. *iuramento*, deleatur.
In Consil. lxxxiij.
Add. *Ecclesiæ*, deleatur tota.
In Consil. lxxxix.
Add. *iuramentum*, deleatur.
In Consil. cj.
In addit. *Fructibus*, del. à ver. *Philipp. Melanch.* vsque in finem.
Add. *Dei*, & add. *liberam*, auferantur.
In Consil. cxvj.
Add. *suffraganeus*, & add. *operari*, deleantur.
In Consil. cxviij.
In addit. *iuramentum*, del. à ver. *sed ego dico*, vsque in finem.
Add. *iuramento*, deleatur tota.
In Consil. cxxx.
Add. *promisit*, & add. *Ecclesia*, deleantur.
In Consil. cxlv.
Add. *Corporali*, deleatur tota.
In Consil. cxlvj.
In Add. *valuisse*, del. à ver. *sed veritas est*, vsque in fi.
In Consil. cxlix.
Add. *etiam istud*, deleatur.
In Consil. cl.
Add. *Valet*, deleatur.

In

In Consil. c l x x x.
Add. *Nostrum*, deleatur.
In Consil. c c x.
Addit. *Licita*, deleatur.
In Consil. c c x i i j.
Add. *absolutio*, & add. *validitas*, deleantur.

CENSVRA.
Ad Dynum. In Reg. Iur.

Reg. j.
In add. *Obtineri*, del. *& ita practicaui*, vsque in finem.
In addit. *Testatoris*, del. à ver. *vt nouè dixi*, vsque in finem.
In addit. *Papa*, del. à ver. *quod non obseruatur*, vsque in finem.
Add. *quod reseruatio*, deleatur.
Reg. i j.
In add. *plenè not.* del. à ver. *quæ ita dēt*, vsq; in finem.
Reg. i v.
Add. *absolutus*, deleatur tota.
Reg. v j.
Add. *adde Card. Alex.* deleatur.
Reg. x i i j.
Add. *Adde, quod non prodest*, deleatur.
Reg. x x.
In addit. *ignorantia*, del. à ver. *vt nouè, & analyticè*, vsque in finem.
In Addit. *Non possum*, del. à ver. *vt dixi in lect.* vsque in finem.
Reg. x x i j.
Addit. *Genere*, deleatur tota.

Reg. xxv.

Add. *quidam*, & add. *sed videtur*, deleantur.

In add. *Ad hanc quæst.* del. à ver. *vt nouè docui*, vſque in finem.

In Add. *Adde quotuplex*, del. *Reuerendiſſime.*

In add. *Subiungo*, dele à ver. *vt dixi*, vſq; in fin.

Add. *Non valet*, deleatur tota.

Reg. xxx.

Add. *Adde ibi Bar.* del. à ver. *Vbi Alber. dicit*, vſque in finem.

Reg. lxiij.

Add. Lanfran. & add. *Dixi in apoſt.* deleantur.

Reg. lxxiv.

Add. *Vnum quod*, del. tota.

C E N S V R A.

Ad Philip. Dec. in tit. ff. De Reg. Iur.

Reg. j.

In add. *Tranſitus*, del. à ver. *Do exemp.* vſque in finem, *inquit*, del.

Reg. ij.

Add. *lib. 5. &c.* add. *nouè dixi*, & add. *auferri*, del.

In add. *Nupta, pro nos, ſubſtituatur Gallos*.

Add. *Maſculis dixi*, add. *Statutum*, & add. *maſculis falſum*, deleantur.

§. Impuberes.

In add. *Pupillus*, del. verſ. *quam pecunÿs redimere licet*.

Add. *Tutor*, deleatur.

Reg. viij.

Add. *Inſtinct.* deleatur.

Reg. xij.

In addit. *Paratam*, del. à ver. *Vbi tamen dixi*

dixi prouisum, vsque in finem.

Reg. xxiij.

In Addit. *Dolo*, dele à ver. *Me audiente*, vsque in finem.

Add. *Penès*, deleatur tota.

In add. *Ratificationa, pro hic, substituè in Gallia.*

Reg. xxx.

Add. *Consummato*, add. *Non valet*, & add. *Filia*, deleantur.

Reg. xliij.

Add. *Decisio*, deleatur.

Reg. xlv.

Add. *Dixi in nouis*, deleatur.

Reg. xlvj.

Add. *Conscientiæ*, deleatur.

Reg. lviij.

Add. *Satis*, deleatur.

Reg. lix.

Add. *Adita*, deleatur.

Reg. lxviij.

Add. *Clericus*, & add. *Clerici*, auferantur.

Reg. lxxij.

In add. *Delegari*, del. à ver. *Faber noster*, vsque in finem.

Reg. xcix.

In add. *Practica*, del. *in hoc Regno*, & substit. Franciæ.

Reg. cij.

Add. *Iuramento*, deleatur.

Reg. cxxij.

Add. *Permittitur*, deleatur.

Reg. cxxxiv.

In addit. *Videtur*, dele à ver. *Vbi dixi*, vsque in finem.

Reg. clvij.
Add. *Conſclentiæ*, deleatur.
In addit. *Dubio*, del. à ver. *quia quandoq;* vſque in finem.
Reg. clxviij.
Add. *Perdit*, deleatur.
Reg. cxc.
Add. *Non valet*, deleatur.
Reg. cciij.
Add. *Parum*, auferatur.

Aliqua fortaſſe in præmiſſis, & conſimilibus additionibus ab oculis noſtris effugerunt notatu, & cenſura digna, quæ diligens Lector animaduertens delere prorſus teneatur.

Didacus Stella.

Ex Didaci Stellæ Commentarijs in Lucam impreſſ. Compluti, ſeu alibi, ante annum 1581.

TOM. I.

Fol. 5. column. 2. ante finem, in prima editione tantum, *deleantur illa verba*. Sed quia hoc facere non eſt in hominis poteſtate, non dixit, induite, ſed induimini, ideſt, rogo vt patiamini Chriſto indui.

Fol. 12. column. 1. ad finem, & in ſecunda edit. folio 16. colum. 1. poſt medium, vbi dicitur. *Secundo docemur, prædeſtinationis eſſe ſignum euidentiſſimum, & maximæ amicitiæ cum Deo*. Deleãtur illa duo verba, *euidẽtiſſimũ, et maxime*.

Fol. 20.

Fol. 20. colum. 3. ad medium in prima editione tantum, *deleantur illa verba*. Verùm enimuerò crediderim ego, neminem posse dici in mortali peccato persistere, quin dubius in fide sit, aut in hæresim labatur.

Fol. 64. colum. 4. post initium, in prima editione tantùm, *deleantur illa verba*. Nullus protrahere moras in peccato mortali potest, quod in rebus fidei etiam non vacillet, & dubitet.

Fol. & column. eisdem, in prima editione tantùm, vbi dicitur, *Fides totum Christianorum bonum est*, deleatur verbum totum.

Fol. 163. column. 1. circa principium, & in secunda editione fol. 226. colum. 1. in princip. deleantur illa verba. *Immundum quidem, & spurcum animal est opus mortali culpa affectum quamuis moraliter bonum sit*.

Ibid. in vtraque editione, paulò inferius, deleantur illa verba, *Doctor ille legis, qui Christum fuit per contactus, &c.* vsque ad illud, sexta inferius linea, *& quod Dæmon aduersus illum minus prævaleat*.

Ibidem in prima editione, column. 4. ad fin. & in 2. fol. 227. column. 2. post initium, vbi dicit, *Ita Deus præcipuus auctor est ægritudinis animæ*, deleatur vox, *ægritudinis*, & legatur, *salutis*.

Folio 166. column. 2. post initium, & in secunda editione.

Fol. 230. column. 2. ad finem, deleantur illa verba. *Hæc autem confidentia vocatur fides pro formali: quia credere pro materiali est, &c.* vsq; ad fin. annot. nempe locum, vbi verba textus recurrunt.

Fol. 191. column. prima post initium, in prima edi-

tione tantum, vbi dicitur. *Ita enim per omnia in iustificatione impÿ contingit*, deleatur verbum, *per omnia*.

Fol. 195. column. 4. post initium, & in secunda editione fol. 271. colum. 2. ad medium deleantur illa verba, *Christus directe voluit; quod Iudæi non intelligerent parabolam*.

Fol. 212. colum. 4. ad medium in 1. editione tantum, vbi dicitur, *Sic Christi virtus sanauit hanc mulierem ea dumtaxat ratione, quia fidem habuit*, deleatur verbum, *dumtaxat*.

TOMO SECVNDO.

Fol. 18. column. 3. post medium, & in secunda editione, fol. 25. column. 2. post medium, deleatur ab illis verbis, *vt in Ciuitate benè constituta, &c.* vsque ad, *cæremonÿs omnibus, quas Ecclesia seruat*.

Fol. 20. column. 1. ad fin. & in secunda editione fol. 27. propè med. vbi legitur, *æqualiter disposuit*, deleatur particula, *æqualiter*, & ponatur eius loco, *non ita*.

Fol. 24. column. 1. post princ. & in secunda editio, fol. 32. column. 4. ante medium, vbi legitur, *rectè inquit descendebat: nam nemo nisi pecunÿs, &c.* deleatur dictio, *nemo*, & loco, *nisi*, legatur *si*, & statim loco, *vel*, legatur, *&*, & inferius, paulò post, vbi dicitur, *id omne consequeris*, deleatur vox, *omne*.

Fol. 32. column. 2. in med. & in secunda editio., folio 44. column. 1. ad finem, vbi dicitur, *Turcis, & Infidelibus, nec ipsis Cathecumenis licet. Deum patrem vocare, vt Aug. ait*, deleantur illa verba,

ba, *nec ipsis Cathecumenis licet.*

Fol. 33. column. 2. in princ. in prima editione tantum, deleantur illa verba, *quia nos non meremur beatitudinem de condigno.*

Fol. eodem, columna 3. ante medium, & in secunda edit. fol. 45. column. 4. post principium deleantur illa verba, *vnde si aliquis sit, quem Deus ad hoc non iuuet, &c.* vsque ad illud, *ac si Deus illum impediret.*

Fol. 34. column. 2. ante finem in prima editione tantum deleantur illa verba, *& de reatu pœnæ, non de offensa culpæ loquitur hic Lucas.*

Fol. 36. column. 4. ante medium in prima tantum editione, deleantur illa verba, *nonnè considerας graue esse peccatum, cum tu canis &c.* vsque ad illud, *verum etiam actu peccas propter irreuerentiam.*

Fol. 50. column. 1. circa finem, in prima editione tantum deleantur illa verba, *& desertos omni bono nos relinquit.*

Ibidem column. 3. & secunda editio. fol. 68. column. 2. in fin. deleantur illa verba, *& sicut mors corporis hominem exuit quocunque bono corporali, &c.* vsque ad illud, *vt peccator apud se retineat: omnia enim aufert.*

Ibidem decima post linea in prima editione tantum, deleantur illa verba, *& cum ipso omnia alia bona, quæ intelligi, & cogitari possunt.*

Fol. 59. column. 3. post medium, & in secunda editione, fol. 80. column. 4. in princ. deleantur illa verba, *ex his patet, quàm vehementer viri alias eruditissimi, &c.* vsque ad illud, *Christus resurrexit, sed.*

Fol. 61. column. 1. ad medium, & in secunda editione, fol. 82. column. 4. post initium, vbi legitur, *nam*

loca illa benè intrabant laici : quia Christus , qui perfectè erat laicus, scilicet ex Iudæ Tribù , deleantur illa tria verba , *perfectè laicus, scilicet* .

Fol. 62. column. 3. ad finem, & in secunda editione, colum. 4. ad fin. deleantur illa verba, *& modo corrupta est Ecclesia* .

Fol. 64. column. 4. & in secunda editione, fol. 87. columm. 4. vtrobique post princ. deleantur illa verba , *quia Deus inferni ignem, & tormenta non parauit hominibus, &c.* vsque ad illa verba, *quia ille in beatitudinem æternam creauit homines, non in ignem.*

Fol. 67. column. 1. ante medium, & in secunda editione , fol. 90. column. 4. in fin. vbi legitur , *nisi quia mortui sunt in fide* , dicatur , *in fide viua.*

Fol. 73. col. 1. ante medium, & in secunda editio. fol. 99. col. 1. post medium , deleantur illa verba , *non autem diuitum, & eorum, qui omnibus abundant.*

Fol. 81. column. 4. post medium in prima editione tantum, vbi dicitur , *benè quidem cognoscitur pœnitentiam , quæ in hora mortis fit , falsam esse,* dicatur, *sæpe numero falsam esse* .

Fol. 98. column. 3. post medium in prima editione tantum deleantur illa verba , *si Diuus Petrus , cum Christum negauit moreretur, &c.* vsque ad illud, *gloria in æternum prohiberetur* .

Fol. 118. column. 2. post medium , & in secunda editione, fol. 161. column. 1. circa medium, deleantur illa verba , *qua propter mirari satis non possum,* quare adeo delirauerint illi, qui per nonaginta nouem oues , &c. vsque ad illa verba , *quare centum potius, quam alium numerum posuit.*

Fol. 120. column. 4. ad medium , & in secunda editione, fol. 164. col. 2. in fin. deleantur illa verba,

vt

vt omnes interpretes, quos adhuc viderim, &c. per tres circiter column. vsque ad illud, *valde errant, qui rem adeo præcipuam, accessoriam faciunt.*

Fol. 130. column. 2. ante medium, & in secunda editione, fol. 177. column. 2. propè finem ibi legitur, *eodem modo huic Dominus oculos naturales liberi arbitrij aperuit*, deleatur particula, *naturales*, & inferius 4. post linea in vtraque editione, deleantur illa verba, *hoc autem naturaliter per liberum arbitrium fit*, & in periodo sequenti deleatur vox, *naturalem*.

Fol. 134. column. 3. ad finem, & in secunda editione fol. 183. column. 2. ad finem, deleantur illa verba, *nam non sequitur, vt ij, quibus peccata dimissa sunt, sint ipso iure in amicitiam, & gratiam recepti, posset namque Deus vnum ab altero separare, ita videlicet, vt peccata dimittat, nec tamen gratiam concedat.*

Fol. 139. column. 1. ad medium, & in secunda editione, fol. 189. column. 1. post initium deleantur illa verba, *vnde quotiescunque in sacra scriptura multa legis miracula effectusque summæ admirationis, fidei virtute fuisse præstitos, intelligere debes hoc de viua fide, & non de mortua, quia vt Dialectici asserunt, analogum per se sumptum stat pro famosiori significato.*

Fol. 140. column. 3. paulò post princ. in prima editione tantum, deleantur illa verba, *non Domini, vt nonnulli falsa ducti opinione seminant.*

Fol. 167. column. 2. circa finem in prima editione tantum, vbi legitur, *obserua autem quantum malum sit ingratitudo, quod Christus ita scandalizatur, quod*, deleatur, *ita scandalizatur, quod.*

Fol.

Fol. 187. column. 1. ante medium in secunda editione tantum, deleantur illa verba, *postremo responde, &c.* vsque ad, *quacunque persequutione euanescit*. Ibi aliquanto inferius in prima editione tantum, deleantur illa verba, *quin nec Deus fidei demortuæ &c.* vsque ad, *feruorosæ, vt in hoc cæco videmus*.

Fol. 190. column. 4. ad medium in prima editione tantum, deleantur illa verba, *itaque si certum est etiam pessima opera, recta animi intentione facta Deum respicere, quanto, obsecro, certius erit bona opera cum sana animi voluntate facta, gratiora fore coram oculis Domini*.

Ibidem paulò inferius in prima editione tantum, deleantur illa verba, *non enim exaudit Deus vota impiorum, at illorum desiderij animum applicat, qui viua fide illum inuocant*.

Fol. 191. column. 2. ad finem, & in secunda editione 263. column. 2. ad finem, deleantur illa verba, *proditorem Iudam impellit, quia iam Cruci affixum esse summopere cupiebat, vt animas nostras à tyrannide, & captiuitate eriperet*.

Fol. 197. column. 1. ante medium, & in secunda edit. fol. 271. column. 1. post medium, vbi legitur, *negatiuis præceptis*, deleatur vox, *negatiuis*, & ponatur, *affirmatiuis*.

Fol. 207. column. 1. ad fin. & in secund. edit. fol. 285. colum. 1. ante medium, deleantur illa verba, *præterea sacra loca, & id genus homicidarum &c.* vsque ad illud, *ita nec sacra loca sanctos efficiunt homines*.

Fol. 220. column. 2. ad medium, & in secund. editione, fol. 303. column. 2. propè finem, deleantur illa verba, *vult Dominus altare terreum, non autem*

mar-

marmoreum constituimus &c. vsque ad illud in prima editione, *damnatque fastum, & superbiam* at in secunda editione deleatur vsque ad illa verba, *arbitramur enim Deum nostris vanitatibus delectari*.

Fol. eodem, column. 3. post initium in prima editione tantum, deleantur illa verba, *at Christus Dominus abominatur redditus temporales, sumptuosa ædificia, & ornatus templi, quando Sacerdotes praui sunt, & habitatores templi impiè viuunt*.

Fol. 222. column. 3. ante medium, & in secunda editione, fol. 306. column. 3. in princ. vbi legitur, *quandoquidem omnium maximum supplicium dicatur quandoquidem non omnium maximum*.

Fol. 225. column. 4. ad finem in prima editione tantum, deleantur illa verba, *nimirum post finem sæculi*.

Fol. 246. column. 1. ad finem in secunda editione, fol. 339. column. 3. in princ. vbi legitur, *ita vt eius digitus in eis nihil posset imprimere, nec eorum corda obstinata, & malitia plena signare*, deleatur verbum, *posset*, & vbi est *imprimere*, dicatur, *imprimeret*, & vbi est *signare*, dicatur, *signaret*.

Fol. 248. column. 1. circa medium in prima tantum editione, deleantur illa verba, *quia nulla res adeo peccatum sanat, & destruit, vt Christi Domini memoria*.

Ema-

Emanuel Sà.

In Aphorismos Confessariorum Emanuelis Sà emendationes.

Pagina 13. num. 8. dele totum, & corrige, *absolutio sacramentalis non potest dari absenti in vllo prorsus casu, quicquid aliqui in contrarium docuerint,* ita declarauit Clemens Papa Octauus.

Pag. 16. num. 19. dele, *alij aiunt, alij negant*, vsque ad finem numeri, & corrige, *non est vllo modo tenenda sententia quorundam affirmantium, quia in contrarium est praxis Romanæ Curiæ, & omnis Canonistarum doctrina, quæ optima nititur ratione: potestas enim absoluendi non potest extendi ad irregularitatem, quæ tollitur dispensatione, non absolutione.*

Pag. 21. num. 6. dele, *potest*, & corrige, *iuramento non ligatur, quominus seruatis alioqui seruandis possit.*

Eadem n.7. post verbum, *mendicantes, adde*, quibus non *licet bona immobilia etiam in communi possidere*, in fine eiusdem numeri dele, *neque in necessitate vrgente*, & corrige, *modò non sint mobilia pretiosa.*

Pagina 23. num. 1. dele, *Altare multis modis, &c.* dele totum numerum, & corrige, *Altare multis modis amittit consecrationem, 1. enormi fractione mensæ, 2. si mota fuit iunctura, qua mensa stipiti lapideo adhæret, 3. si moueatur, vel frangatur signum sepulchri. Demum si alio quocunque modo formam suam amittat, non tamen si la-*

si lapis, in quo sit sepulchrum amoueatur à ligno. Vide Sylu. v. altare q. 8. & 9.

Pagina 29. nu. 4. dele totum, & corrige, *ablata iusto bello ab ijs, qui iniusto bello acceperant, etiam si iã in tutum se recepissent, prioribus dominis sunt restituenda, si stemus iuri naturæ, vel etiam Cæsareo; si verò oppositum alicubi, vel lex statuerit, vel consuetudo præscripserit, ei standum est, potuit enim licitè priuatorum iuri derogari ob bonum publicum*. Couarr.reg.pecc.p.2.§.11.n.2. Molin. disp. 118.

Pag. 34. num. 8. dele, *potest quidem Episcopus*, & corrige, *poterat quidem Episcopus*, in fine adde, *sed post Concilium Tridentinum non est in vsu, cum eo, qui obtinuit beneficium curatum ex hac causa dispensare, & ita statuit Sacra Congregatio*.

Pag. 35. num. 12. adde in fine, *nisi postquam fuerit per superiorem admissa*. Parisius de resignat. benef. lib. 1. q. 5. n. 24. & 25. plurimos affert Doctores, & dicit esse communem.

Eadem num. 13. post illa verba, *beneficium non perditur*, adde, *ipso facto ante sententiam*.

Pag. 43. num. 2. corrige totum sic, 2. *ne blasphemus absoluatur sine graui pœnitentia sæueri confessarij arbitrio iniuncta,* statuit Concilium Lateranense, & consonat Tridentinum sess. 14. cap. 8.

Eadem supra num. 59. adde in fine, *sed nunc obseruanda est Constitutio Pij Quinti, quæ incipit*, Quanta.

Pag. 44. num. 2. corrige totum sic, *2. Calici non perit consecratio, si deauratio per vsum decidat, si tamen de nouo deauratur, solet iterum consecrari*.

Pag.

Pag. 49. in fine, ver. 2. adde, *Nauarr. cap. 27. num. 254. Tolet. lib. 3. cap. 14.*

Pag. 49. num. 7. adde in fine numeri, *Anton. 3. par. tit. 14. cap. 19. §. 17. Sylu. Confessio 1. q. 19. Caiet. ver. casuum reseruatio Suarez disp. 31. de pœnit. sect. 4.*

pag. 55. in fine num. 6. verſ. 4. adde, *Nauar. ca. 23. num. 95.*

Pag. 57. num. 5. dele vſque, Nunc autem, &c. *& corrige sic.* ſ. Clericum in Sacris, qui dimiſſa tonſura, & clericali habitu enormiter ſe gerit, multorum eſt opinio perdere priuilegium clericale, Ego dicerem, tunc tantum poſſe à iudici ſæculari capi, & debita pœna puniri clericum, quando id fit de mandato prælati proprij; vel quando eſt traditus curiæ ſæculari; vel demum ſi eſt incorrigibilis, itaut prius ſit depoſitus, & propter incorrigibilitatem excommunicatus, & anathematizatus, & tamen poſt hæc perſeuerat incorrigibilis, *Iuxta diſpoſitionem cap. cum non ab homine de Iudic.*

Pag. 58. num. 6. dele, poteſt etiam de fuga, vſque ad finem, corrige ſic, poſſe etiam fugientem, vel de fuga ſuſpectum capi à creditore, vt tradatur iudici Eccleſiaſtico, *tenet Sylu. excommunicatio 6. quæſt. 14. Nauarr. cap. 27. num. 82. qui dicit eſſe Panorm. & communem in cap. cum non ab homine, de iudic.*

Pag. 59. in fine num. 10. adde communem opinionem eſſe dicit Imola conſ. 119. nu. 1. & Clar. lib. 5. ſent. q. 36. num. 38.

Pag. 63. verſ. 1. poſt verbum adſcriptus, dele vſque ad finem, & corrige ſic, non tenetur reſidere, & poteſt ire, quo velit cum Epiſcopi licentia, ex ſen-

ten-

tentia Sacræ Congregationis.

Pag. 65. num. 1. in fine post verba, *nisi tu commodasses*, *adde*, de quo Sylu. verb. Commodatum, numero 4.

Pag. 71. num. 1. corrige totum sic, 1. Congregationes piæ, Sodalitates, seu Confraternitates non possunt fieri sine auctoritate Episcopi, qui & habet ius eas visitandi.

Pag. 72. num. 6. in fine dele, alij probabilius negant, *& corrige*, alij negant, quæ sententia certissima est, & tenenda.

Pag. 74. vers. 3. dele, *facere*, & corrige, *tacere*.

Pag. 75.. num. 14. corrige totum sic, *14. non licet absenti per nuntium, aut per scriptum confiteri.*

Pag. 80. num. 2. dele, *potest & Cardinalis dare suæ familiæ Confessorem*.

Pag. 81. num. 4. dele totum, corrige sic, 4. regulares non possunt laicorum, aut etiam clericorum sæcularium confessiones audire, nisi à suis prælatis ad hoc munus propositi obtineant approbationem ab Episcopis, in quorum diœcesibus confessiones sũt audituri. Non potest Episcopus, quem repererit, & doctrina, & alijs requisitis idoneum, non approbare: neque quem præuio examine, vt simpliciter idoneum semel approbarit, rursus examinare. potest tamen successor.

Pag. 80. num. 3. in fine, dele, *potest verò approbare Episcopus, &c.* vsque ad finem numeri.

Pag. 81. num. 5. corrige totum sic, *5. semel alicubi approbatus non potest vbique audire confessiones, neque etiam illius pænitentis, qui habet facultatem eligendi sibi confessarium approbatum: sed opus est approbatione Episcopi eius diœcesis, in qua degit: imò Episcopus ipse si velit eligere confesso-*

fessarium sibi non subditum, debet eligere approbatum ab Episcopo, cui est subiectus, ex Sacræ Congregationis declaratione 1158. & 1160.

Pag. 82. num. 6. *in fine adde*, Nauarr. cap. 4. num. 7. Suarez disp. 28. de pœnit. sect. 4.

Eadem num. 8. *corrige totum sic*, 8. Excommunicatum & suspensum à iurisdictione posse dare licentiam audiendi confessiones, vel alteri confitendi docuerunt Palud. in 4. dist. 23. quæst. 2. artic. 2. Sylu. ver. vnctio, num. 4. Armilla ver. eodem, num. 5. sed oppositum est tenendum, quando id non fit per modum simplicis consensus, sed per modum iurisdictionalis concessionis. Idem dicendum est de approbatione ad confessiones, quia hæc non est qualiscunque declaratio idoneitatis, qualem posset facere publica Academia, aut virorum doctorum attestatio: sed est declaratio iuridica, & ideo à Concilio Tridentino soli Episcopo ordinario iudici in spiritualibus commissa.

Pag. 87. num. 1. *corrige totum sic*, confirmatio debet à ieiunis dari, & accipi, & in Ecclesia. Ex causa tamen poterit etiam post prandium, & alio loco honesto, Episcopusque confirmare poterit etiam tempore interdicti, sicut & Chrisma conficere.

Pag. 93. num. 3. *corrige totum sic*, contractus maioris cum minore sine tutoris auctoritate maiorem obligat, minori integrum est non velle stare contractui. *Instit. de auct. tutor. in prin.*

Pag. 96. num. 21. *corrige sic*, 21. Pactum de certa summa soluenda pro verisimili interesse lucri cessantis, deductis tamen expensis, laboribus, & periculis, licitum est, quod etiam dicendum est de pacto de certa summa soluenda pro verisimili pericu-

culo

culo, siue deinde sequatur, siue non.

Pag. 102. num. 6. *corrige totum sic*, 6. qui non est soluendo, & cedit bonis suis omnia fideliter manifestando, liberatur de carcere, & si ad pinguiorē fortunā deuenerit, potest sibi etiā in cōscientia retinere, quæ ad congruā parcam sustentationē sufficiant. *Couar. 2. var. res. c. 1. n. 6. cum aliis, quos ibi citat.*

Pag. 105. num. 22. *corrige totum sic*, 22. debitum tibi si non potes aliter commodè recuperare, potes clam tollere; modo cures ni creditor iterum soluat, & id fiat sine scandalo, & sine periculo tuæ, vel alienæ famæ, aut vitæ, neque teneris reuelare etiam si Prælatus præcipiat sub pœnam excommunicationis, si est probabile, quod reuelans cogeris restituere, imò neque tenentur alij quicunque sint, si certò sciant te hoc modo iustè accepisse. *Sylu. ver. furtum, q. 15.*

Pag. 106. num. 1. *corrige totum sic*, 1. Qui coniux alterius coniugis voto continentiæ consensit, etiam si ipse non vouerit, non potest petenti debitum reddere, ne eius peccato cooperetur, quibus verò alijs casibus; vel debeat, vel possit debitum petenti negare, *vide Sylu. v. debitum coniugale, q. 1.*

Pag. 107. num. 2. dele, *quamquam reddere posse, &c.* vsque ad finem, & adde, *Sylu. v. matrim. 6. qu. 5. §. 6. Soto lib. 7. quæst. 3. art. 1. & in 4. dist. 17. quæst. 1. art. 4. Nauarr. cap. 12. num. 59. & dispēsatio ad Papam pertinet tanquam voti perpetuæ castitatis, non verò ad Episcopum, nisi quando ad Sedem Apostolicam non pateret recursus.* Nauarr. ibidem. Sylu. ibidem, & v. dispensatio q. 9.

Pag. 107. nu. 4. *corrige totum sic*, 4. contrahens matrimonium post votum castitatis, non potest vn-

quam petere, nisi aut dispensante Episcopo, aut in gratiam alterius coniugis, si cognoscat ipsum velle: sed non audere petere; hoc enim est quoddam reddere. *Sylu. matrim. 7. quæst. 5. §. 2. Nauar. cap. 12. num. 80.* Post votum autem non contrahendi matrimonium petere potest, qui contraxit, & post votum religionis, qui consumauit.

Pag. 113. num. 3. *corrige totum sic*, delegati iurisdictio, re integra, morte delegantis, aut alio modo eius cessante iurisdictione, expirat etiam si sit data ad eius beneplacitum, cap. si gratiosè, de rescriptis, lib. 6. secus si causa iam cœpta sit, vel iurisdictio data per modum legis, & non ab homine. *Syl. ver. delegatus, q. 6.*

Pag. 119. initio, dele, *Itaque valet dispensatio super cognatione, &c.* vsque ad finem numeri, & corrige, *item non valet dispensatio super cognatione tacito, quod se carnaliter cognouerunt*, ita statuit sacra Congregatio, *vide Nauarr. cap. 22. numero 86.*

Pag. 121. num. 2. post illa verba, *vel fieri religiosus*, adde, *detrudenda tamen est adultera in monasterium*, iuxta cap. Gaudemus, de conuers. coniug.

Pag. 126. ver. donatio, num. 1. *dele totum*, corrige, 1. Donatio sine insinuatione facta excedens summam lege præscriptam non tenet quoad excessum, neque etiam in foro conscientiæ; ratio enim legis annullantis non tam fuit, quia adeo magna donatio præsumatur vi, metu, aut dolo facta, quamne facilitati quadam, & impetu donantes depauperarentur, ideoque eis donandi facultas præclusa est, nisi hac forma seruata, valet tamen in quantacunque summa si sit iurata, si ad pias causas, &

in

in alijs casibus, *vide Sylu. ver. donatio, quæstione 4. & sequen. Molinam de contract. disp. 278. & 279.*

Pag. *eadem nu. 2. sequente dele totum, corrige,* 2. Donatio facta cum vero animo donandi valet etiam si fiat in fraudem Fisci post commissum delictum, modo non sit tale, per quod ipso iure perduntur bona, aut eorum administratio interdicitur, poterit tamen per iudicem reuocari, & tunc donata erunt Fisco reddenda. *Nauarr. cons. 1. de donat. inter vir. & vxor.*

Pag. 130. num. 27. dele, *quod mihi non improbatur,* & corrige, *sed quicquid sit an alienatio facta teneat, certè alienans peccabit faciens contra pactum, cui tacitè saltim consensit acceptando donationem*: Sylu. v. pactum, q. 4.

Pag. 134. num. 18. dele, *etiam si excedant,* corrige modo, *non excedant,* & infra dele, *etiam si talis onera matrimonij non sustineat,* & corrige, *cum pacto de aliquo interim dando,* & in fine numeri adde. *Sylu. vsura 3. quæst. 3. Sotus lib. 6. q. 1. art. 2. Tolet. lib. 5. cap. 30. Molina de contract. disp. 320.*

Pag. 135. num 2. *dele totum, & corrige,* 2. ad votum, vel præceptum non teneris, si te non teneri probabilis est Doctorum sententia.

Pag. eadem num. 6. adde in fine numeri, *validum quoad reddendum debitum, cap. inquisitioni, de sent. excomm. Sylu. v. conscientia, q. vlt. Nauarr. cap. 16. n. 40.*

Pagina eadem, versiculo vltimo, dele, *sed ex causa tolerari potest,* & adde, *concedentes, pugnantes patrini, consilium dantes, suadentes, spectatores excommunicantur,* in Concilio Tridentino, sess.

 25. cap.

25. cap. 19. vide plura in Bulla hac de re edita à Clemente Octauo.

Pag. 137. num. 6. corrige, *non potest esse laicus*, Innocen. Hostien. Ioann. Andr. Archid. & alij apud Abb.c. decernimus,de iudic. Aret. Ant. Burgos. c. eodem. Sylu. v. œconomus.

Pag. eadem num. 7. adde in fine, *dummodo fiat cum debita solemnitate*. Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 11. Nauarr. cap. 27. numero 149. & consilio 4. de rebus Eccles. non alien. Sylu.v.alienatio, q. 16.

Pagina 141. numero secundo, adde in fine, *sed nunc obseruanda est constitutio Gregorij XIV. de immunitate Eccles.*

Pag. 142. ver. 6. dele ex Bulla Gregorij XIV. & corrige, *ex dicta Bulla*.

Pag. 153. num. 11. *corrige totum sic*, 11. Episcopus factus ex religioso tenetur ad tria vota, habitus delationem, aliasque obseruantias, quæ non impediunt Pontificale officium, non tenetur tamen obedire prælatis suæ religionis, quia subditus esse desijt, sicut & ipsi religionum prælati, & ideo sicut iste, ita & ille potest secum ipso dispensare super regulæ obseruantijs. Bonorum autem Ecclesiæ non est Dominus: sed dispensator. *D. Thomas 2. 2. quæst. 185. art. 8. Ang. v. Monachus, num. 7. Sylu. religio. 6.quæst. 10. quod si relinquat Episcopatum dicunt aliqui probabiliter non teneri ad religionem redire, redire tamen tutius esset*.

Pag. 155. num. 18. *corrige totum sic*, 18. & dispensare ad duo beneficia simplicia, si vnum ad honestam sustentationem non sufficiat. *Concil.Trid. sess.24. cap. 17. de reform.*

Pag.

Pag. 156. num. 27. *corrige totum sic*, 27. & absoluere ab excommunicatione reseruata Papæ occulta, dummodo non sit lata in Bulla Cœnæ Domini, aut modo simili reseruata. *Toletus lib. 1. cap. 41. & ita declarauit Sacra Congregatio, & seruat consuetudo, estque de se clarum si legatur tenor ipsæ Bullæ, qualis iam ab aliquot annis edi consueuit.*

Pag. 165. versiculo primo, dele, *nec sacerdotem &c.* vsque ad finem corrige, *nec sacerdotem, cum Eucharistiam ministrat, extra sacrum habere stolam ita aliqui docent: sed oppositum est in vsu, & sequendum.*

Pagina eadem num. 32. dele, *posse & laicum vsque ad finem.*

Pag. 169. num. 19. *corrige totum sic*, 19. Excommunicatio lata in facientes non comprehendit mandantes, aut aliter adiuuantes, nisi exprimatur, neque cum principaliter excommunicatur faciens, & secundariò consulentes, & iubentes, comprehenduntur hi, si res non fiat. *Nauarr. cap. 27. nu. 78. Suarez. disp. 22. sect. 1. n. 55. & seqq.*

Pag. 170. num. 22. in fine, dele, *non ligatur si non reuelet*, corrige, *ligatur si non reuelet*. Nauarr. cap. 25. numero 46. Suarez. disput. 20. sect. 3. nnmero 14.

Pag. 171. initio dele, *excusat tamen*, vsque ad finem, corrige, *excusat tamen ignorantia probabilis, non autem crassa, & supina*, Nauarr. cap. 27. nu. 16. Sot. in 4. d. 22. q. 1. art. 2. *estque reseruata hæc excommunicatio eidem, cui prior.*

Pag. 172. num. 29. in fi. adde, *dummodo non sit denunciatus, aut notorius clerici percussor*, Nauarr. conf. 1. de iurepatr.

Pag. 174. num. 36. *corrige totum sic*, 36. Excommunicatum denunciatum, vel notoriè percussorem clerici, vel hæreticum non licet sepelire in sacro, nec pro eo hostias offerre. *Nauarr. cap. 27. nu. 134. Tolet. lib. 1. cap. 38. & 39.*

Pag. 177. num. 4. post illa verba, *valida est absolutio data*, adde, *ab habente potestatem iure ordinario*, & in fine numeri adde. *Nauarr. cap. 27. nu. 37. Ang. absolutio 3. nu. 2.*

Pag. eadem num. 6. dele, *quin etiam post Concilium* vsq; ad finem numeri.

Pagina 181. numero 1. post verba, *quatenus hæretici sunt*, adde, *idest in causa hæresis, vt dum fugiunt inquisitorem, dum agitur contra eos.* Tolet lib. 1. cap. 19.

Pag. 182. num. 7. *corrige totum sic* 7. per pedagia, & gabellas, intelligenda sunt etiam portoria, & alia vectigalia quæcunque. *Nauarr. cap. 27. numero 61. Tolet. libro primo, cap. 21.* Nec cum Rosella, & Tabiena dici potest non excommunicari, qui vetera augent, cum post Pium V. id expressis verbis asserat Bulla.

Pagina 183. versiculo octauo, *expiarunt*, corrige, expirarunt. Ibidem in fine eiusdem numeri post verbum, *comburat*, adde, *quia inutiles*.

Pagina 184. numero 16. dele, *Denique facientes*, vsque ad finem numeri, *adde*, aut prohibent accessum ad Romanam curiam pro illis impetrandis, earumue impetrationem, vel vsum.

Pagina eadem num. 20. *corrige totum sic*, 20. Concessis omnibus casibus huius Bullæ, intelligitur etiam concessus casus hæresis, *ita declarauit sacra Congregatio*, sed aduertendum concessionem eiusmodi singulis annis reuocari cum amplissimis dero-

derogatorijs, dum hæc Bulla in die Cœnæ Domini promulgatur.

pag. 185. versic. 5. dele, *secundum quosdam*, & corrige, *Vide Nauar. cap. 27. num. 80.*

pagina 187. versiculo quarto; dele totam parenthesim, & corrige eam sic, *& hunc postremum Concilium Tridentinum vult etiam esse suspensum, quamdiu volet Episcopus.*

pag. 188. num. 16. dele, *Pius Quartus*, & in fine numeri adde, *vide extensionem in constitutionibus Greg. xiij. & Clementis viij.*

pag. 189. nu. 3. dele, *non inciaũt, etc.* vsq; ad fin. numeri.

pag. 190. versic. 3. dele illa verba, *excusat iusta causa*, vsq; ad finem numeri, *& corrige*, Nec sunt statuta contra libertatem, quæ moderantur expensas funerum in ijs, quæ non applicantur Ecclesiæ, nec concernunt diuinum cultum, vel animarum suffragium, sed mundanas pompas, *Sylu. Immunitas 1. nu. 10. cum Io. de Imol. & Panor.*

Pag. 191. num. 13. dele, *intellige si fiat &c.* vsque ad finem num.

pagina 192. versic. 4. dele, *intellige id quando, &c.* vsque ad finem num.

pag. eadem num. 15. dele, *nec admodum certum*, &c. vsque ad finem numeri.

pag. 194. num. 8. dele, *etiam excommunicatus, &c.* vsque ad finem numeri, *& scribe*, non tamen excommunicatus, aut suspensus nominatim, quicquid dicant, *Palud. Sylu. & Armilla, vide Suarez disp. 14. sect. 1. num. 7.*

pag. 196. versic. 3. *falsare non est*, dele totum numerum, *& corrige sic*. 2. Non licet amissæ scripturæ de hæreditate, aut nobilitate aliam similem facere, etiam si nulli fiat iniuria; sicut neq;

neq; licet conuento super mutuo; quod iam soluerit, falsum solutionis instrumentum producere, *Couar. lib. 1. var. resol. cap. 2. num. 3.*

pag. eadem, verbo Fama, num. 1. *patris viciniæ*, corrige, *partis viciniæ*.

pagina. 201. num. 6. dele Pius Quartus, *& corrige*, & Magistri, *Conc. Trid. sess. 25. cap. 2. de reform. & Pius Quartus*.

pag. eadem num. 2. *corrige totum sic*. 2. Pro fideiussione Prælati non tenetur successor, sicut neq; tenetur in alijs contractibus, quos prædecessor fecit nomine proprio; secus si contraxit nomine Ecclesiæ, & eius non suam rem agens. *Couar. li. 2. var. resol. cap. 15. num. 6. Molina de contrac. disp. 492.*

pag. 215. num. 7. dele, *expirare eo mortuo, &c.* vsque ad finem, *& corrige*, expirat eo mortuo, *cap. si gratiosè de rescriptis in 6. & est communis*.

pag. 216. num. 10. *corrige totum sic*, omnis expressio falsi momentis Principem ad gratiam concedendam, vitiat; non ita omnis taciturnitas veri, sed solum ea, qua tacetur verum, quod iura iubent exprimi. *Vide Nauar. cap. 22. num. 86.*

pagina 233. vers. 3. dele, *non est illum occidere*, vsque ad finem numeri, *& corrige*, non solum est non defendere: sed illum occidere.

pagina eadem num. 9. *corrige totũ sic*. 9. Eum, qui insidiatur tuæ vitæ, non potes priuata auctoritate, antequam te inuadat, præuenire, & occidere. *S. Thomas 2. 2. quæst. 64. artic. 7. Sot. lib. 5. quæst. 1. artic. 8. Sylu. Homicidium 1. q. 5. Petrus Nauar. lib. 2. cap. 3. num. 330. & seqq.*

Ibidem dele numeros 10. 11. 12. & repone vt infra.

10.

10. In nullo prorsus casu licet homini semetipsum occidere. *D. Thom. 2. 2. q. 64. artic. 5.*

11. Publicè diffidatum, & damnatum, vt à quolibet possit occidi, occidere non licet extra fines iurisdictionis eius potestatis, à qua damnatus est. *Sylu. Homicidium 1. quæst. 3.*

12. Non solum homicida est, qui occidit: sed et qui mandat; si tamen re integra expresse, & sine vlla fictione mandatum reuocauit, immunis est ab homicidio; non ita qui consuluit, quia si eius cõsilio motus est quis, vt occideret, homicida est, & irregularis, etiam si ante effectum secutum reuocauerit, *Silu. Homicidium 1. q. 7.*

pag. 234. num. 15. dele, *licere aiunt, quidam &c.* vsque ad finem, *& corrige*, non licet in foro conscientiæ.

pag. 235. num. 19. dele, *quod si ille, &c.* vsque ad finem, *& corrige*, & etiam si homicida ad accusationem aduersarij morte damnatus sit, adhuc superest restituendi obligatio si damnum secutum sit.

pag. 238. num. 8. in fine dele, *non tenetur supplere*, & corrige, *tenetur supplere*, Nauarr. cap. 11. de oratione num. 37.

pagina 239. num. 11. *Corrige totum sic.* 11. Qui solum mentaliter officium dicit non satis facit obligationi. *Tolet. lib. 2. cap. 12. Canonistæ communiter cap. dolentes de celebr. miss.*

pagina 241. num. 8. post illa verba, *nec oua, aut lacticinia extra quadragesimam*, adde, *vbi est consuetudo.*

pag. 244. versic. primo, dele, *sed diuinum id, &c.* vsque ad finem, *& corrige*, sed id ego nullo modo concesserim, cum ea lex non sit vsu recepta.

pag. 247.

pag. 247. num. 14. dele, *ac in oblitus est reseruatis,* vsque ad finem numeri.

pag. 248. versiculo vltimo, *potest plus eleemosyna*, corrige, *potest mulium eleemosyna*.

pagina 251. num. 4. corrige totum sic, *Non potes ad tui defensionem, aut proximi detegere crimen infamantis ad minuendam eius famam, ne ei credatur, nisi accusando in iudicio, in quo probare possis. Potes quidem dicere eum mentiri. Potes & tibi dignum honorem, aut gradum, &c.* vt in libro. sed.

pag. 252. versic. 4. post verbum, *puto*, adde si fiat ex iusta causa, *& in fine numeri, adde*, & hoc tenendum.

pag. 252. num. 7. *debere satisfacere*, corrige, *debet satisfacere*, & dele, *alij aiunt, alij negant* vsque ad finem.

pag. 253. verbo infidelis num. 1. *corrige totum sic*.

1. Infidelibus etiam ex causa necessitatis, aut vtilitatis vendere, aut dare ea, quæ ad cultum infidelitatis præcisè inseruiunt, mortale est, *Caiet. 2. 2. quæst. 169. artic. 2. Molina disp. 340. nu. 34. & tradere eis libros sacros comburendos etiam timore mortis, mortale est, secundum D. August. Epistola 164. & 171.*

pagina 255. num. 2. *corrige totum sic*. 2. Iniuriam repellere licet etiam percutiendo, si id opus sit ad necessariam defensionem; post acceptam tamen iniuriam non licet repercutere ad vitandam ignominiam, *Diuus Thomas, & Caietan. secunda secundæ q. 108. artic. primo*.

pag. eadem num. 3. *in fine adde*, dummodo id non ex odio, & coram iudice competente faciat, & crimen non sit occultum, sed tale, vt probari possit.

pa-

pagina 263. num. 12. in fine dele, *reperiri*, corrige, *repeti*.

pagina 264. verbo irregul. num. 2. *in fine, dele*, alij tamen negant, *& corrige*, sed falsò, quia in contrarium est consuetudo, *vide Nauar. cap. 27. num. 254.*

pag. 266. num. 4. *Si quis progressus*, corrige, *si quis professus*, Ibidem, *virginem dixit*, corrige, *virginem duxit*.

pag. eadem versiculo penultimo dele, *omnia*, corrige, *omni*.

pagina 268. num. 2. *in fine adde*, si delictum est occultum.

pag. 273. versic. 1. dele, *nullus censendus est irregularis*, corrige, *omnes censendi sunt irregulares*, Couar. 2. par. de Homic. §. 2.

pag. 274. num. 5. dele, *nec si cum manipulo* &c. vsque ad finem numeri, & adde: *Ang. irregul. 1. num. 38. Sylu. v. Irreg. nu. 14. & Nauar. c. 27. num. 242.*

pagina 275. versiculo 3. dele, *aut pontificalia*, Et post verbum, *aut ignorantia*, adde, *An verò liceat exercere pontificalia*. Vide Suarez. disp. 42. sect. 4. num. 14.

Pag. ead. in fine num. 6. adde, quod verum est si elapso dicto tempore celebret, quia solo lapsu temporis sine alia absolutione suspensio tollitur; vel si non sit vera suspensio, sed prohibitio quædā.

pag. 276. verbo Iudæus num. 1. *aut eius medici opera vtendo*, corrige, *non tamen eius medici opera vtendo*, iuxta constitut. Greg. XIII.

pag. eadem num. sequente, adde in fine, *nec cum certò scitur illis abusuros*, Caiet. 2. 2. q. 169. artic. 2. Molina disp. 349.

pag. 294.

pag. 294. versiculo 8. *extortum vt*, corrige, *extortum vi*.

pag. 297. num. 32. *corrige totum sic*. 32. qui ex priuilegio potest dispensare in votis, vel commutare, non propterea potest idipsum in iuramentis. *Vide Nauar. cap. 27. num. 275.*

pag. 298. versic. 6. *vel ea non voti*, corrige, *vel ea non vti*.

pag. 300. versic. 6. *aut sex menses*, corrige, *aut clericus intra sex menses, cap. si laicus de iurepatr. lib. 6.*

pag. 308. versiculo vltimo, *comparatur*, corrige *computatur*.

pag. 312. numer. 11. *corrige totum sic*. 11. Leges laicorum nullam habent vim obligandi clericos; si tamen non sint contra Sacros Canones, & sint fauorabiles, & priuilegiatiuæ, vel ipsi naturali rationi, & iustitiæ innitantur, seruandæ ab eis sunt, vt lex de seruando certo iusto pretio rerum & similes, *Vide Nauarr. cap. 23. num. 88. & cap. 27. num. 115.*

pagina 314. versiculo sexto, *amittenti*, corrige, mittenti.

pag. 316. num. 4. adde in fine, *nec illi cooperetur, & cesset scandalum*, lege Anton. 3. par. tit. 8. capit. 4. §. 12. in fine, Sylu. v. ars. q. 7. *Ang. v.* Histrio q. 1. Tabienam, Armillam eodem.

pag. 320. num. 12. dele, *quidam tamen dicunt, &c.* vsque ad finem numeri, & corrige, *Vide D. Th. 1. 2. quæst. 74. artic. 8. Sylu. v. Delectatio, q. 1. Non licet autem delectari carnaliter cogitando de copula licita, præterita, vel futura, ita vt insurgat sensualis concupiscentiæ motus, & delectatio sit de motu præsenti occasionato ex cogita-*

gitatione præteriti, vel futuri, sylu. ibidem quæst. 3.

pag. 331. num. 2. in fine, *benedictum*, corrige, *est benedictum*.

pag. 334. versic. 11. dele, *quod non probo*, & corrige, *quod tenendum est cum communi sententia, est enim conditio destruens naturam contractus matrimonialis, in quo debet alter in alterius corpus ius acquirere. sot. d. 29. quæst. 2. artic. 3. Couar. 2. part. de matrimon. cap. 2. §. 1. num. 3.*

pag. 335. versic. 3. dele, *contrahentem post votum*, &c. vsque ad finem numeri, & corrige, *contrahentem post votum castitatis, aut suscipiendi Ordinis sacri teneri, antequam consumet, implere votum suum, cum adhuc possit intrando religionem alij negant, alij probabilius affirmant, peccareq; ideo eum quando prima vice consumat etiam si non petat, sed reddat. syl. matrim. 7. q. 5. §. 2. Nauar. cap. 22. num. 73.*

pag. eadem, versiculo 14. dele, *si verò alter sit in quarto, &c.* vsque ad illud, *quoto gradu, &c.* & corrige, *Quod si alter sit in quarto, alter in tertio, & exprimatur in supplicatione tantum quartus, sufficit ad valorem dispensationis, obtinendum tamen sunt postea literæ declaratoriæ super gradu propinquiore*, iuxta stylum curiæ Romanæ, & constit. Pij Quinti 23. quæ incipit, Sanctissimus.

pag. 341. versic. 4. post illud, *vxore consentiente*, adde, *& castitatem vouente*, iuxta c. cum sis, de conuers. coniug.

pag. eadem num. 12. in fine post illa verba, *adiri Papa*, adde, *propter legitimum impedimentum.*

tum, dummodo matrimonium sit publicum, & impedimentum occultum, Nauar. capit. 22. num. 85. cum Ang. & Sylu.

pagina 342. versic. 9. *adde in fine*, propter legitimum impedimentum; si tamen vt supra dictum est, matrimonium sit publicum, & impedimentum occultum.

pag. 350. num. 18. *corrige totum sic*. 18. Non licet missam celebrare sine ministro, iuxta rubricam missalis, & Ecclesiæ consuetudinem.

pag. 351. num. 23. dele, *quo etiam si absit, &c.* vsque ad finem numeri.

pag. 352. num. 27. *corrige totum sic*. 27. Non licet notabiliter ante auroram, & post meridiem missam celebrare sine dispensatione. Ita rubricæ missalis, & Ecclesiæ consuetudo. Licèt tamen secundum mentem, *Anton. Sylu. & Ang.* propter necessitatem communicandi ægrotum morti proximum de licentia Episcopi, vel etiam sine ea vt vult, *Nauar. cap. 25. num. 85.*

pag. 353. num. 32. *adde in fine*, vel quamprimum commode poterit Conc. Trid. Seff. 13. cap. 7.

pagina 354. versiculo vltimo, dele, *perficiatur aut*, & adde in fine numeri. *Suarez disp. 85. sect. 1.*

pag. 356. num. 43. *corrige totum sic*. 43. Missa plus illis prodest, pro quibus particulariter offertur. Quod si pro multis offeratur non tantũdem singulis prodesse, ac si pro illis solis offerretur docent, *Sylu. Missa 1. quæst. 10. Tabiena v. restitutio, §. vlt. sot. libro 9. quæst. 3. artic. 1. Nauar. cap. 25. num. 92. scotus quodlib. 20. Toletus libro 2. cap. 8. vbi appellat communem sententiam, & latissimè suarez Tom. 3. disp. 79. sect. 12.*

pag.

pag. eadem num. 44. *corrige totum sic*. 44. Illud certum est Sacerdotem, si vni debeat vnam missam, & alteri alteram, non satisfacere si vnam tantum dicat pro vtroque simul, *Iidem Doctores, qui supra*.

pagina 362. verbo Mutuum, numero 2. *corrige totum sic*. 2. Licet aliquid accipere pro obligatione mutuandi; non tamen ratione periculi, cui pecunia mutuo data exponitur, *sot. lib. 6. quæst. 4. artic. 1. Conrad. quæst. 59. de contract. sylu. vsura 2. numer. 2. Tolet. de peccatis mortal. cap. 51.*

pagina 363. num. 4. *corrige totum sic*. 4. Mutuantem etiam vltro posse ex pacto accipere lucrum cessans dicunt aliqui, alij verò negant, nisi rogatus in alterius gratiam mutuet; quæ sententia videtur communis, & tenenda. *D. Thom. 2. 2. quæst. 78. artic. 2. Caiet. ibidem, Scot. in 4. d. 15. quæst. 2. Durand. in 3. d. 37. quæst. 2. Sot. lib. 6. quæst. 1. artic. 3. Sylu. vsura 1. nume. 19. Conrad. quæst. 30. Hadr. q. de vsura, Nauar. cap. 17. num. 212. Petrus Nauar. li. 3. cap. 2. num. 284. Innoc. cap. finali de vsuris.*

pag. eadem versiculo 9. *donatar*, corrige, *donatur*.

pagina 368. verbo oleum, num. 1. *adde in fine*, modo quantitas non Sacri sit minor, vel certè non sit notabiliter maior, *Vide Sylu. v. aqua benedicta q. 3.*

pag. 369. num. 5. *adde in fine*, non tamen ex iustitia, sed ex pura Dei misericordia, *D. Thom. 2. 2. quæst. 83. artic. 16. Palud. in 4. d. 15. q. 5. concl. 4. Gabr. lect. 63. super Canon. Nauar. de oratione cap. 20. num. 76.*

pagina eadem, verbo ordo, numero primo, *Sacra-*

mentam, corrige, *Sacramenta*.

pagina eadem num. 3. *corrige totum sic*. 3. contactum materiæ non esse de essentia Sacramenti putant aliqui: sed esse de essentia, & si omittatur, suppleri debere, docuit D. Thom. in 4. d. 24. q. 1. artic. 1. & in addit. ad 3. par. quæst. 34. art. 5. ad 3. Soto d. 24. quæst. 1. artic. 2. Caiet. tomo primo opusc. tract. 26. quæst. vnica, Syl. ordo 2. quæst. 5. Palud. d. 24. quæst. 1. Anton. 3. par. tit. 16. cap. 14.

pagina 370. num. 6. dele, *sufficit verò calix non consecratus*.

pag. eadem num. 7. *Episcopus datur*, corrige, *Episcopatus datur*.

pagina 371. num. 16. *corrige totum sic*. 16. Abbas mitratus & Sacerdos, potest conferre tonsuram, & ordines minores suis subditis regularibus tantùm. *Ita statuit sacra Congreg. Interpretum Concilij*.

pagina 374. num. 29. dele, *Item subditum vicini Episcopi*, vsque ad finem numeri, *& adde*, vide Conc. Trid. sess. 23. cap. 8. de reform. & seqq.

Ibidem num. 31. dele, *aut Episcopum, &c.* vsque ad finem numeri, *& adde*, sed opposita sententia colligitur ex cap. quæsitum de temp. ordin. tenet Hadr. in 4. q. 7. de Eucharistia, Nauarr. cap. 25. num. 72. vbi pro eadem citat D. Thom. Sylu. & Ric.

pagina 375. num. 38. dele, *intelligitur si sciat, &c.* vsque ad finem numeri, *& adde*, attendenda est eius intentio, *Vide Nauar. consil. 1. & 6. de tempor. ordin.*

pagina 376. versiculo 4. post verba, *etiam in Religiosa*,

giosa, adde, si moderatè se ornet. *Nauar. c. 23. num. 18.*

pagina 380. num. 11. *corrige totum sic*. 11. Pater ob famem potest vendere filium, nisi sit in sacris, aut iam extra eius potestatem, quamquam id apud Christianos non est in vsu. *Ang. v. seruitus. Sylu. v. emptio quæst. 4. Nauar. cap. 23. n. 95. Valentia 2. 2. disp. 5. quæst. 20. puncto 5. Medina quæst. 31. de reb. restit.* An vero possit pater ad correctionem percutere filium in Sacris cõstitutum, etiam Sacerdotem, *affirmat Sylu. excommunicatio 6. §. 6.* Tabiena excomm. 5. c. 1. num. 8. *negat Panorm. & alij, quos refert, & sequitur Tolet. lib. 1. cap. 23.*

pagina 383. numero 1. post illa verba, *sed sola de eo cogitatione*, adde, *speculatiua*. Vide D. Thom. 1. 2. quæst. 74. artic. 8. Sylu. v. Delectatio q. 1.

Ibidem num. 2. *in fine adde*, est tamen id periculosum, & vitandum.

pagina 385. versiculo 3. dele, *ego quidem puto, &c.* vsque ad finem numeri, *& corrige*, ego vix puto posse tales excusari. Immo non excusari captiuos, qui in triremibus Turcarum remigant, aut parant, & offerunt arma docent, *Nauar. c. 27. nu. 63. & Tolet. lib. 1. cap. 24.*

pag. 387. verbo Pensio, num. 2. dele, *potest ab hoc*, corrige, *non potest ab hoc*, & adde in fine. Est enim pensio ius quoddam exigendi certam partem fructuum beneficij, & est res annixa spirituali, sicut beneficium, *vide hac de re Maior. in 4. d. 25. q. 5. Sot. lib. 9. q. 7. artic. 2. Nauar. c. 23. num. 111. & li. 3. consil. 52. de præben.*

pagina 392. num. 11. dele, *etiam irrationalis*, &

corrige, *rationabilis*, & adde in fine, *Syl. ver. consuetudo, num. 12.*

pag. 394. num. 3. *corrige totum sic.* 3. Prædicandi licentiam poteſt dare parochus in ſua parochia approbatis ab ordinario, *Lege Concil. Tridentinum ſeſſ. 5. cap. 2. & ſeſſ. 24. cap. 4. de reformat. Nauar. cap. 25. nu. 141.*

pagina 396. verbo præſcriptio, num. 1. poſt illa verba, *etiam in rebus Eccleſiæ*, adde, *Abbas in c. 1. de in integr. reſtitut. dicit hanc eſſe communem ſententiam*, vide Couar. reg. poſſeſſor, par. 2. §. 2. num. 5. cum Doctoribus ab eo citatis, & Molinam diſp. 68. & verſus finem eiuſdem numeri, dele, *ſufficit verò ad uſucapiendos, &c.* vſque ad finem numeri, & *corrige*, Non ſufficit autem ad vſucapionem inchoandam ſi quis rem poſſidere incipiat cum dubio an ſua ſit, ſed neceſſaria eſt bona fides; qua abſque dubio credat rem ſuam eſſe, *sylu. & ſummiſtæ communiter v. præſcriptio, Molina diſp. 63.* & *Doctores l. bonæ fidei, ff. de requirendo rerum dominio.*

pagina 397. num. 2. dele, *quamquam ſi hæres inuaſoris*, vſque ad finem numeri, & corrige, *quamquam ſi hæres inuaſoris bona fide præſcribit quadraginta annis, itidemq; dicendum eſt de re furtiua, quam alioqui non præſcribetur.*

pag. eadem nu. 4. dele, *ſufficit verò in præſcriptione,* vſque ad finem numeri.

pag. 398. n. 9. *corrige totum ſic.* 9. prohibita alienari non præſcribuntur ante triginta, vel quadraginta annos, *Vide syl. præſcriptio 2. num. 12. Molin. diſp. 70.*

pagina 404. verbo Religio, nume. 1. *corrige totum ſic.* 1. Aere alieno ſupra facultates obſtrictus,

etsi olim ingredi poterat religionem, & sic quasi cædere bonis; nunc tamen non potest admitti, nisi prius satisfaciat creditoribus, *ex noua constitut. sixti V. addita moderatione Greg. xiij.*

pagina 407. numero 15. *petentis*, corrige, *potentis*.

Ibidem, eodem nu. 15. *recepta*, corrige, *recepti*.

pag. 411. num. 39. *corrige totum sic*. 39. ad laxiorem religionem non licet professo transire sine licentia Papæ, vel Prælati, qui ex priuilegio Sedis Apostolicæ eam possit concedere, *Concil. Tridentin. sess. 25. cap. 19. de regularibus, & ita seruatur consuetudine*.

Ibidem num. 40. *corrige totum sic*. 40. Professus eiectus tenetnr seruare essentialia suæ religionis eo modo, quo potest, hoc est, tria vota, & etiam annexa suæ regulæ. & etiam gestare habitum, (nisi eo priuatus dimittatur) & ordinario loci in quo viuit se præsentare, eique obedire. Nec sibi licebit thesaurizare: sed quod superest post honestum victum, & vestitum, acquiret Ecclesiæ, cui fortè addictus erit, vel Sedi Apostolicæ, *Vide D. Thom. secunda secundæ, quæst. 184. artic 8. ad 4. & quæst. 185. artic. 8.* & aduerte non debere esse melioris conditionis eos, qui ob demerita eijciuntur, quam illos, qui ob merita assumuntur, *vide etiam sylu. Religio 6. q. 12. & v. Apostata nu. 5. & 6.*

pag. 412. nu. 49. *ructibus*, corrige, *fructibus*, Ibidem. *permitti*, corrige, *permittit*.

pagina 414. num. 56. dele, *& quamuis eius bullam*, &c. vsque ad finem numeri, & corrige, *Veruntamen eius bulla reuocata fuit à Gregorio Decimotertio, an verò aliquid postea reualidata fuerit ex eorum priuilegijs petendum est*.

pagina 415. num. 61. *corrige totum sic*. 61. Prælati exempti habentes iurisdictionem quasi Episcopalem in suos, non possunt in eos quicquid possunt Episcopi in suos subditos, nisi ex speciali indulto Sedis Apostolicæ, *Vide Tolet. lib. 1. c. 89. suarez. tom. 4. disp. 30. sect. 26.*

pag. 417. versic. 11. *mocito*, corrige, *monito*.

pag. 419. num. 8. *in fine*, *adde*, nunc autem parochis non conceditur hæc licentia, iuxta declarationem Sacræ Congreg.

pag. 421. num. 3. *corrige totum sic*. Item qui iniustè impedit habentem ius ad rem, in eam consequatur.

pag. 427. num. 49. *corrige totum sic*. 49. Nec qui rem habuit ab eo, qui dare poterat, & liberè dedit, sed sine iuris solemnitate; modo non sit res Ecclesiastica prohibita sine certa solemnitate alienari, *Lege syl. & alios, v. Alienatio*.

pag. 428. num. 59. dele, *vsurarius tamen, &c.* vsq; *restituere*, inclusiuè, & corrige, *vsurarius etiam tenetur suis expensis, & labore restituere*, iuxta doctrinam vniuersalem Diui Thomæ secunda secundæ, quæst. 62. artic. 5. & Caietan. ibidem, Nauar. cap. 17. num. 43. Sylu. Restitutio 4. num. 4. Tabiena num. 13.

pagina 430. num. 1. *administrandum*, corrige, *ad ministrandum*.

pag. 431. num. 3. adde in fine, *si non potes commodè ab alio habere, & tuæ necessitati, aut vtilitati spirituali prouidere*.

Ibidem num. 6. *adde in fine*, approbato tamen ab ordinario.

pagina 433. verbo satisfactio nume. 1. *corrige totum sic*. 1. Qui indulgentias consecuti sunt, non

ideo

ideo deberent omittere pœnitentiam iniunctam, hæc enim non ſolum iniungitur ad ſatisfactionem peccatorum præteritorum, ſed etiam plerunque ad remedium futurorum, *vide D. Thom. in 4. d. 20. quæſt. 1. artic. 3. syl. v. Indulgentia*, num. 23.

pag. 440. num. 3. *adde*, & modo abſit periculum probabile animæ.

pag. 441. verſic. vlt. dele, *nec ſoluere, &c.* vſque, *aut dignitas*, incluſiuè.

pag. 442. verſiculo decimo poſt illa verba, *nec sacra vendere ratione materiæ*, adde, *ſi plus habent de temporali, quam ſpirituali, vt calix, & ſimilia*.

pag. 443. verſic. 2. dele, *aut cum pacto oneris*, &c. vſque ad finem numeri.

pag. 444. nu. 7. *corrige totum ſic*. 7. Renuntians Simoniacè puniri poteſt, & priuari beneficio, non tamen perdit ipſo iure illud, quia renunciatio eſt nulla. *Nauar. cap. 23. num. 105.* Nec obſtat conſtitutio Pij V. quæ de acquirentibus Simoniacè, non de reſignantibus loquitur.

Ibidem num. 9. *adde in fine*, Nauar. conſ. 34. de Simon. Pariſius de reſignat. lib. 4. q. 2.

pag. 446. verſ. 3. *capitalis*, corrige, *capitali.*

pag. 448. verſic. 3. dele, *ſecundum quoſdam*, vſq; ad finem numeri, *& adde*, ſecundum Innoc. Ioan. And. Hoſt. & alios communiter, cap. ſuper eo de cond. appoſ. Hadr. q. 10. de matrim. oppoſitum ſuſtinet. Sotus in 4. d. 29. q. 2. artic. 1. priorem ſententiam probabiliorem exiſtimat.

pag. 449. nu. 5. *iuraret*, corrige, *iurauerit.*

pag. 453. verſ. 3. dele, *etiam cum pontificalibus.*

Ibidem num. 12. *corrige totum ſic*. 12. Suſpenſionis

sententia, eiusq; effectus per sequentem appellationem minimè suspenditur; quia censura Ecclesi. executionem secum trahit, *vt dicitur in c.pastoralis,§.verum,de appell.& ca. is cui,de sent.excomm. in 6. Vgolin. de censuris Ecclesi. tabula 4. cap. 5. §. 1.*

Ibidem versiculo vltimo, dele, *prohibetur*, corrige, *iubetur*.

pagina 458. num. 19. *corrige totum sic*. 19. Suscipiens duos ordines sacros eodem die, vel vnum sacrum cum aliquo ex minoribus est irregularis; nec amplius excusare potest contraria cõsuetudo, quæ sublata videtur nouo iure *Concil. Tridentin. sess. 23. cap. 13. de reform. ita Tolet. libro primo, cap. 71. quicquid dixerit Nauar. cap. 27. num. 241.*

pagina 480. Verbo, *Virginitas*, dele, *aiunt, & quidam*, &c. vsque ad finem numeri, & adde, *syl. v. virginitas numero 3. ex D. Thom. in 4. d. 33. art. 1. ad 5.*

pagina 482. num. 2. *corrige totum sic*. 2. In dubio an voueris, vel an cum vouisti, compos esses mentis, votum seruandum est, vel petenda dispensatio. *Azor. lib. 11. cap. 15. q. 2. cum Archid. Ang. & sylu.*

pagina 489. versiculo 5, dele, *statuit*, corrige, *statui*.

pagina 490. versiculo 4. dele, *& forte etiam*, vsque ad finem numeri, *& adde*, non tamen inæquale bonum, *sylu. votum 4. q. 7. Ric. in 4. d. 38. art. 8. q. 1.*

pag. 491. num. 16. *corrige totum sic*. 16. Qui potest ex priuilegio vota commutare, non propterea potest in eis dispensare; nec talis potestas extendit

dit se ad vota iurata, nisi id exprimatur in priuilegio. *Nauarrus capite duodecimo, numero 79.*

Ibidem num. 18. *corrige totum sic*, 18. cum religioso, qui vouit transire ad arctiorem religionem, non potest dispensare superior, vt maneat, sine speciali Sedis Apostolicæ indulto. Caiet. 2. 2.q. 88.art. 8. dub. 5.

Pag. 494. ver. 4. *esse*, corrige, *esset*.

Ibidem versic. 13. *proprietatum*, corrige, *proprietarium*.

Ibidem versiculo vigesimo, *certum*, corrige, *centum*.

Pag. 496. num. 2. *corrige totum sic*, 2. vsurarius, qui nulla alia habet bona, nisi restitutioni obnoxia, si donet, aut in dotem det, non tenet. *Sylu. vsura 8. quæst. 1. Tabiena, vsura 6. §. 2. Sot. lib. 6. q. 1. artic. 4. Molina, disp. 228. & 330. Tolet. lib. 5. cap. 35.*

Pag. 497. num. 13. dele, *excusatur tamen*, vsque ad finem numeri.

Ibidem num. 14. *adde in fine*, Caiet. 2. tom. opusc. tract. 8. cap. 5. Madin. de rebus per vsuram acquisitis, quæst. 4. ad 5. principale, Sot. lib. 6. quæst. 1. art. 4. ad 3. Sylu. vsura 6. quæst. 10. Molina disputatio. 332. si quæ tamen res mutuatarij eadem superest, eam restituere tenetur quicunque habet.

Pag. 499. num. 6. *corrige totum sic*, 6. Hospitali, seu alij loco pio relicta, postea quam sunt incorporata, non possunt alienari sine iuris solemnitate, *Summistæ, ver. alienatio. Panorm. & alij Doct. in cap. nulli, de rebus Ecclesiæ alienan. Concilium Tridentinum sessione 22. cap. 11. de reforma-*

tione

tione extra, cap. ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ alien.

Pag. 473. verbo venditio, num. 7. *corrige totum sic,* vendere rem expectata pecunia maiori pretio, quā valeat numerata in eodem venditionis genere per se, & simpliciter est illicitum, & vsura palliata, *cap. cum nostram, de emptione, & ex communi Doctorum sententia. D. Thomas 2. 2. quæstio. 78. art. 2. ad 7. Conrad. quæst. 79. Sot. lib. 6. quæst. 4. art. 1. Nau. cap. 23. num. 81. Tolet. tract. de pecc. mort. cap. 50. Molin. disp. 355. & 357. Summistæ ver. emptio.* Verum tamen merces, quæ solent frequentius vendi pecunia credita, quam numerata, vt lana, aromata, & similia, vendi possunt pluris expectata pecunia, quam vendantur numerata etiam vltra rigorosum, quia in eo venditionis genere ex communione ementium, & vendentium vsu, & æstimatione illud fit iustum pretium. Ita Sotus lib. 6. quæstio. 4. art. 1. Salycett. in authen. ad hæc. quæst. 9. & 11. C. de vsur. Decius conf. 11. Couar. var. resol. cap. 3. nu. 6. Boninsegn. tract. de venditione ad tempus. Molin. disp. 357. tribuit etiam victoriæ, & Collegio Sorbonico, & eam plerique recentiores sequuntur & est in vsu.

Pag. 161. num. 13. post prima hæc verba, *qui in Pasca habet casus reseruatos,* adde, *nec potest adire superiorem.*

Epigram-

Epigrammatum Flores.

Ex Epigrammatum Floribus, per Leodagarium à Quercu.

TOMO PRIMO.

In Picterij Epigrammatis, deleatur, *Epigramma ad Marathonem*, quod inuenies fol. *6*. in impress. Paris. Ann. 1560.

In Epigrammatis Simonis Vallamberti, paulò post principium, deleatur Epigramma hac inscriptione, *D. Margaritæ Reginæ Nauarrorum*.

TOMO SECVNDO.

Expungantur carmina, Eobani Hessi, & Georgij Buchannani, & Sylua Germani Brixij Antisiodorensis in Thomam Morum.

Deleantur tandem in hoc libro ad calcem epithalamij Cl.

Espunge Epigramma, cuius initium est, *O vtinam, Christum saperes*.

Franciscus Duarenus.

Ex Francisci Duareni Libris octo, de sacris Ecclesiæ ministerijs, ac beneficijs.

In Operis fronte deleantur illa verba, Item pro libertate

tate Ecclesiæ Gallicæ, aduersus Romanam aulam defensio Parisiensis curiæ, Ludouico XI. Gallorum Regi quondam oblata.

Expungatur præterea totus is liber, *Pro libertate Ecclesiæ Gallicæ*, ad finem huius Operis.

In præfatione Operis versus finem, deleantur illa verba, *Nam vt eis concedamus posteriorum Pontificum decreta veteribus longè dissimillima esse, &c.* vsque ad illud, *Romano præfuerunt Imperio*.

Lib. 1. cap. 2. in medio ibi, In Alex. III. Rom. sed vi, & armis, ne dicam tyrannide, del. illud, *ne dicam tyrannide*.

Cap. 4. Totum expungatur.

Cap. 5. versus finem deleantur illa verba, *Porrò ex iam dictis satis colligi potest non omnino alienum à vero esse &c.* vsque ad fi. capitis.

Cap. 10. initio, deleantur illa verba, *quam potestatem à Christo acceperit, nec ne*, vsque ad illa verba, *quæ sunt ad medium capitis, & magnitudine sua nunc laborare videatur*.

Cap. 11. aliquantum post medium, deleantur illa verba, *Reges præterea, ac Imperatores non adfuisse tantum synodo, sed & præfuisse legimus &c.* vsque ad finem totius capitis.

Cap. 21. vbicunque toto hoc capite monachorum familiæ vocantur sectæ, deleatur illa vox, *sectæ*.

Cap. 24. ad medium, deleantur illa verba, *quod genus monialium vetus (vt existimo) non nouit Ecclesia*.

Lib. 2. cap. 4. ad medium, deleantur illa verba, *Sed puto maiores nostros satis aduertisse, nihil Ecclesiæ exitialius, pestilentiusque esse, quam ministrorum eius nimiam opulentiam, &c.* vsque ad

ad illud 12. post lineam, & calamitatum exilijsse videatur.

Lib. 5. cap. 11. aliquantum post medium, deleantur illa verba, *atque hinc facilè apparet, simul cum nomine mutatum hominem, &c.* vsque ad illa verba, *alijs rebus pietatem colas*, & post paginam fermè, deleantur rursus illa verba, *idque cum considero; in mentem mihi venit, quod Liuius, &c.* vsque ad illa verba, *aliquid immixtum violemus*.

Cap. 12. ad finem, vbi de monastica vita agit, del. duæ dictiones, *sectæ, & sectarum*.

Lib. 6. cap. 3. post principium, deleantur illa verba, *nec satis perspicio, vt se excusare possint hoc modo promoti à Pontifice, &c.* vsque ad illa verba post viginti lineas, *nihilominus obseruentur*.

Cap. 4. postremis verbis primi §. deleatur illa parenthesis (*nam luxum dicere non ausim*.

Lib. 7. cap. 6. in fine deleantur illa verba, *hoc autem genus expiscandæ pecuniæ, &c.* vsque ad finem capitis.

Caput 10. vbi de immutatione cleri agit totum, *auferatur*.

Lib. 8. cap. 4. ad finem, deleantur illa verba, *hinc fit, vt captores beneficiorum Romam certatim cursitent, &c.* vsque ad illud, *modo is numeret, denegari consueuit*.

Fran-

Franciſcus Georgius.

Cenſura, & correctio in Problemata Franciſci Georgij Venetijs impreſſa MDXXXVI.

In Dedicatoria.

Facie prima, verſ. 13, poſt illa verba, *Beatitudini tuæ eius in terris vicem gerenti*, vbi legit, *non dicari ſtudia noſtra præſertim Chriſtiana ſine ſummo penè ſcelere non poſſunt*, legas ſic, *dicaris ſtudia noſtra præſertim Chriſtiana omni iure debentur*.

In præfatione.

Pag. 1. facie ſecunda, ver. 2. dele illud verbum, *tantum*, verſ. 20. dele verba, *illos nouos*, verſ. 23. dele à verbo, *vt Orfei*, vſque ad verbum, *vincatur*.

Epigramma in alijs impreſſionibus dimittatur.

Tomi primi, ſectionis primæ in titulo, *pro ſacramentalibus*, lege, *ſacris*.

Probl. 1. pagina prima habet, nam vulgarium animarum oculi, vt Meliſſus habet diuinitatis radios ſuſ ferre nequeunt obliteranda ſunt hæc verba.

Pag. 1. probl. 4. legit, *de Moyſe*, *ſed eruditiſſimus Philoſophus*, legas, *Theologus*, in eodem in fine, mordet vulgatam editionem inquiens, ſed propria interpretatio habet, *Terra erat chaos, & in quo ipſus producendum inerat*, legas, tu quid poteſt interpretari, *Terra erat chaos &c.*

Pagina prima, probl. 5. legit ipſe, *quomodo, & à quo Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas?* dele totum vſque ad verbum illud, *nonne*, & lege, *quomodo Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas?* vt ha-

vt habet vulgata editio, vel vt habetur in hebraica, confouebat aquis, siue volitabat super aquas, nonne quia &c. In eodem dele Parenthesim, quæ videlicet, Filius est, &c. In eodem dele ab illo verbo, *qui Spiritus*, vsque ad finem.

Pag. 1. probl. 6. legit, *sit lux*, legas vt vulgata editio, *fiat lux*.

Pagina secunda, problemata 7. in fine, dele illa verba, *hinc ipsis distinctis fiebant duo sacrificia*, vsque ad finem.

Pagina secunda, probl. 8. legit, *arbitraria*, legas tu, *allegorica*.

Pag. 2. Probl. 9. dele *impugnationem literæ, sed cur præmittit vesper?* & verbum, *igitur*, In eodem in fine in secundo responso: vbi legit, *de natura mali*, legas, *imperfectum*.

Pag. 2. probl. 10. legit, *quod non propriè firmamentum*, corrige, & lege, *quod non tantum firmamentum significat*, vt habet vulgata editio, sed etiam expansum, extensum, &c.

Pag. 2. probl. 12. legit, *supramundanas*, lege, superiores, in eodem legit, *nonne aquæ supramundanæ*, legas nonne allegoricæ aquæ superiores, &c. in eodem legit obstaculum, legas dispositionem diuinam, in qua. In eodem legit, *secundum naturalem dispositionem*, legas, *secundum Dei beneplacitum, & recipieritis dispositionem*, in fine dele, *naturalium donorum, videlicet*.

Pag. 3. probl. 14. legit, *vt habet veritas hebraica*, legas, *vt aliꝫ transferunt*.

Pag. 3. probl. 18. dele parenthesim illam, *secundum quorundam*.

Pag. 4. probl. 24. dele totum secundum responsum, vbi mordet communem editionem Patrum, & ap-

appellat Latinos Patres sciolos.

Pag. 4. probl. 25. legit, *an forsitan in hoc feculento, &c.* dele totum hoc responsum, & lege, *nonne in hoc mūdo inferiori cū de limo terræ formatus fuerit*. In eod. in 2. responso, dele, *igitur*, & lege, *etiam*.

Pagina 4. dele probl. 26. & 27. in quibus sequitur opinionem Platonis in productione hominis.

Problemate 28. pagina quarta legit, *nulla peccati, vel ignorantiæ labæ præpedita*, lege, *habituum, ac specierum pleno*.

Pagina quarta, problemate 29. asserit, *mas. & fœminam esse creatos coniunctos per dorsum, Platonicum,* dele totum.

Pag. 5. probl. 31. totum obliterandum, quia negat Paradisum terrestrem.

Pagina quinta, problemata 32. dele, *confutationem*, vsque ad secundum responsum. In eodem responso secundo, dele dictionem, *igitur*, & lege, *an etiam*.

Pag. 5. & 6. dele problemata à 33. vsque ad 39. inclusiuè.

Pag. 6. probl. 41. legit, *demoniaca, dele*.

pag. 6. probl. 42. legit, *cum quia animam sortitur à loco magis peculiari ipsi diaboli, quam vir*, dele hæc verba. In eodem legit, *tum etiam., quia deest ei illa vera Dei Imago, quam diabolus summoperè veretur*, lege, & corrige, *tum quia in muliere non est adeo perfecta ratio Imaginis Dei quam diabolus maxime veretur sicut in homine,* ideo Paulus.

Pag. 7. probl. 44. legit, *vt quidam hebræi garriunt,* corrige, *vt textus scripturæ docet*.

In eodem dele parenthesim, *vt ipsi dicunt*, lege, *vt quidam hebræi dicunt*.

In eo-

In eodem legit, *sed cum de arbore, &c.* lege, & corrige, *sed si allegoricè de arbore plantata in supramundano horto fiat sermo*.

Pagina 7. problem. 45. dele totum, quia tollit sensum litteralem.

In eadem pag. probl. 47. dele parenthesim, *vt aliqui opinantur*.

Pag. 7. probl. 49. legit, *an quia peccatum originem habuit à parte sensitiua, ac muliebri, vt plerunque solet euenire*, corrige, & lege, *an quia suadente Eua peccauit, nec tamen excusatus fuit, cum mulierem non suscepisset in dominam, sed in adiutorium*.

In eodem dele à secundo responso vsque ad finem.

Pag. 8. probl. 54. post dubitationem illam, *sed quod sit semen diaboli per serpentem denotati, habet non parum difficultatis*, legit, *qui existimant, &c.* lege, & corrige, *An vt quidam aiunt, quia dæmones corporei, & ad genituram apti, an saltem per incubum, & succubum, vt Theologi, & Canonistæ concedunt, an semen illius erunt cæteri dæmones, qui & Angeli eius appellantur, an semen diaboli erit peccatum*.

Pag. 8. probl. 55. legit, *ex falsa traductione*, corrige, *ex vulgata editione*.

In eodem legit, *ex veritate litteræ*, corrige, *ex textu hebraico*.

Pag. 8. probl. 56. legit, *sed melius, vt R. Salomon exponit*, lege, *vel vt quidam aiunt, & angustius, &c.*

Pag. 9. problem. 59. dele totum, tollit sensum litteralem.

Pag. 9. probl. 60. dele primum responsum.

Pag. 9. probl. 61. legit, *an è loca supramundano*, ad-

 de,

de, *an etiam è loco supramundano*.

Pag. 9. probl. 62. totum dele.

Pag. 10. probl. 66. legit, *an quia sortitus erat animam bonam, vt esset principium, & pater diuinæ familiæ*, corrige, & lege, *an quia futurus erat principium, & pater electæ familiæ*.

SECTIO SECVNDA,

De Noè, & Diluuio.

Pag. 11. dele in probl. 74. parenthesim illam, *vt nonnulli satis leuiter opinati sunt*.

In eodem in parenthesi secundi responsi, dele dictionem, *magis*.

In eodem dele verba in fine, *cui loco prædominatur Deus*.

Pag. 11. probl. 79. legit, *& insufflauit Dominus in nares hominis spiraculum vitarum*, lege cum vulgata editione, *& insufflauit in faciem eius spiraculum vitæ*.

Pag. 12. probl. 80. legit, *si est in terra vt aiunt*, lege, & corrige, *cum sit in terra, vt litera docet*.

Pag. 12. probl. 84. legit, *in veritate autem literæ habetur*, lege, *in hebraica editione habetur*.

Pag. 12. probl. 85. dele verbum, *malitia*, in primo responso.

pag. 12. probl. 87. dele in fine, *vnde peritissimus error, & culpa*.

Pag. 12. problem. 88. continet duos errores, primum ignem interfuisse in diluuio, secundum applicat hæc Filio, & Spiritui Sancto, *dele totum*.

Pag. 13. probl. 90. legit in secundo responso, *sacramentalis agni*, lege, *figuralis*.

Pag. 13. probl. 91. dele ab illo verbo, *inde prouenientem*, vsque ad verbum, *indicat*, sed melius esset quia mihi videtur fabulosum.

Pag. 13.

Pag. 13. probl. 92. mordet vulgatam editionem,& tollit, *dele totum*.

Pag. 13. probl. 94. legit, *qui tanquam interpres Patris, & Filij*, lege, & corrige, *qui tanquam Doctor missus est à Patre, & Filio*.

In eodem legit, *sicut de Mercurio legitur*, dele vt fabulosum.

Pag. 13. probl. 95. vltima verba, *quæ Dei verbum, & sapientia est*, lege, & corrige, *quæ ad Dei verbum, & sapientiam oculos aperit*.

Pag. 14. probl. 102. dele, & etiam 103.

Pag. 15. probl. 106. dele illa verba, *vt textus innuere videtur*, cum ita non sonet textus.

In eodem dele, *nam stultum*, vsque, *intelligeretur*.

In eodem dele, *nec vt opinor verificari potest litera*, vsque ad verbum, *compleant*.

In eodem in secundo responso dele dictionem, *igitur*.

In eodem adde in fine, *an vt facerent sibi nomen æternum?*

SECTIO TERTIA,

De Patriarchis.

Pag. 15. probl. 107. legit, *quod indicant verba veri textus*, lege, *quod indicat editio hebraica*, quæ dicitur.

Pag. 15. probl. 108. legit, *cui decreto Christus quoque subiacuit*, lege, *subiacere voluit*.

Pag. 15. prob. 109. legit, *sed cum veritas literæ habeat*, lege, *sed cum editio hebraica habeat*.

Pagina 16. problem. 110. legit, *sed nonne dicit textus*, dele.

Pag. 16. probl. 113. vocat Loth alienum à Deo, & causam rixæ disparitatem cultus, sunt valde dura, cautè sunt consideranda.

Pagina 17. problem. 124. legit, *nulla prorsus aucto-*

ritate suffulti, dele hæc verba.

In eodem legit, *an expiato homine, &c.* dele totum hoc responsum, quia asserit fœminam expiari ad expiationem hominis.

Pag. 18. probl. 126. dele ab illo verbo, *nec enim anima conuenienter*, vsque ad finem, & corrige, nec enim anima à labe purgatur aqua corporea, & elementari, sed aqua gratiæ, cuius baptisma est signum efficax, propterea dicitur sacramentum est sacræ rei signum, sacra autem res est deletio culpæ originalis, & gratia, quam sua passione meritò nobis ille, de quo Apostolus purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, & in hinc Propheta canit, misit verbum suum, & sanauit eos.

Pag. 18. probl. 130. dele verba illa, *qua quidem aqua* vsque ad *biberit*, & lege, *ad cuius aquæ potum hortans Dominum samaritanam dicebat*, si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

Pag. 18. problem. 133. dele verba illa, *quando iam naturam spiritualem assumpserat*, vsque, *Angeli Dei*.

Pag. 18. probl. 134. totum deleo, *qnia excludit Patrem à iudicio*.

pag. 19. prob. 137. dele verba, quo potissimè tendit tota descriptio libri Geneseos.

Pag. 19. probl. 138. dele tertium responsum, siue vltimum.

Pag. 19. probl. 142. dele totum, quia prima responsio est contra rationem communem patrum de coniugio, & secundo contra veritatem Catholicam de diuitijs, adde in principio loco primi responsi, *an ad prolem suscitandam?*

Pag. 20.

Pagina 20. probl. 144. dele verba, *vt diximus hæc per allegoriam scripta sunt*, & lege, *nonne præter veritatem literæ, ex qua pulchritudo eius hæc per allegoriam intelligi possunt*.

Pag. 20. prob. 145. legit, *puteum inquam sacramentalem*, dele hæc verba, *vsque dicemus*.

Pagina 20. problem. 146. 147. & 148. cautè sunt legenda.

Pag. 20. probl. 150. asserit Abraam cognouisse omnia astrologicè, cautè sunt legenda.

Pagina 20. problem. 151. dele secundum responsum totum.

Pag. 21. prob. 153. in fine legit, *qui mons perpendiculariter*, dele vsque ad fi.

Pag. 22. prob. 160. est omnino Platonicum.

Pagina 22. problem. 161. in secundo responso dele verba, *sicut inuit textus, dum ait, &c.*

In eodem legit, *hinc vitæ aliarum*, adde, *hinc fortassis vitæ, &c.*

Pag. 22. prob. 163. cautè sunt legenda.

pag. 22. prob. 165. dele primum responsum.

Pag. 23. prob. 168. videtur ridiculosum, dele.

Pagina 23. problem. 170. dele totum responsum tertium.

Pag. 23. probl. 172. dele secundum responsum.

Pagina 23. problem. 175. dele primum responsum totum.

Pag. 24. prob. 177. totum dele.

Pag. 24. problem. 180. non intelligo fontem illum durum.

Pag. 24. probl. 182. legit, *vt hebraica veritas habet*, lege, *vi textus hebraicus habet*.

Pagina 24. problem. 183. dele primum responsum totum.

Pag. 24. probl. 186. totum dele.

Pag. 25. probl. 187. dele verba illa, *sed nonne post datam*, vsque ad secundum responsum.

Pag. 25. probl. 189. legit, *vt habet veritas literæ*, lege, vt textus hebraicus habet.

In eodem, *pro quo mendosa editio*, lege, *vulgata editio*.

Pag. 25. probl. 190. & 191. dele.

Pag. 25. prob. 195. totum dele.

Pag. 26. probl. 196. legit, *Demoniaci sunt*, lege, *imitantur dæmones*.

In eodem dele, & totum commercium, vsque ad finem.

Pag. 26. probl. 201. dele ab illo verbo, *vnde Trismegistus*, vsque ad dictionem illam, *hinc*.

Pag. 27. probl. 212. dele primum responsum, *afficit iniuria Patriarcham Iacob*.

Pag. 28. probl. 215. 216. 217. aduersantur vulgatæ editioni.

pag. 30. probl. 234. dele totum secundum responsum, in quo asserit, *Angelum, qui habuit luctam cum Iacob fuisse vnum de Principibus obscuris*.

Pag. 31. probl. 243. non probo illa verba, sed teste Zoar non concubuit cum ea concubitu carnali; nam textus non dicit dormiuit: sed iacuit, dele hæc verba, *& statim iungendum est*, an deleta dictione, *igitur, quia impediuit, &c.*

SECTIO QVARTA,

De Ioseph, &c.

Pag. 32. probl. 248. dele verba illa, *totus durus, & seuerus*.

Pag. 32. probl. 249. dele vltimum responsum.

Pag. 32. probl. 252. dele dictionem, *insulsè in primo responso*.

In

In eodem legit, *in veritate literæ*, lege, *in æditione hebraica*.

Pag. 33. probl. 255. legit, *disponente Deo*, lege, *permittente Deo*.

Pag. 33. prob. 256. in fine dele verba illa, *interpretari enim*, vſque ad finem.

Pag. 34. probl. 265. Dele totum, quia aſſerit, *Tamar non peccaſſe, fingens ſe meretricem, vt cum ſocero concuberet.*

Pag. 34. problem. 266. legit, *Per commixtionem*, lege, *per vnionem*.

Pag. 34. problem. 267. continet plura abſurda, primo concubitum Iudæ cum Tamar non haberi ex litera, ſecundum peccatum originale vnius gemelli in altero fuiſſe transfuſum, tertium fornicationem non eſſe prohibitam.

Pag. 34. probl. 268. dele verba ab illo loco, *hinc, & anima hominis*, vſque ad verba illa, *propterea ſcriptum eſt*.

Pag. 35. probl. 272. legit, *ſed nonne veritas literæ*, lege, *ſed nonne etiam textus hebraicus*.

Pag. 36. problem. 283. legit, *ſicut in veritate literæ habetur*, lege, *ſicut in æditione hebraica habetur*.

Pag. 36. problem. 284. legit, *congregamini*, non quippe dixit congregamini, ſed heaſphu, quod non ſolum congregamini, ſed & colligimini, & augete interpretari poſſumus.

Pag. 36. probl. 285. legit, *vt habet mendoſa tradu-ctio*, lege, *vt habet vulgata æditio*.

Pagina 37. problem. 290. dele in fine, *de latere ſiniſtro*.

Pag. 38. probl. 299. legit, *vt literæ veritas habet*, lege, *vt æditio hebraica habet*.

Pag. 39. probl. 304. dele in fine, *quod fiebat*, vsque ad finem.

Pag. 40. prob. 310. legit, *cœlestis influxus portionem assignauit*, dele verba, *cœlestis influxus*.

SECTIO QVINTA,

De Moyse, &c.

Pag. 40. in problem. 311. dele verba, *unde quamuis* vsque, *animæ uiuentis*, & lege, *Moyses enim per antonomasiam, siue immediatè de aquis sumptus fuit.*

Pagina 40. problem. 314. dele, *sed quomodo*, vsque *conuenienti*.

In eodem in secundo responso dele, *igitur*.

In eodem in fine dele, *quæ in deserto non influuntur*.

In eodem, *sicuti ueritas litteræ sonat*, lege, *ut æditio hæbraica sonat*.

Pag. 40. probl. 315. legit, *iuxta ueritatem literæ*, lege, *iuxta editionem hebraicam*.

Pag. 41 probl. 317. dele in tertio responso parenthesim *ut notum est diuinos influxus metiri scientibus*.

Pag. 41. probl. 318. legit, *iuxta ueritatem literæ*, lege, *iuxta textum hebraicum*.

In eodem dele verba, *utriusque uidelicet*, vsque ad finem.

Pag. 41. probl. 323. cautè sunt legenda.

Pag. 42. probl. 330. legit, *uel Dei in humano corpore latitantis*, lege, & corrige, *uel Dei humanum corpus sibi unientis*.

Pag. 43. probl. 334. dele primum responsum, *quia idem asserit contra Moysem*.

Pag. 43. probl. 335. continet nugas, & fabulas.

Pag. 43. probl. 338. dele verba, *à quibus & præcepta* vsqe, *emanant*.

SE-

SECTIO SEXTA.

De Progressu, &c.

pagina 44. probl. 346. dele verba, *per duodecim signa*, vsque, *respondebat*.

In eodem dele verba, *qui vt in Genesi*, vsque ad finem.

pagina 47. probl. 371. legit, *quam nudam*, lege, quam infinitè.

pag. 48. probl. 374. legit, *ex mendosa traductione*, lege, *diuersa traductione*.

In eodem legit, *in veritate literæ*, lege, *in textu hæbraico*.

In eodem legit. *hic autem error*, lege, *hæc autem* differentia.

In fine dele, *quod de cornibus minimè intelligi potest*.

pagina 49. probl. 380. primo responso in fine adde, *vtique*, & sequere, *pro secundo*, *An etiam*.

pagina 49. probl. 381. & probl. 384. cautè sunt legenda.

pag. 51. probl. 398. dele, *sed quomodo moyses*, vsque, *patitur*, & adde, *primo responso vtique*, & iunge, *secundum, an etiam*.

In eodem dele verba, *Qui error*, vsque ad finem, *quia asserit peccatum Moysi irremissibile*.

pag. 51. probl. 400. pro illis verbis, *non in valle, vt habet &c.* lege, *sepultus autem fuit in Gai*, pro qua communis æditio legit, *in valle*, & sequere, *cuius verbi*.

In eodem legit, *transmutatum fuit*, lege, *transmutabitur*.

pagina 51. probl. 401. continet duos errores; primo quod dæmones præsideant corporibus, & cadaueribus; secundo, quod in morte communi;

Mi-

Michael vendicat sibi animam, Diabolus verò corpus, vtrunq; enim vterque.

SECTIO SEPTIMA.

De Introductione Populi,&c.

pag. 52. probl. 402. legit, *quadraginta diebus præparatur*, lege, *quadraginta diebus signis discipulos confirmauit*.

pag. 53. probl. 410. cautè sunt legenda.

pagina 53. probl. 414. dele, *confutationem, sed quomodo*, & secundum responsum lege, *An etiam*.

pag. 53. probl. 416. dele verba, *quod munus*, vsque *reliquit*; & lege, *quod munus, & quam virtutem Deus Iosuè tribuit*.

pagina 53. probl. 417. primo responso, adde, *vtique in secundo responso*; dele, *igitur*, & lege, *An etiam*.

SECTIO OCTAVA.

De Sansone, &c.

pag. 54. probl. 423. loquens de amore Dei in homines legit, *vt permiserit se non tantum obcæcari*, lege, & corrige, *vt non solum voluerit formam serui accipere, sed &c.*

pagina 54. probl. 424. in fine dele verbum, *Problema*.

pagina 55. probl. 425. dele totum vltimum responsum.

pag. 55. probl. 431. legit, *mendosa æditio*, lege, *communis æditio*.

pag. 56. probl. 433. cautè sunt legenda.

pag. 56. probl. 434. dele, *confutationem Origenis, sed nonne*. In secundo responso dele dictionem, *igitur*, & lege, *an etiam*.

pag. 56. probl. 439. dele secundum responsum.

pag. 57.

pagina 57. probl. 443. dele confutationem, *sed ad quid*, secundum responsum lege deleto, *igitur an etiam*.

In eodem dele, *& hoc est verum literæ sensum, dicant alij quicquid velint*.

pag. 57. probl. 449. cautè sunt legenda.

SECTIO NONA.

De Dauide, &c.

Pag. 59. Probl. 463. legit, *Pulchritudinem enim, quam homo in Adam ammiserat, ipse partim recuperauit, totam autem recuperauit ille de quo &c.* corrige, & lege, *Ille recuperauit, qui ex eius stirpe gignendus erat de quo ipsemet*.

pagina 59. Probl. 464. pro primo responso lege, *An præter vnctionem corporalem, etiam vnctione illa, de qua in Isaia, &c.*

pagina 60. & 61. probl. 474. 475. & 476. dele.

pag. 61. prob. 477. in tertio responso legit, *sancitum fuit*, lege, *permissum fuit*.

pagina 61. probl. 479. dele confutationem, *sed hæc vsque loco*, secundum responsum lege, *An etiam*, & dele, *igitur*.

pag. 61. probl. 480. totum dele.

pag. 61. & 62. censeo delenda probl. 482. 483. & 484. nec probo 486. & 487. probl.

pag. 62. probl. 488. dele, *nec enim est sermo*, vsq; ad finem.

pagina 63. probl. 493. dele verba illa, *vt nonnulli dicunt*, *sed cum natura humana*, vsque ad fin.

pag. 63. probl. 496. legit. *Vt tandem ea perficiens*, lege, *vt tandem ea ad bonum ordinans*.

pag. 64. probl. 498. primo confundit sensus, deinde negat Spiritum Sanctum habitare cum afflictis, & pro-

probat auctoritatibus, quæ concludunt de captiuitate corporali.

Censura, & Correctio Tom. II. De lege.

SECTIO PRIMA.

De Quibusdam, &c.

Pagina 65. probl. 8. legit, *quibus etiam corporis viribus illa præcepta seruantur*, dele, & lege sic, *Deo tamen adiuuante illa præcepta seruantur*.

pagina 66. probl. 9. legit, *qui non intrat*, dele vsq; *edocemur, quia faciunt malum sensum*, *&* *ad propositum non allegatur Oraculum Ezechielis*.

pagina 66. probl. 13. asserit Deum legem dedisse vt superabundaret delictum, & videtur exponere particulam, vt causaliter. Similiter videtur asserere Deum voluisse delictum, vt superabundaret gratia, *dele totum*.

pagina 66. probl. 16. dele primum responsum, vbi asserit, *mundum creari, gubernari, & sustentari per iudicium, & tribunal iustitiæ seueræ*.

pagina 67. probl. 21. deleo, *quia multiplicat præcepta primæ tabulæ, & diminuit præcepta secundæ tabulæ*.

pag. 68. probl. 23. legit, *Decreto cœlorum*, lege, *Decreto Dei*.

pag. 68. probl. 24. dele, *quia fatetur mulierem circuncidi carne viri*.

pagina 68. probl. 25. in secundo responso post verba illa,

illa, *pro omnibus Christus fecit*; Habe, *& omnibus iussit*, in eodem dele vltimum responsum.

pagina 68. probl. 26. legit, *iuxta veritatem literæ*, lege, *iuxta æditionem hæbraicam*.

pagina 68. probl. 28. legit, *nonne ipsa arbor*, vsque, *Christus*, lege sic, *Nonne ipsa arbor scientiæ boni, & mali prohibita ne comederetur allegoricè significat Christum*.

pag. 69. probl. 30. deleo, *quia assimilat Christum membro genituræ*.

pagina 69. probl. 33. *tollit veritatem literæ*, lege, & corrige post quæsitum, *nonne hæc difficultas orta est ex varia significatione verbi rigaram, quod clausuram, & præputium significat, quod membrum claudit hinc litera hæbraica habet quando ingressi, &c.*

pag. 69. probl. 36. legit, *vt habet veritas literæ*, lege, *vt habet æditio hæbraica*.

pagina 71. probl. 47. ego non probo vltimum responsum.

pag. 71. probl. 48. *post confutationem*, adde, *sed ad nostri vtilitatem vult per legem Deus, & dominus noster cognosci*.

In eodem in secundo responso dele, *igitur*, & lege, *An etiam*.

SECTIO SECVNDA.

De Exclusis, &c.

pag. 71. probl. 59. totum dele, *afficit iniuria Abraam, & multa vana continet*.

pagina 72. probl. 56. dele verba illa, *impedientia*, vsque, *regnum Dei, quia asserit homines natos monstruosos habere inquinamenta impedientia regnum cælorum*.

pag. 72.

pag. 72. probl. 58. non inuenio in lege habentem supercilia iuncta expelli à ministerio.

pag. 72. probl. 62. adde post primam responsionem, *sed nonne vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*.

pag. 73. probl. 67. dele vltimum responsum, *asserit mulierem menstruatam esse subiectam diabolo.*

pag. 74. probl. 76. & 77. dele.

pag. 75. probl. 79. asserit Dæmones habere potestatem super cadauera, Dubiosum.

pag. 75. probl. 80. dele vltima verba, *Et vt aliqui asserunt*.

pag. 75. probl. 83. dele verba illa, *Omnia enim*, vsque ad finem.

pagina 75. probl. 84. dele verba illa, *loco demoniaco*.

pag. 75. probl. 85. *Videtur admittere fatum*, dele verba vltimi responsi, *An vt doceamur*, vsque, *docet*, lege, *An vt doceamur, quod sequi debemus naturam ducem*.

pagina 76. probl. 88. legit, *habet in veritate literæ*, lege, *in æditione hebraica*.

pag. 77. probl. 94. legit, *vt habet veritas literæ*, lege, *textus hebraicus*.

pag. 77. probl. 95. dele verba, *etsi lege reÿciuntur*, vsque, *iniquitatis*.

pag. 77. probl. 96. asserit adhuc esse prohibitum manducari sanguinem.

pagina 77. probl. 97. & 98. mordent Ecclesiam Romanam, & non côntinent sanam doctrinam, *dele*.

SECTIO TERTIA.

De fabrica Tabernaculi, &c.

Pagina 78. probl. 104. dele verba, *nec enim de chri-*

stal-

stallino, vsque ad finem, *ponit Cœlum christallinum*.

pag. 79. probl. 106. legit, *qui libanus vt alibi diximus*, adde post hæc verba, *allegoricè*.

pagina 80. probl. 120. non mihi arrident, quæ allegoricè de metallis ait; & per ea attrahi varium supernorum influxum.

pag. 82. probl. 130. & 131. cautè sunt legenda.

pag. 82. probl. 132. legit, *vt Plato magno Sacramento dixerit*, dele, *magno Sacramento*.

pag. 83. probl. 135. docet esse quinquaginta portas in mansione, merè cabalisticum.

pag. 83. probl. 136. legit, *sicut in veritate literæ habetur*; lege, *vt in textu hebraico*, *&c.*

In eodem, dele secundum responsum, quod facit Deum obliuiosum.

pag. 84. probl. 141. dele verba illa, *in quod regnum*, vsque ad finem.

pag. 84. probl. 144. dele verba, *& hoc vt tabernaculum*, vsque ad finem, *asserit Sacerdotem haurire influxum supramundanum per lapides*.

pag. 85. probl. 146. Imaginatur Sinagogam esse collectam ex duplici mundo, non intelligo.

pagina 85. probl. 149. dele, *quia asserit Sacerdotem ornari lapidibus, vt per eos attrahat virtutes*.

pagina 85. probl. 150. legit, *vt habet veritas literæ*, lege, *vt habet æditio hebraica*.

pag. 86. probl. 152. dele in fine verba, *quia eorum nomina*, *&c.*

pagina 86. probl. 153. legit, *excitabantur autem*, vsque, *datis*, non probo hæc verba, *quia diuini influxus elargiuntur, infunduntur, & augentur*.

pag. 86.

pagina 86. probl. 154. primo responso adde, *vtique*, & postea iunge verba, quæ sequuntur.

In eodem legit, *alioquin non Dei, sed diaboli sunt ministri*, lege, *Alioquin non sunt digni ministri Dei*.

SECTIO QVARTA.

De moribus Sacerdotis, &c.

pag. 86. probl. 156. videtur extorquere sensum verborum Ioannis, *Lux omnes illuminans*.

In eodem legit, *diuinum, quod est in homine*, lege, *nobilissimum*.

pag. 86. probl. 157. dele verba illa, *Quam remissionem*, vsque ad finem.

pagina 87. prob. 162. asserit viduam ad secundas nuptias transeuntem, aut fœdatam cum primo, aut cum secundo, quia illius non erat, non est sana doctrina, *dele*.

pag. 87. probl. 163. Ex pluribus vxoribus eiusdem viri successiue, vnicam tantum ait esse legitimam, & cæteras non legitimas, *dele*.

pagina 88. probl. 166. dele, *vt falsum, & ridiculum*.

pag. 88. probl. 167. asserit omnes Christianos esse Sacerdotes, *adde*, spiritualiter.

pag. 88. prob. 171. dele verba, *quod quidem officium* vsque ad finem, *mores Sacerdotum*.

pag. 90. probl. 183. dele verba illa, *quæ aliquo sensu vigent*.

pagina 90. probl. 186. dele vltimum responsum, *vbi facit terram vxorem cœli*.

pagina 91. probl. 189. non intelligo ea, quæ de sacrificijs matutino, & vespertino asserit ad recon-

conciliandos eos, qui à dextris, & à sinistris sunt.

pag. 92. probl. 195. pondera.

pag. 92. probl. 196. Studet probare Deum nos non ligare lege, *dele*.

pag. 92. probl. 199. videtur innuere, quandoque non esse necessarios superiores influxus, & destruit literam, *dele*.

pag. 93. probl. 206. legit, *vt veritas literæ habet*, lege, *vt æditio hebraica*.

pagina 94. probl. 207. *habet mulierem non esse propriam imaginem Dei*, Adde tu, *non adeo, & ita perfecta*.

pagina 94. probl. 210. vbi legit, *ad placandos accusatores*, lege, *ad placandum tribunal diuinæ iustitiæ*.

pagina 94. probl. 211. tribuit qualitates animalium planetis, cautè sunt legenda.

In eodem legit, *suscipientes de clementia illius*, lege, *suscipientes mansuetudinem ab illo*.

pagina 94. probl. 212. putat sacrificia offerri virtutibus superioribus, ideſt Dei ministris, quod est falsum, *dele*.

pagina 95. probl. 215. dele verba, *& ad placandos accusatores*.

pag. 95. probl. 216. dele verba, *panem sapere aliquam diuinitatem*.

pagina 96. probl. 219. *admittit duas veneres*, cautè sunt legenda.

SECTIO QVINTA.

De Præceptis in genere, &c.

pag. 97. probl. 226. asserit legem processisse à tribunali iustitiæ, cautè sunt legenda.

pagina 97. probl. 227. *asserit non esse in potestate*

promulgatorum seruare legem, lege, & corrige, *non erat in potestate ipsorum non aliunde adiutorum seruare legem*.

pag. 97. probl. 229. legit, *loquens de beatitudine beatorum, & mortalium, quam perfectum in se habent*, lege, *habere possunt*.

In eodem, quæ adijcit de consonantia non probo.

pagina 97. probl. 231. dele primum responsum.

In eodem dele verba, *cuius piscinæ*, vsque, *patres, quia potestas clauium solum Sacerdotibus nouæ legis*.

pag. 98. probl. 234. cautè sunt legenda.

pag. 98. probl. 235. dele secundum responsum.

pagina 99. probl. 242. legit, *ficus autem Sacramentalis plerisque in locis habetur*, lege, *mistica, aut figuralis*.

pag. 110. probl. 245. legit, *iuxta veritatem literæ*, lege, *iuxta æditionem hebraicam*.

pag. 100. probl. 247. Dele verba, *Hinc si quis cognosceret*, vsque ad finem.

pagina 100. probl. 248. dele secundum responsum tribuens receptionem influxus superioris conuenientia loci.

pag. 101. probl. 252. cautè sunt legenda.

pagina 101. probl. 253. 254. 255. & 256. dele, *quia hebraizant*.

pagina 102. probl. 259. in fine dele verbum, *fætentes*.

SECTIO SEXTA.

De Præceptis primæ tabulæ.

pagina 103. probl. 268. non benè interpretatur secundum præceptum, *dele*.

pag. 103. probl. 269. *Parenthesi vt aliqui exponunt*, adde, *malè*.

pagina 363. problem. 118. *verba hinc*, vt Plotinus ait, *vsque ad finem dele*, ex professo fatetur mentem nostram non posse damnari, sed solum rationalem animam mediam, cum animali.

pagina 363. problem. 121. sustinet Deum nihil boni facere in nobis, sed solum proponere legem. Hæresis.

pagina 365. problem. 131. 132. 133. & 134. *dele*, asserit merita Sanctorum nobis suffragari non posse, & cadauera eorum esse immunda.

pagina 365. problem. 135. plura absurda dicit primo, quod à principio vnicuique Deus propriam vxorem creauerit, secundo, quod vna tantum potest esse legitima, *dele*.

pagina 366. probl. 138. *legit*, in principio opulentos *lege*, necessarios.

pagina 366. problem. 139. *legit*, qui horum magis appropinquare videntur perfectioni, *lege*, qui magis appropinquare videntur perfectioni actiui, an contemplatiui?

pagina 367. problem. 150. dele vltimum responsum.

pagina 368. probl. 157. *verba*, cum cadauera quousque, *vsque ad finem dele*.

pagina 368. problem. 158. *dele*, continet eadem asserta.

pag. 369. probl. 164. damnat morem Christianorum, quod vxores dent dotem viris.

SECTIO QVINTA,
De bonis, & malis Angelis.

pag. 370. probl. 167. 168. & 169. facit angelos corporeos, cautè sunt legenda.

pagina 371. problem. 175. & 176. facit Angelos arbitrio priuatos, & in gratiam non confirmatos, *dele omnino*.

pag. 372. probl. 177. *verba*, si verò Angeli mutantur, *vsque ad finem dele*.

pag. 372. probl. 179. *legit*, iuxta literæ veritatem, *lege*, vt aliàs.

pagina 372. problem. 184. *verba*, quamuis historia, *vsque*, conabimur, *dele*, asserit librum Tobiæ non habere certum auctorem, & non esse in Canone Bibliæ.

In eodem in responsione dele dictionem, *igitur*.

pag. 373. probl. 189. dele primum responsum.

pagina. 373. probl. 190. *dele*, secundum responsum asserit diabolum habere maius symbolum cum muliere, dele etiam secundum asserit animam mulieris venire de Aquilonari.

pagina 374. probl. 191. dele vltimum responsum asserit dæmones distinctos esse in masculinos, & fœmineos sexus.

pagina 374. problem. 192. totum dele, ex professo probat distinctionem sexus in dæmonibus, & esse animalia.

pag. 374. probl. 195. *legit*, nonne quia natura peruersus, *lege*, nonne quia voluntate.

pag. 374. probl. 196. *verba*, Hinc Angelus Esau, *dele vsque ad finem*, asserit Angelum Esau fuisse ex tenebrarum potestatibus.

Pag. 375. probl. 201. *dele*, asserit dæmones non inuadere, & introire in corpora.

Pag. 375. probl. 203. *verba*, an genuerunt ex semine, *dele vsque ad finem*.

SE-

SECTIO SEXTA.

De Animalibus .

Pagina 376. problem. 206. *verba* , & bene in deserto asini , *dele vsquè ad finem* , asserit illum locum non recipere aliquem influxum cælestem .

pag. 376. probl. 207. *verba* , superiori naturæ repugnante , *dele* .

pag. 376. probl. 208. *legit* , quia forsitan sortiti sunt tam bonam animam , *lege* , quia forsitan ita proni sunt ad bonum, vt illi, &c.

pag. 376. problem. 211. dele totum vltimum responsum, vsque ad finem .

pag.378.prob. 225. *verba* , quæ dæmoni concessa, *vsqs ad finem dele* , asserit sanguinem interfectorum,& cadauera esse dæmonibus concessa .

pag. 379. problem. 232. *legit* , animalia dæmoniaca , *lege*, animalia simbolum dæmonis habentia.

pag. 379. prob. 233. *legit* , dæmoniacum sit, *lege* , dæmonis simbolum habeat .

pag. 379.prob. 234. *legit* , simia est animal dæmoniacum , *lege*, potest esse simbolum dæmonis.

pag. 379. problem. 237. *citat Augustinum dicentem*, si verò inordinatè creaturam consideras non video quomodo sit Imago Dei in te , *consule Augustinum , aut dele* , quia Imago Dei non deperditur ex consideratione creaturaram .

SECTIO SEPTIMA,

De Mundo , &c.

Pagina 382.prob. 253. *legit* , tendit ad malignitatem, *lege* , ad interitum .

In eodem legit , fugato Deo , *lege* , derelicto Deo.

pag. 382. prob. 255. *verba* , & ab hoc igne purgante, *vsque ad finem dele* , asserit peccatores purgari igne inferni, vt in Deum reuertantur .

pag.382

pag. 382. prob. 256. *verba*, siue mortales diuos, *vsq; ad finem dele*, asserit ex sententia aliquos dæmones esse mortales .

pagina 382 problem. 257. assignat septem loca inferni, cautè sunt legenda .

pag. 382. prob. 258. enumerat eos, qui punientur in septem locis inferni, cautè sunt legenda .

p. 383. pr. 259. verba *nam sicut corpora beatorum*, vsque ad finem dele, asserit corpora beatorum induere naturam spirituum, & animas damnatorum corporum, vt illa beatificentur, & hæ torqueantur .

pag. 383. probl. 260. non ad propositum citat verba Ioannis Apoc. 4. & septem Angelis .

pag. 384. probl. 268. asserit herbas vt prosint legendas esse determinato tempore, & signandas proprio caractere sapit superstitionem, *dele tertium responsum vsque ad finem* .

pag. 384. prob. 271. *verba*, horum enim omnium, *vsq;* potestatem habent, *dele*.

pag. 385. prob. 275. *legit*, vt in veritate literæ habetur, *lege*, vt alias .

S E C T I O O C T A V A,
De Operationibus, &c.

Pagina 389. prob. 308. *legit*, operari possimus, *lege*, operari elaboremus .

In eodem verba, veruntamen ij, qui videntur, *vtque* mundo deseruiunt, *dele*, mordet prælatos Ecclesiasticos .

pag. 390. problem. 313. *dele*, asserit Iacob luctasse cum mala intelligentia, seu cum eo, qui sibi mala persuadebat .

pag. 391. prob. 317. *dele*.

SECTIO NONA,

De quibusdam Sacræ Scripturæ,&c.

Pagina 392. proble. 327. dele omnino, quia asserit hominem commisisse primum peccatum ex decreto Dei, & si non peccasset primus ex Dei decreto peccasset alius.

p. 393.pr.332. dele ponit mensuram remissionis peccatorum, & aduersatur sensui literali in redditione causæ de pœna peccati Sodomorum.

pag. 393. probl. 333. *verba*, vnde sicut Bethel, *dele vsque ad finem*.

pag. 393.probl. 337. *dele totum*, asserit Circumcisionem institutam esse ad placandas virtutes aquilonares, & ad receptionem influxuum planetarum.

pag. 394. problem. 344. *legit*, & hoc in sacramentum, quod humanum genus prius debebat esse sub peccato, & sub diabolo, quam sub gratia, & Deo, *lege*, & hoc in signum, quod humanum genus prius ex culpa Adæ debebat esse sub peccato, &c.

pag. 395. proble.346. *legit*, vt fati series seruaretur, *lege*, *& corrige*, vt Diuinæ dispositionis series seruaretur.

In eodem verba, si igitur hæc secundum fati seriem, *vsque*, contigerunt dele.

pagina 396. problem. 354. dele totum vltimum responsum.

pag. 396. probl. 355. *verba*, vnde tanquam Rex præponitur, *vsq; ad finem non probo*.

pag.396.prob.360. dele secundum responsum.

pag.397.prob.365.dele totum secundum responsum, appellat Angelos præsidentes Aegyptijs aquilonares.

pag. 398.prob. 370. appellat Sansonem Sanctum, & citat Paulum Hebræorum 11, & Roman. 8. *consule Paulum*.

pag.398.

pag.398.prob.371. *legit*, prò quo in literæ veritate habetur, *lege*, vt alias.

pag.399. prob. 380. *legit*, quod patibulum venit à ligno scientiæ boni, & mali à lege videlicet, *adde*, allegoricè loquendo.

pag.399. prob.382. *legit*, vt literæ veritas habet, *lege*, vt alias.

In eodem *verba*, nam vt Plato rerum sacrarum non ignarus, *vsque* in carne vna, *dele*.

pag. 402.prob. 401. *dele confutationem illam*, sed cum mulier, *vsque*, & Prophetissa negat mulierem habere portionem superiorem.

pag. 402. prob. 403. asserit zelum Eliæ fuisse à natura, *dele*.

pag. 403.prob.406. *verba*, nam id fit potestate quadam nocturna, vt aiunt, *dele*.

pag.403.prob.409. *verba*, qui quidem Samuel, *vsque*, suscipiendis à Deo, *dele*, in responsione, an igitur, *dele*, igitur.

pag.405.prob. 424. *verba*, ex quibus verbis nullum determinatum sensum elicitur, *dele*, mordet vulgatam editionem.

pag.405.prob. 425. *dele totum*, asserit liberum arbitrium habere rationem principij passiui.

Pag.405.prob.426. relinquo considerandum.

SECTIO DECIMA,

De quibusdam occultis, &c.

Pagina 407.probl. 435. *verba*, & cum mutentur Angelicæ custodiæ, *dele vsq; ad finem*, asserit singulis tribus mensibus, & horis mutari custodias Angelorum.

pag.407.prob.437. dele Pithagoricum dictum tanquam ridiculosum.

S E-

SECTIO VNDECIMA,

De situ, & proprietate, &c.

pag.411.prob.477. *verba*, coniunctus quoque fuit, *vsque ad finem dele*.

pag.414. prob. 485. *legit in fine*, producant aquæ serpituram animæ viuentis, *lege cum vulgata editione*, producant aquæ reptile animæ viuentis.

pag.414. prob. 488. *dele*.

pag. 414. probl. 489. asserit baptismum in adultis requirere contritionem super exactam vitam, secus sentiunt communiter Theologi, *dele*.

pag.415.prob.495. *legit*, quæ fuit Dauid propria, & legitima vxor, *dele*, propria, & legitima ob rationem alias assignatam.

pag.415. probl. 496. *legit*, cæteri verò pro captu suo, *lege*, cæteri verò secundum mensuram.

In eodem legit, vt illas emanationes pro captu suo susciperat, *lege*, secundum mensuram.

pag. 415. prob. 500. verba sciens locum illum, *vsque* & alijs membris, *dele*.

In eodem verba, etiam rebellibus vsque conuersis, *dele*.

Franciscus Georgius.

Censura, & correctio in Librum inscriptum, Francisci Georgij Veneti Minoritanæ familiæ, de Harmonia Mundi totius, Cantica tria. Venetijs in Aedibus Bernardini de Vitalibus Chalcographi. Anno D. MDXXV. Mense Septembris.

In dedicatoria facie prima, versiculo decimonono, legit

git, *solitariam*, lege, *singularissimam*.

In eadem pagina secunda facie prima verba, quæ incipiunt, *vers. 32. nec immeritò, quia vt perhibet*, vsque ad illa verba penultimi versus, *ignorare non debetur*, puto esse delenda, *quia nimium tribuit numeris*; post hæc sequitur, *necessario igitur*, dele, *necessario*, & lege, *expedit igitur*.

In eadem facie secunda, versu 28. dele dictionem, *pro nunc*.

In eadem facie secunda, versu 33. legit, *in bicipiti Parnaso Christi, videlicet pectore*, lege, *recumbens in pectore Christi*.

In ead. p. 3. facie 1. vers. 3. legit, *sub inuolucris*, non probo hoc verbũ, lege, *sub uelis, seu sub uelaminibus*.

CANTICVM PRIMVM,

Cap. I. Tomus Primus.

Pagina prima, facie prima, versu 25. legit, *Deum vnicum in Trinitate diffusum*, dele, *diffusum*, quæ sequuntur sunt Cabalistica, & digna obseruatione.

In eadem facie, vers. 26. legit, *solitariè*, legendum est, *vnicè*.

In eadem facie secunda, vers. 22. verba illa, *nisi fortè Abraham, vt tetigimus*, vsque, *omnia complectens*, delerem, *nam asserit Abraham scripsisse, & ab ipso accepisse Moysem*.

pag 7. facie prima, versu secundo, cap. 6. dele verba, *sic enim Israel interpretatur*.

In eadem facie secunda, versu vltimo legit, *producant aqua serpituram*, lege cum vulgata editione.

In eadem facie secunda omnia illa verba, *dualitatem uerò dæmonem, ac malum*, vsque, *à multitudine confusa*, dele.

pagina octaua, facie prima, versu primo, dele parenthesim

thesim, *ut verba hebraica sequamur*.

pagina 10. facie prima, cap. 8. verba illa, *hinc qui sapientiæ delibamenta gustare uoluerunt, ab eis edoceri, ut supra diximus coacti sunt*, dele.

Cap. 11. pag. 13. facie secunda, ver. 19. & circiter legit, *siue per uirtutem stoicam, aut speculationem perhipateticam, uel per purgationem academicam, siue per fidem*, dele, & lege, *non per uirtutem stoicam, aut speculationem peripateticam, uel per purgationem academicam, sed per fidem, & gratiam, ut Catholici asserunt*.

Cap. 12. pag. 15. facie 1. vers. 12. legit, *si uera docet Paulus*, dele, & lege, *ut uere docet Paulus*.

In eadem facie prima, vers. 29. legit, *immiscens*, lege, *communicans*.

In eadem facie prima, vers. 32. legit, *immixtus erat*, lege, *cui bonitatem suam diffunderet*.

Cap. 14. pag. 18. facie 2. verba, *sed Bacus si à figmentis, &c.* vsque, *poetæ intellexerunt*, dele.

Cap. 17. pag. 22. facie 2. vers. 28. legit, *diuinum præceptorem*, lege, *doctissimum præceptorem*.

Cap. 18. pag. 24. facie 1. vers. 20. legit, *illa, quæ non sunt, sciri non possunt*, dele, & lege, *illa, quæ non sunt, & nunquam futura, non possunt scientia uisionis*.

pag. 25. facie 1. vers. 2. legit, *& iubendo producit*, lege, *& uoluntate iubendo producit*.

Tomus Secundus.

Cap. 1. pag. 26. facie 2. vers. 27. legit, *sacramenta*, lege, *arcana*.

Cap. 5. pag. 29. facie 2. verba, *in his igitur elementis sapientiæ*, vsque ad fi. capitis dele.

Cap. 6. pag. 30. facie 2. versu secundo legit, *quo solari lu-*

ri lumine, lege, *hoc diuinò lumine*.

Cap.7. pag 30.facie 2.verba, *Cabalistæ autem, quia à uero oraculo*, vsq; *prosequentes*, dele.

In hoc capite recenset multos libros prohibitos Hebræorum, *dele*.

pag.31.facie 1. vers.14.verba, *Esdra primus*, vsque *docebantur*, dele.

Non probo ea,quæ eadem pagina, & facie dicit de origine verba, *sed hic aut quia studebat*, vsq; *Hebraicam Theologiam*, dele.

Cap. 8. pag. 31. facie secunda, & vers. 2. dele verba, *ne peccarent*.

pag.& facie ijsdem, verba, *hinc dicebat horum splendor*, vsque, *publicare*, dele.

pagina 32. facie prima, verba, *in his enim uerbis duo attendenda sunt*, vsque, *iniuriam inferat*, dele.

Cap. 9. pagina 33. facie prima, verba, *quo fit, ut quam sapientiam*, vsque, *aut crassior obscuritas*, dele.

Cap. 10. secundi Tomi primi Cantici, asserit creationem rerum non esse factam, sex diebus: sed omnia simul, mordet Basilium, Chrisostomum, & Ambrosium, cautè sunt legenda.

pag.33.facie 2.ver.6.legit, *sit firmamentum*, lege, *fiat firmamentum*.

Cap. 11. pagina 35.facie secunda vers. sexto, legit, *ut habet ueritas literæ*, lege, *ut habet textus hebraicus*.

Eadem facie, & pag.verba, *sed quia nequaquam conueniebat misericordiæ*, vsque ad verba illa, *prout ordinatiua iustitiæ exquirit*, dele, *nam asserit fuisse positum obstaculum ne supra quam opus esset diffunderetur bonitas Dei*.

Eadem

Eadem pag.& facie verſ.31. *legit*, ſint duo luminaria magna, *lege*, fiant.

C. 13. p.37. facie ſecunda, *verba ſiue*, educantur de gremio materiæ, *vſque*, quomodocunque in fiat, *dele*.

Cap. 14. pagina eadem, facie ſecunda, *verba*, Præcedens autem dæmonica nuncupatur, *vſque*, à diuinis oraculis ſuſceperant, *dele*, *& lege*, Præcedens autem naturalis, & hanc tradit Ariſtoteles, deinde deletis omnibus alijs, ſequere; Hic autem proprijs viribus, *vt in verſu quarto pag. 38. faciei ſecundæ*.

pagina 38. facie ſecunda, verſu quarto, *verba*, aut per ſimilitudinem, & ſacramenta numerorum, *vſque*, diuinis rebus, *dele*.

Tonus Tertius.

Cap. 1. pagina 39. facie 1. *legit*, nec enim Arachiha. firmamentum eſt, vt habet traductio noſtra: ſed globus, & maſſa omnium cælorum, *corrige*, *& lege*, non enim Arachiha ſolum firmamentum ſignificat, vt habet traductio noſtra: ſed etiam globum, & maſſam omnium cælorum.

pagina 39. facie 2. propè finem, *legit*, Pithagorei autem, & Academici lumine diuino, & prophetico colluſtrati, *dele hæc verba*, lumine diuino, & prophetico colluſtrati.

Cap.3.pag.41.facie 1.verſ.4. *legit*, & nouitiores Theologos, *dele*, nouitiores.

pagina eadem, facie eadem, verſu 19. *legit*, vel cognitionem ſui ipſius gignit, quæ filius dicitur, *dele*, *& lege*, vel notitiam eſſentiæ, & ſui ipſius gignit, quæ filius dicitur.

Capite quarto, pagina 41. facie 2. verſ. 11. huius capitis,

pitis, *verba*, in aquilone sita, *dele*.

pagina 42. facie secunda, vers. tertio, *legit*, qui enim metu vitiorum confortatur, *vsque*, miracula facere, *dele*, *& corrige*, qui enim vitiorum assequutus est deletionem, potest diuini nominis inuocatione cum potestatibus dæmones effugare, & cum virtutibus miracula facere.

Cap. 5. pagina 42. facie secunda, propè finem, *legit*, quamuis etiam hi pene blasphemi rectè opinentur, primam causam necessariò agere, & eandem semper eodem modo se habere, non inde tamen sequitur, &c. *dele*, *& lege*, sed falsitate hac admissa, quod necessariò agat, non inde tamen, &c.

pag. 43. facie prima, propè finem, *legit*, praui animi est, & sibi repugnantis, *dele*, *& corrige*, non decet summam Dei bonitatem.

43. Vere. Cap. 6. pag. negat decimum cœlum.

pagina 43. facie secunda, vers. 18. *legit*, sed alij nescio qua ratione christallinum vocant, *corrige*, *& lege*, quod alij christallinum vocant.

pagina, & facie ijsdem, ver. 29. *legit*, ideo dicimus, esto, quod decimus dicatur, *dele*, *& lege*, quod etiam nos fatemur, & sequere tamen propriè.

Cap. 9. pag. 46. facie 2. ver. 25. *legit*, Homerus Græcorum præcipuus vates, *dele verbum*, vates.

Cap. 10. pag. 47. facie 2. Bis tribuit nomen vatis Poetis, non probo.

Tonus Quartus.

Cap. 3. pag. 57. & 58. mordet vulgatam editionem Ezechielis 10.

Cap. 3. pag. 58. facie prima, vers. 27. & 28. *legit*, sicut Gabriel legationem Virgini attulit, & epitalamium celebrauit virtute, & nomine omnium Angelorum, *non intelliguntur hæc verba*.

Cap. 3.

Cap. 3. pag. 58. facie secunda in medio , *legit*, & non rotæ, vt traductio nostra habet , *lege* , vel rotæ, vt traductio nostra habet .

Cap. 4. pag. 59. facie secunda propè finem , *legit* , sed vim verborum interpretando , *lege tu* , sed alij interpretantur .

Cap. 6. pagina 61. facie secunda , propè finem , *legit* , sed existimo , quod aptius traduci posset occisor, quam homicida , quia ille tunc non fuit Hominis, sed sui ipsius occisor, *mordet nostram editionem. lege* , sed existimo , quod etiam traduci possit occisor , quia ille non solum hominis , sed sui ipsius etiam fuit occisor .

pagina 62. facie secunda vers. 25. *legit* , aptius autem diceretur , ero qui ero , *lege* , potest etiam interpretari , *& legi* , ero qui ero .

Cap. 8. pagina 64. facie secunda , ver. 6. *legit*, vt habet veritas hebraica, *lege* , vt habet textus hebraicus .

Cap. 12. pagina 70. facie secunda , vers. 7. 8. & 9. fatetur ordinem Principatus esse tertium cœlum, ad quod fuit raptus Paulus repugnat communi expositioni, *delerem ab illo loco*, & postquam tertius hic ordo in ascendendo, *vsque*, & filios Israel doceret , *deinde legerem* , non hunc tertium supremum ordinem: sed tertium supernum cœlum.

pagina 71. facie prima, vers. tertio , *legit* , sed pro captu vniuscuiusque , vt in libro triginta duarum semitarum apud , *vsque* , celeberrimè scribitur, *dele* , *& corrige* , sed pro beneplacito diuinæ voluntatis, & eorum dispositione .

Cap. 13. pagina , & facie ijsdem ferè in medio , *legit*, simul cum veritate hebraica , *lege* , simul cum textu hebraico .

Cap. 15. pagina 73. non probo, quæ dicit ab illo loco, verſ. quarti, quo ordine etiam Angelicæ mentes, *vſque ad verba illa*, ſed ad noſtrum mercurium; primo enim facit Angelos eiuſdem naturæ cum planetis, & corporibus cæleſtibus, *deinde dicit, quædam de aqua ſupramundana, quæ correpta ſunt in problematibus*.

pag. 73. facie 2. ver. quarto, *dele*, & Paulus ſimul cum alijs, *& lege ſequentia verba*, quibus datum eſt conſcendere ad tertium ordinem.

Cap. 19. pag. 75. facie *non probo ea, quæ dicit*, de præſidentia Mammonæ Aegyptijs, *eſſet delendum totum hoc caput*.

Cap. 20. pag. 77. facie prima, verſ. 5. *legit*, metalla verò, quibus theſaurizatur in hac peregrinatione in Euangelio denegantur, *adde*, ſollicitudine anxiâ quærentibus.

Cap. 21. pagina 77. facie 1. *non probo ea, quæ dicit ab illo loco*, Saturnus itaque illa menſura regulatur, *omnia vſque ad finem cautè ſunt legenda*.

Cap. 31. pag. 82. facie 2. dele ab illo loco, & hæc reddunt hominem dilectum Deo, &c. *vſque*, traduxerunt hyſopum.

Cap. 32. pagina 83. facie 2. verſ. 3. *legit*, qui verè ſacerdotes effecti, *lege*, qui myſticè ſacerdotes effecti.

Cap. eodem, pagina 83. facie eadem *legit*, & hic vt reor, *dele hanc parentheſim*, *& lege*, anagogicè loquendo.

Tonus Quintus.

Cap. 6. pagina 88. facie ſecunda, *non probo illud cabaliſticum, quod introducit de Principe facierum, &c. & ideo delendum eſt totum, ſi tamen non ſit obliterandum, vbi verſu ſecundo capitis*

legit

legit, ipsarum omnium perfectionem continens, *legendum esset*, omnibus perfectionem, *verba illa*, & tu hunc debent ipsi hebræi, *vsque ad illa*, facie ad faciem sunt delenda.

Cap. 7. pagina 89. facie prima in fine, *legit*, ex quibus quatuor elementis mediante virtute magni nominis, vt dicunt hebræi omnia producta sunt, *dele*, *& lege*, ex quibus quatuor elementis mediante diuina virtute omnia composita producta fuere, *cætera huius capitis puto delenda*.

Cap. 10. pagina 91. in principio videtur concedere corpus post resurrectionem constare ex alijs elementis nobilioribus, ideo versu quinto, *vbi legit*, & incorruptibile saltem post resur.ectionem erit ex elementis nobilioribus, nequaquam corruptioni obnoxijs,qui duo quaterni dant mihi octo, *lege*, erit quidem ex ijsdem elementis:sed propter dotes corporibus collatas, & qui amplius corruptioni illa elementa non sunt obnoxia, videntur quodammodo esse alia, & ideo etiam quodammodo duo quaterni, qui dant mihi octo, *tutius est delere*.

In eod.cap. pagina,& facie,vers.10. *dele parenthesim*; vt nouitiores dicunt, mordet communem expositionem.

Pagina, & facie ijsdem, versu penultimo, *legit*, ex quibus quoddam mixtum ex vtroque resultat, *lege*, ex quibus quoddam compositum ex vtroque resultat.

Cap. 12. pagina 92. facie secunda, *verba*, Hinc dicunt hebræi ex reconditissimis ipsorum arcanis, *vsque*, & easdem in primo reducendo, *dele*.

Cap. 13. pagina 93. facie secunda, vers. 8. & 9. *legit*, quam Aristotiles intellectum agentem, Plotinus intellectum absolutè, Ioannes lucem, *vbi legit*,

intellectum agentem, *lege*, mentem, *& dele*, Ioannes lucem.

pagina, & facie ijsdem, *dele verba*, & illam Moyses nunc terram, vsque, hanc autem lucem, *dele*.

Cap. 14. pagina 94. *verba illa*, quippe vocat non corporalium stellarum, &c. *usque ad finem capitis sunt delenda, nam multa dicit de anima non consentanea ueritati*.

Cap. 15. pag. 95. facie 1. *ab illo loco*, & hoc fit per mortem osculi, *usq; ad finem dele*.

Cap. 17. pag. 97. facie 1. versu 1. mordet nostram traductionem, *legens*, pro quo nostra diminuta traductio, *dele uerbum*, diminuta.

Tonus Sextus.

Cap. 1. pag. 99. facie secunda, *uerba illa*, aut Sanctorum Angelorum, vt nonnulli, &c. *usque*, vt secretiores Theologi asserunt, *dele hæc expositio est contra sententiam Patrum, & derogat mysterio Sanctissimæ Trinitatis, dele supra*, dictionem disiunctiuam aut, *& lege*, accersito collegio Sanctissimæ Trinitatis.

Cap. 5. pagina 103. facie secunda in primo versu, *dele uerba illa*, vt Origeni placet, meminit Moyses cum ait, masculum, & fœminam creauit eos, *& poteris legere*, de quo allegoricè loquendo potest intelligi, illud Moysis masculum, & fœminam, &c.

Cap. 8. pagina 105. facie 1. versu 20. *dele uerba*, sed melius diceretur illustrationes scilicet veritatis, & perfectiones, omnimodas videlicet, mordet his verbis vulgatam editionem.

Cap. 15. pagina 109. facie prima, versu secundo, *legit*, vt habet veritas hebraica, *lege*, vt habet textus hebraicus.

pagina, & facie ijsdem, versu 10. *uerba illa*, qui rectè sentiunt, *legenda putarem*, qui ad sensum moralem confugiunt.

Cap. 18 pag. 112. facie 2. versu 6. *legit*, vt hebraica veritas habet, *lege*, vt aliàs.

Cap. 26. pagina 118. facie secunda, versu septimo, *verba illa*, vnde non sine causa sapientissimus, &c. *usque ad illa*, generari debebat, *sunt delenda*.

Cap. 29. pagina 120. facie secunda, vers. 11. *dele parenthesim*, etiam in sacra Scriptura, vel consulendus est locus sacræ Scripturæ, *delenda etiam puto uerba; quæ subsequuntur uersu 12. ibi*, nam in huiusmodi lunaribus, & fœminis larga videtur dæmonibus eos agitandi concessa facultas.

Cap. 30. pagina 121. facie secunda, *legit*, septem igitur virtutes præcipuè passim connumerantur, quæ per septem planetas tanquam per instrumenta à summo bonorum fonte in homines diffunduntur, *non possum intelligere, quod Deus per septem planetas tanquam per instrumenta diffundat septem uirtutes, ideo corrigenda sunt, & legenda*, quæ à summo bonorum fonte in homines diffunduntur, & licet per planetas non influantur, per planetas tamen significari possunt.

Cap. 33. pagina 123. facie secunda, versu 15. capitis, *dele uerbum*, triuiales, *& lege*, Theologi, & *uersu 18. legit*, sed acutiores Theologi, *dele, & lege*, & ex Theologis multi vlterius progredientes.

pag. 124. facie 1. versu 15. *legit*, vt habet veritas hebraica, *lege*, vt aliàs.

Cap. 34. pagina 124. facie secunda in principio, *legit*, vt innuit Moyses in suo horto voluptatis, mordet sensum literalem, quoniam ipse non tenet hortum voluptatis, ideo aut delendum, aut legendum fo-

ret, & hoc moraliter loquendo potest indicari in horto voluptatis, quem Moyses describit.

In eodem legit, sed in medio arbor vitarum, *lege*, vitæ, *subdit*, *Aqua adde tu*, allegoricè accepta omnis vita.

In eodem dicit, quæ ni fallor Christus homo est, *lege*, quæ allegoricè loquendo Christus homo est.

pag. 125. facie 1. vers. 31. *legit*, vt habet veritas hebraica, *lege*, vt alias.

pagina eadem, versu tertio, *legit*, potius illud verum pulchrum, *lege*, verùm pulchrum.

Tonus Septimus.

Cap. 1. pag. 126. facie secunda, *non probo uerba illa*, Primo, vt fertur ab Abraham Patriarcha propalatum, *dele*.

Cap. 2. p. 128. facie 1. versu 8. *legit*, cætera autem producta enarrat, &c. *lege*, cætera autem materia constantia.

Cap. 3. pag. 128. facie 1. vers. 15. capitis, loquens de paterna mente, *legit*, est itaque terra hæc receptiua, *loco receptiua*, *lege*, plena.

Cap. 4. pagina 128. facie secunda, vers. 5. *legit*, producant aquæ serpituram; aut fœturam animæ viuentis, &c. *legenda essent*, producant aquæ reptile, *ut habet uulgata editio, & ut habet textus hebraicus*, producant aquæ serpituram.

pagina, & facie ijsdem, versu 15. *uerba illa*, nec etiam specialis genitura, &c. *usque*, hæc elementaris est signum, & Sacramentum, *sunt delenda*, nam quæ de aqua elementari sunt dicta à Domino IESV in institutione sacramenti Baptismatis, ipsæ ad aquam allegoricam, quæ dicitur Filius Dei transtulit.

pagina 129. facie prima, propè finem, citat Abraham

his

his verbis, vt docet Abraham in libro de formatione, nescio an Abraham sit Auctor talis voluminis, *dele, & lege*, vt quidem docent, dele etiam propter eandem causam parenthesim illam, *ferè in fine*, *vt verbis eius vtamur*.

pagina eadem facie secunda vers.3. *legit*, Paulus de humano instrumento, *lege*, Paulus de diuino spiritu.

Cap. 5. pag. 129. vers. 6. capitis, *legit*, vt omnes exponunt; *lege*, vt quidam exponunt.

Cap. 7. pagina 131. fac. 1. versu 8. *legit*, de qua plenius habetur in Genesi, *lege*, quæ plenius figuratur in Genesi.

pagina eadem fac.2. versu 27. *legit*, de quibus dicitur in Genesi; *lege*, quæ figurantur in Genesi, dum dicitur produxit Dominus, &c.

pagina, & facie iisdem, versu 30. *legit*, nec enim in illo Paradiso, *lege*, nec enim in illo Paradiso supramundano, *vel dele*, quia mordet sensum literalem.

Cap. 8. pagina 132. fac.prima vers. 4. mordet nostram editionem legens, *pro quo mendosa traductio habet*, lege, *pro qua vulgata editio habet occasum*. Verba sequentia vsque ad illa, asperi, nihil hispidi continens, *dele*.

Cap. 9. Pag. 134. fac. secunda versu 5. *legit*, iuxta hæbraicam veritatem, *lege*, iuxta textum hebraicum.

Cap. 10. pagina 136. fac. 1. vers. 25. *dele verba illa*, nescio quo sensu.

pagina eadem fac. 2. vers. 11. *legit*, in deserto est etiam omnis anima de nouo intrans in ergastulum, *dele*, *poteris legere*, in deserto est etiam omnis anima, dum clausa in ergastulo corporis deseritur

tur à sapientia, cognitione, virtute, & operatione bonorum operum.

Cap. 11. pag. 137. fac. 2. in fine, *legit*, Vt habet veritas textus, *lege*, vt aliàs.

Cap. 12. pagina 138. fac. 1. in fine sunt delenda illa verba, *quod nisi interpositum obstaret, &c.* vsque dispositio, *Principis exigat*, dele, *videtur ponere quandam necessitatem in Deo*.

pagina eadem, facie secunda, vers. 12. *legit*, vt habetur in Theologia antiqua; nescitur quæ sit ista Theologia.

pagina 139. facie 1. *propè finem*, *legit*. His enim aquis sensibilibus renascimur in conspectu hominum, aut in faciem Ecclesiæ, sed in conspectu Dei renascimur illis aquis, &c. *lege*, *& corrige*, his enim aquis sensibilibus renascimur ne dum in conspectu hominum, & facie Ecclesiæ, sed etiam in conspectu Dei, quia sunt signa certa, & efficacia illarum aquarum, de quibus habetur in Apoc. &c. *In fine eiusdem pag. & faciei*, *legit*, Ridicula quidem res cum cœlum illum sit igneum, & non aqueum, aut christallinum. *mordet expositionem multorum doctorum, legenda forent*, benè quidem, sed per aquas supercœlestes, de quibus in plerisque scripturæ locis legimus, intelliguntur etiam Angeli laudantes, &c.

Cap. 14. pag. 140. facie 2. vers. 12. *Derelinquit vulgatam editionem*, *& legit*, eleuauerunt flumina fractiones suas, *lege cum editione vulgata*, fluctus suos.

Pagina, & facie ijsdem, vers. 35. *legit*, & non fluuius Dorix, vt habent mendosi codices, *lege*, vel fluuius dorix vt alij textus legunt.

pagina 141. facie prima, vers. sexto, *dele verba*, cuius

ius dominus eſt. Princeps tenebrarum.

pagina, & facie ijſdem verſu duodecimo, *dele parentheſim*, vt in Geneſi legimus, mordet ſenſum literalem.

Cap. 15. pagina 142. facie prima, verſ. ſecundo, vſque ad 34. videtur confundere locum Inferni, & Purgatorij, ideo in verſu 30. addendum eſt, *Aut alter locus inferior vbi pro tempore purgantur, vt poſtea liberentur, ſicut Zacharias ad eorum Saluatorem, & liberatorem loquitur, dicens*. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu, *cætera dele, & ſubde*, nā per aquas miſercordiæ, & iuſtitiæ inde tempore ſuo eripiuntur expurgati.

Cap. 16. pag. 142. fac. ſecunda, verſu 19. capitis, *legit*, Heu nos miſeros omnes ſimul, *vſque ad verbum illud*, reuerſuri, *dele, & lege*, Heu nos miſeros omnes ſimul cum Moyſe ponimur quando de Adam deſcendentes filij iræ naſcimur.

pagina 143. fac. prima, verſ. quinto, *legit*, vel vt melius dicamus ad veritatem literæ, *lege*, vel ſecundum textum hebraicum.

Cap. 17. pagina 143. fac. ſecunda, verſ. 20. *legit*, vt habet veritas hebraica, *lege*, vt aliàs.

pagina 144. fac. 1. verſ. 9. *legit, & melius*, vt habet veritas literæ, *dele verbum*, & melius, *& lege*, vt habet textus hebraicus.

Cap. 19. pag. 145. in fine videtur negare coactionem duarum cauſarum, *ideo dele verba*, vt phantaſticè, & fruſtra, &c.

pagina eadem, facie ſecunda, verſ. 29. *legit*, ſed melius iuxta veritatem literæ, *lege*, ſed iuxta textum hebraicum.

Cap. 21.

Cap. 21. pagina 146. facie secunda, totam hanc faciem puto delendam, quia tollit Paradisum terrestrem, quia tamen multa scitu dignissima continet à versu tertio, vsque ad finem huius paginæ legendum foret. *Ideo præter ea, quæ historicè, & literaliter à Moyse in illo capite referuntur, nos admisso prius sensu literali omnia in sensum Anagogicum conuertimur*, cætera relinque, & incipe à versu tertio pagina sequentis, ibi, *Et vt aliquid aperiamus &c.* & sequere semper in sensu Anagogico, *sed tutius est delere hoc caput*.

pag. 147. fac. 1. versu penultimo, *legit*, vel vt habet veritas literæ, *lege*, vt alias.

pag. 148. fac. 1. vers. 2. ibi, *est itaq; Paradisus*, vsq; ad finem, omnino dele, quia omnino tollit paradisum voluptatis.

Cap. 22. pagina 149. facie prima, versu 32. *dele*, vt secretiores Theologi asserunt. Sed meo iudicio cap. 21. & 22. in quibus agitur de loco voluptatis, & de quatuor fluminibus sunt omnino obliteranda.

Cap. 27. pag. 153. fac. 2. ver. 19. *dele*, qui dæmoniacus est.

Cap. 28. pagina 153. facie secunda à versu secundo huius capitis, *dele verba*, aqua sublata fuit, &c. *vsque ad illa*, Dum autem plantauerat, &c.

Pagina 154. fac. secunda à versu 6. *verba illa*, voluit itaque Noè plantare &c. *vsque ad illa*, & vim tribuit operandi dele, *lege*, bibens autem de fructu aqua sapientiæ temperato, & compresso conuenienti pane, non ascendunt vapores, nec ad ebrietatem deducunt, sed vires roborat, &

vim

vim operandi tribuit, *deinde sequere*, hinc summus, &c.

pagina 155. fac. 1. vers. 24. *legit*, vel literæ veritatem sequendo, *lege*, vel textum hebraicum sequendo.

Facie eadem, paulò inferius, *dele*, & signant non transtulisti, vt habemus in traductione nostra, *lege*, & signant quassare.

pag. eadem fac. 2. vers. 24. *dele verba illa*, cum sit animal demoniacum.

Cap. 30. pagina 156. versu penultimo, *legit*, habetur in veritate literæ, *lege*, habetur in textu hebraico.

Cap. 31. pagina 157. facie secunda versu 22. *dele verba*, quia penitus immundi sunt, *& vbi legit*, Oues autem, *dele dictionem*, autem, *& lege*, nam oues, &c.

Cap. 32. pag. 159. fac. prima, *dele verba*, quam immunditiam trahunt, *vsque ad finem capitis, & lege*, solum, cuius immunditiæ originem, & causam modo subticeo.

Cap. 33. pag. 160. facie prima versu 9. *legit*, vt habet veritas literæ, *lege vt aliàs*. & paulò inferius, *legit*, vel secundum veritatem hebraicam, *lege*, vt aliàs.

Tonus octauus.

Cap. 1. pag. 164. fac. 2. vers. 17. *dele verba*, larga licentia.

Cap. 2. pag. 166. fac. 1. vers. 31. & deinde, dicit cognitionem Prophetarum fuisse intuitiuam, non probo.

Facie sequenti propè finem, *legit*, vt habet veritas hebraica, *lege*, vt aliàs.

Cap. quarto pag. 168. fac. secunda in principio capit. ad-

admittit in homine tertium quendam appetitum, cautè sunt legenda.

pag. 169. *legit in fine cap.* & vi trahit, *lege*, & auxilio efficaci trahit.

Cap. quinto pag. 169. facie prima verſ. 13. *dele verba*, aut pithagorici, *vſque ad illa*, viridem, vel croceum.

Facie ſecunda verſ. 18. *legit*, vt habet veritas literæ, *lege*, vt aliàs.

Cap. 6. pag. 170. fac. prima in fine, *legit*, Magis attrahere debet animos liniendo, quam terrendo, & potius vinculis charitatis, quam terroris, vt ipſe fecit cum adultera, &c. *legerem*, illud magis, prius.

pag. 171. fac. 1. verſ. 11. *dele verba*, quamuis in Gentilibus mali angeli operarentur.

Cap. 7. pag. 172. facie 1. verſ. 16. *legit*, ſed melius iuxta literam moratur, *lege*, vel iuxta literam hebraicam moratur.

Cap. 9. pag. 173. fac. 2. verſ. 11. dereliquit vulgatam editionem, *& legit*, ſerpant aquæ ſerpituram animæ viuentis, & volatile volans ſuper terram, & ſuper faciem firmamenti cœlorum, & non ſub firmamento, vt habet traductio noſtra, *lege, cum vulgata editione*; producant &c.

pagina, & facie iiſdem verſ. 28. *legit*, non ſub firmamento, *lege*, quæ volant nedum ſub firmamento, ſed &c.

Cap. 17. pag. 180. fac. 2. *in fine dele verba*, ſeptem videlicet planetas, *& lege*, omnem videlicet ſeptenariam virtutem.

Cap. 18. pag. 181. *dele verba*, quomodo autem hæc ſigna, &c. *vſque*, deorum portam dixere.

Cap. 20. pag. 182. fac. 2. perpende, *quæ dicit à verbis*

bis illis, septem illos supremos totidem planetis, &c. *vsque*, choros Angelorum.

Cap. 21. pagina 183. facie 2. vers. 29. *legit*, pro quo melius diceretur, celebritas, *lege*, pro quo etiam legitur celebritas, *paulò inferius legit*, sed vt veritas literæ habet, *lege*, vt aliàs.

pag. eadem, & facie, vers. 7. appellat Cabalistas Antiquiores Theologos.

pagina 184. fac. 2. vers. 28. *dele verba*, sed melius diceretur ad sensum literæ sim qui sim.

Canticum secundum.

Tonus primus.

Cap. primo pagina 186. facie 2. versu 22. *legit*, condecens fuit, vt hunc &c. *lege*, (vt tollatur omnis dubitatio) condecens fuit, vt hunc hominem, quem &c. versu 27. *legit*, vnde per Anthonomasiam, & hyperbolem quamdam dicitur Deus, *dele per anthonomasiam, & hiperbolem quãdam*, Hoc cap. totum esset vel delendum, vel totum corrigendum, quia nimis detrahit Christo.

Pagina 187. facie prima versu 20. *legit*, nisi per magis participatam Diuinitatem, *lege*, nisi per vnitam Diuinitatem, versu 25. *dele verba*; nec per Angelum &c. *vsque*, ad semen Abrahæ, versu 38. & 39. *legit*, præter arborem scientiæ boni, & mali, quæ Christus est, *adde*, quæ in sensu anagogico Christus est.

Facie 2. vers. 2. *legit*, vnde eius peccatum, quasi in Spiritum sanctum fuerat: quod est omnimoda desperatio, siue &c. *dele*, & *lege*, vnde eius pecca-

catum fuit nimia præsumptio, aut proterua malitia, vel crimen læsæ maiestatis.

Cap. 2. pagina, & facie eadem verſ. 2. *legit*, debacchantes, *lege*, repletos.

pagina 188. fac. 1. verſ. 35. *dele verba*, quicquid habeat traductio noſtra.

Facie ſecunda non probo illud dictum, quod prophetæ defecerint, verſu 20. *legit*, veritatem autem literæ proſequentes, *lege*, textum hebraicum autem &c.

Pagina 190. eiuſdem cap. verſ. 11. *dele verba*, Angelorum videlicet cuſtodiam, *& lege*, vt nec legio Angelorum.

Cap. 3. pagina 191. fac. prima verſ. 7. *legit*, qui antonomaſticè dicitur filius Dei, *lege*, qui eſt verè filius Dei.

pagina eadem facie ſecunda, verſ. 11. & 12. *dele*, vt nouitiores Theologi dant, *& lege*, vt catholici fatentur, *in fine legit*, ſed ipſe Chriſtus dicit eſſe vnitum, &c. *dele omnia vſque ad finem*, huius capitis, quia derogant vnioni hypoſtaticè.

Cap. 7. pag. 194. fac. prima, verſ. 6. & 7. cap. *legit*, vt omnis ſuſpicio meritò tolli poſſit, quod noſtri magis lege, quam veritate eas affirmant, *lege*, nam non magis lege, quam communi omnium aſſenſu eas aſſirmant.

pag. 195. fac. 1. verſ. 23. *legit*, vel vt habet veritas literæ, *lege*, vt aliàs.

Cap. 11. pag. 198. fac. 2. verſ. 30. & 31. *dele verba*, quo genitore genitum minus eſt &c. *vſque*, maior me eſt, verſ. 32. *legit*, poſt ipſum primum, *lege*, ſicut ipſum primum.

pagina 199. facie prima verſu 13. *legit*, niſi anima,

ma, *lege*, nisi anima, & angelus.

Cap. 13. pagina 200. facie prima vers. 6. *verba*, hinc posita est cortina in medio &c. *vsque*, inferiores, & terminatas, *dele*, ob rationes alias assignatas.

pag. 17. facie prima, vers. 30. & 31. *verba*, vnde reprobatæ fuere, &c. *vsque*, maledictæ, & non purificatæ.

Tonus secundus.

Cap. 5. pag. 205. fac. 2. vers. 11. & 12. *verba*, quod aut ignorauit traductor quid importet, aut noluit pandere Sacramentum, *dele*.

Cap. 7. non probatur.

Cap.8. pag.207. fac. 2. versu 6. *legit*, & nō vitæ in singulari, *lege*, vel vitæ in singulari, sicut habet vulgata editio.

Cap. 11. pag. 209. fac. prima vers. 4. *verba*, nec opinor hoc intelligendum, *vsque*, ipsius sedens, *dele*, *& lege*, nec solum intelligendum de exaltatione corporis, quando in ligno appensum à terra, & monte, in quo fixa erat Crux subleuatum erat, de qua verè loquebatur dum dicebat, *& ego si exaltatus &c.* sed etiam de illa exaltatione, qua semper apud Patrem excelsus est in dextra ipsius sedens, sicut etiam de exaltatione, quæ fit in conspectu nostro vers. 12. *legit*, aut de illa exaltatione, *lege*, & etiam de illa exaltatione.

Cap. 13. pag. 210. fac. 2. vers. 7. non probo verbum, *vates*, lege, *poetæ*, & vers. 11. *verba*, latonam dixere, &c. *vsque*, inferiorem aerem ingressæ, *dele*.

Cap. 14. pagina 212. facie 2. verſ. 11. *legit*, mors quippe eſt ipſe angelus mortis, *dele*, *& lege*, mors enim nedum ipſamet mors: ſed Angelus mortis, & princeps tenebrarum dicitur mors. Sequitur, vt exponunt omnes, qui rectè ſentiunt, *dele, & lege*, vt quamplures exponunt.

Cap. 15. pag. 213. fac. 1. verſ. 9. *legit*, vt non vltra ab alijs procuremus neceſſaria, & opportuna: ſed ab eo, &c. *dele*, *& lege*: ſed ſolum à Sanctis, vt ab Aduocatis, & ab eo, vt à datore, cui Pater omnia donauit.

Cap. 17. pag. 216. fac. 1. verſ. 10. *legit*, vt habet veritas textus, *lege*, vt aliàs.

Cap. 18. pag. 217. fac. 2. ea quæ dicit ab illis verbis, *quæ an ab animis natura diſſidentibus*, vſque ad finem capitis, cautè ſunt legenda.

Cap. 19. pag. 218. fac. 1. verſ. 20. *legit*, vt habet veritas literæ, *lege*, vt aliàs.

pagina 218. & 219. probat maiorem eſſe numerum ſaluandorum, quam damnandorum. videtur repugnare Euangelio dicenti, multi ſunt vocati, pauci verò electi.

Tonus tertius.

Cap. primo pag. 220. facie prima, verſu 13. *legit*, vt ſonat veritas literæ, *lege*, vt aliàs.

Cap. 3. pagina 222. facie 2. verſ. 34. *legit*, ſed ſi benè perpendatur veritas literæ, *lege*, vt aliàs.

Cap. 6. pagina 226. fac. 1. verſ. 10. *legit*, Antequam induamus illam ſacram veſtem, *dele*, *& lege*; vt induamus illam ſacram veſtem.

pagina eadem facie ſecunda verſu penultimo, *legit*, quod neſcio quomodo interpretati ſunt doctri-

nam,

nam, & veritatem, *lege*, interpretati sunt doctrinam, & veritatem, quidam etiam lucem, nam &c.

pag. 227. vers. quarto, *legit*, nec propitiationem adinueniat cum Deo, *adde*, nec pro se propitiationem, &c.

Cap. 6. pag. 227. fac. 2. *in fine legit*, quod antiqui Patres in rebus spiritualibus peritiores quam hi, qui relationibus, & quidditatibus adinueniendis faticantur, quas nunquam inueniunt non sine causa, *dele omnia, & lege solum*, quod antiqui Patres non sine causa ordinarunt, &c.

pagina 228. fac. 1. quæ dicit de feditate cadaueris, sunt consideranda.

pagina, & facie ijsdem, *verba illa*, sed heu infœlicia tempora, & perditos mores, &c. *vsque ad illa*, & ardebat charitate simul cum bonis operibus, *dele*, mordent nostros Sacerdotes, & Pontificem dispensantem, quandoq; vt ipse temerè dicit, *contra Domini statutum*.

facie eadem, *in fine dele verba illa*, non adhuc didici cur nobis sit in dicta denudatio capitis &c. *vsque ad finem dele*, quia ipse detrahit moribus clericorum.

Cap. 7. pag. 229. fac. 2. vers. 20. *legit*, Quæ est ipse Filius Dei, *lege*, quod instituit Christus Filius Dei.

Cap. eodem pagina 230. facie 1. vers. 25. *legit*, Non quidem ex his elementis deficientibus: sed melioribus, facit octo elementa, *dele omnia*, quoad hoc.

pagina 231. facie prima, *verba*, non ergo nominando Iesum polluto ore, &c. *vsque ad illa*, quoniam cognouit nomen meum, &c. *dele*, nam

 vi-

videtur aſſerere exiſtentes in peccato mortali non poſſe facere miracula.

Cap. 8. pag. 231. fac. 2. pluries appellat michaelem ſacerdotem, non probo.

Cap. 9. pag. 232. fac. prima verſ. 26. *legit*, & cum nullus ſit, qui non pecce,t *lege*, & cum nullus ſit, qui lege ordinaria non peccet ſaltem originaliter.

Cap. 11. pagina 235. facie prima verſ. 3. *legit*, quæ non iuſtificat niſi à peccatis commiſſis per errorem, *Hæc verba dele*, *vſque ad illa*, librorum legalium legimus, *& lege ſolum*, quæ non iuſtificabat à peccatis, alijs verò dimiſſis ſequere, id inquit Apoſtolus, &c.

Cap. 12. pagina 236. facie prima verſ. 7. *legit*, pro quo mendoſi codices habent, &c. *vſque*, inuenire poteſt, *dele*, *& lege*, pro quo editio vulgata legit, pro nobis peccatum fecit, ideſt, ſe obtulit pro peccato.

Sequitur Auctor, fuit igitur culpatarium, *dele*, *& lege*, dicitur autem peccatarium, &c.

Cap. 14. pag. 239. fac. 1. verſ. 19. *verba*, non enim amplius in deſerto loco, &c. *vſque*, ſed locus irrigatiſſimus eſſet, *dele*, quia dextruit editionem vulgatam.

pagina 240. fac. prima verſ. 29. *legit*, ideſt angelus mortis, ſicut alibi explicat dicens, *delenda ſunt hæc verba*.

Cap. 15. pag. 241. fac. 1. verſ. 3. *dele dictionem*, aut, *& verſ. 6. dele verba*, vel vt virtutes ille, quæ nos continuè de criminibus, &c. *vſque ad illa*, Vnus ex vobis Diabolus eſt.

pag. 241. fac. 2. verſ. 2. *verba*, quæ quantum ad pruritum, & repugnantem vim, &c. *vſque ad illa*,

vt

vt comprimeretur os ipsius accusantis, *dele totum hoc caput*, cautè est legendum.

Cap. 16. pag. 243. fac. 2. vers. 15. *legit*, ad suscipiendam animam masculeam, quæ est potissima hominis ratio, *dele*, *&* *lege*, ad suscipiendam animam, quæ est hominis specifica forma.

Cap. 17. est valde ponderandum.

Cap. 20. pag. 248. fac. 1. vers. 2. *dele verba*, quæ nostra traductio tam implicatè &c. *vsque ad illa*, percipi possit.

Cap. 21. pagina 249. facie prima vers. 19. *legit*, sed vitarum dicitur in veritate literæ, *lege*, vel vitarum, vt dicit in textu hebraico, *& vers. 25. legit*, aut de nouo creando, vt dicunt nostri Theologi, aut infundendo id, quod ab ipso fonte emanat, vt alij asserunt, *dele omnia*, *& lege*, & hoc de nouo creando, vt dicunt Theologi nostri & veritas fidei testatur.

Tonus quartus.

Cap. 6. pag. 255. fac. 1. versu penultimo, *verba*, nam educti filij Israel de Aegypto, &c. cuius misteriũ aliqualiter percurramus, *dele*.

pag. 256. fac. 2. vers. penultimo, *legit*, vt habet veritas literæ, *lege*, vt aliàs.

Cap. 7. pag. 257. facie 2. vers. 19. & 20. *verba*, nam vt diximus, nullus fuit propheta &c. *vsque ad illa*, in quo nullus error, *dele*, derogat prophetis.

Cap. 9. maxima indiget consideratione.

Cap. 10. pagina 261. facie prima versu tertio, & quarto, *legit*, lethali, & irreparabili vulnere, quia peccatum fuit, vt alibi diximus, quodammodo in Spiritum sanctum, *dele*, *& lege*, lethali, & vniuersali vulnere, quia peccatum fuit, quo

totam vitiauit naturam humanam.

Cap. 12. pag. 262. fac. 1. verſ. 4. *dele verba*, tanquam dubij authoris.

Pag. 263. facie prima, verſu 35. *legit*, vt aliquando ceſſante fide remaneat charitas, *dele*, *& lege*, vt in patria ceſſante fide remaneat charitas.

Cap. 13. pagina 264. facie ſecunda verſu 28. *legit*, ſi ab eo edita ſit epiſtola ad Hebræos vbi ait, *dele*.

pag 265. ſac. 1. verſ. 9. *legit*, vel vt habet veritas hebraica; *lege*; vt aliàs.

Tonus quintus.

Cap. 2. pag. 268. facie ſecunda verſ. 6. *verba*, neq; enim de aqua elementari loquebatur, quādo dixit, niſi quis renatus &c. *vſque ad illa*, alterum verò vim propagandi ſignificat, *omnino delenda*, redolent manifeſtam hæreſim.

pag. 169. fac. 1. verſ. 20. *legit*, nec enim legitur, quod Chriſtus aliquem baptizauerit, niſi Ioannem, baptizauit, vt creditur etiam Apoſtolos, & matrem, *dele*, *& corrige*, nec enim legitur, quod Chriſtus aliquem baptizauerit: ſed piè creditur, quod baptizauerit Ioannem, Apoſtolos, & Matrem.

pagina, & facie iiſdem verſ. 30. 31. 32. & 33. *legit*, vt percipere poſſint aliqualiter myſterium ij, qui tantummodo, &c. *vſque*, rerum ſpiritualium, *delenda omnino*, *quia derogant virtuti Sacramentorum*, *& Concilio Tridentino*, & legenda foret, *tanquam per cauſas inſtrumentales diſpoſitionis ad gratiam*, *vel tanquam per immediatas diſpoſitiones ad gratiam*.

Cap. tertio, pagina 279. facie ſecunda, verſu tertio, *legit*, vt credatur ſucceſſura poſteritas, *dele*.

In

In eodem cap. quamplura dicit de fide, quæ sunt valdè obseruanda.

Cap. 4. pagina 270. facie secunda, vers. 17. *legit*, vt de hinc Diabolo cedere nequeat, *dele*, *&* *lege*, vt de hinc Diabolus eum violentia deijcere nequeat.

Facie eadem, vers. 28. *legit*, Hic ni fallor dicendum esse diiudico, quod homo non renascitur per aquam, & verbum Sacerdotis, quæ sunt Sacramenta & signa exteriora, eorumque Deus in internis operatur: sed per semen illud Diuinum, vt inquit noster Ioannes, *dele*, *&* *corrige si placet*, hic ni fallor dicendum esse diiudico, quod homo in regeneratione per aquam, & verbum Sacerdotis, quæ sunt Sacramenta effectus, quem in suscipiente Deus operatur, renascitur per semen illud diuinum.

In fine cap. *dele verba*, hinc abit virtus seminis, *vsqs ad finem*.

Cap. 6. pag. 271. fac. 2. vers. 15. *legit*, quod Christus est, vt alibi diximus, *lege*, quod figurabat Christum.

Facie eadem vers. 10. *legit*, non pro animali: sed pro meliori homine collocauit, *dele*.

pagina 272. facie prima vers. 11. *legit*, sicut in veritate literæ habetur, *lege*, vt aliàs.

facie 2. vers. 1. *legit*, minimæ fidei, *lege*, modicæ fidei.

Cap. septimo, pagina 273. facie prima versu 12. *legit*, vt habet veritas textus, *corrige*, vt aliàs.

Cap. octauo, pagina 274. facie prima, versu 13. capitis, *legit*, vt habet veritas textus, *corrige*, vt aliàs.

Versu sequenti, *legit*, vel vt melius iuxta literam,

Dele dictionem, vt melius.

Cap. 9. pagina 275. fac. 1. verſ. 30. *legit*, quem ſecretiores Theologi ſimul cum Paulo vocant ſæculum futurum, ideſt reſtituendum nobis, qui illud perdidimus, *dele*.

Cap. 10. pagina 275. facie ſecunda, verſu 7. *legit*, prout ex prophetica officina deduxerant, *dele*.

Verſu 10. *legit*, quod & Pithagoras, & eadem officina depromit, *dele*, ex eadem officina depromit, *& corrige*, quod & Pithagoras aſſeruit.

Verſu. 13. & 14. *legit*, ſed quia ab hac dignitate cecidimus, adeo, vt nullum ipſius in nobis remanſerit veſtigium, nec adinuentus ſit, qui de ipſa aliquid, vel docere, vel ſcire poſſit, *dele*, adeo vt nullus vnquam ſcire poſſit.

Cap. 11. pag. 277. fac. 2. verſ. 15. *legit*, ideſt captam ex vtraque natura portionem, non probatur.

Cap. 12. pagina 279. facie prima, *legit*, vt diuites ſe ſe facere exiſtiment in his, &c. *adde his verbis*, In his terrenis diuitijs, easq; in Cœlo poſſidentur ſpernentes. Verba autem quæ ſequuntur, ideſt, quæ inferioribus &c. *vſque ad illa*, qui inuocant illum, *dele*.

Cap. 13. pag. 280. fac. 1. verſ. 3. *verba*, ſicut & ipſe eſt, *vſque ad illa*, fœcunditate munitus, *dele*.

Cap. 18. pag. 283. fac. 1. verſ. 3. *verba*, qua unione non datur maior, *dele*.

pag. eadem, fac. 2. uerſ. 6. *verba*, qnibus articulis præſunt duodecim Angeli, ut alibi diximus, & Deo fauente dicemus, *dele*.

Verſ. 12. & 13. *legit*, non ipſa, ut habet mendoſa tradu ctio, *corrige*, uel ipſa ut habet uulgata editio.

Verſ. 21

verſ. 21. *uerba*, nam in vnoquoque digito, &c. *uſque ad illa*, ſupernæ Ciuitatis, *dele*, enumerat Apoſtolos inter ſeptuaginta duos.

Tonus Sextus.

Cap. 1. pagina 285. facie 2. verſ. 8. *legit*, quia cum ad cæteros articulos aliquas poſſemus adducere rationes, *corrige*, rationes, *& lege*, perſuaſiones.

Verſu ſequenti legit, nullas penitus niſi rationes conuenientes, & has quantum ex diuinis docemur oraculis, *corrige*, *& lege*, eas tantum poſſumus adducere conuenientes, quas ex diuinis edocemur oraculis.

verſ. 17. *dele uerbum*, de nouitioribus.

cap. 6. pagina 289. facie 1. verſ. 20. legit, quod melius ad veritatem literæ ſonaret, *lege*, quod iuxta textum hebraicum ſonaret.

cap. 8. pagina 294. facie prima, verſ. 22. *legit*, pro quo corrupto vocabulo dicitur ſabaoth, *dele*, corrupto vocabulo, *& lege*, pro quo dicitur ſabaoth.

verſ. 29. *legit*, non ſunt in idiomate latino: ſed hebræo, *lege*, ſunt quidem in idiomate latino: ſed expreſſius in hebræo.

cap. 10. pag. 296. facie 1. verſ. 10. cap. *legit*, vt habet veritas hebraica, *corrige*, vt aliàs.

cap. 11. pag. 298. facie 1. verſ. 28. *legit*, vt habet ueritas literæ, *corrige*, ut alias.

Tonus Septimus.

Cap. 1. pag. 299. facie 2. uerſu 6. *legit*, uitarum, *lege* uel uitæ cum uulgata editione.

Verſu 16. *legit*, ut habet ueritas literæ, *corrige*, ut alias.

pag. 300. facie prima, uerſ. 9. *legit*, ut habet ueritas literæ, *lege*, ut aliàs.

Et uerſ. 10. *legit*, ſed melius, ut habet ueritas hebraica,

ca, *dele*, *& lege*, uel ut habet textus hebraicus.

Vers. 17. faciei 2. *legit*, uel ut habet ueritas hebraica, *corrige*, ut aliàs.

Cap. tertium puto esse omnino obliterandum, nam plura dicit de Ismael,& de productione creaturarum appellans Ismael, & productionem creaturarum spuriam.

Cap. 5. pagina 305. facie 1. vers. vltimo, *legit*, vel ad explendam libidinem,vel prolis amore, *dele verba*, vel ad explendam libidinem, *& lege tantum*, prolis amore.

Cap. 7. pagina 309. facie prima, vers. 25. & 26. *verba*, tanquam filijs, & quodammodo redemptis, virtute tamen summi Redemptoris, *dele*.

Cap. 9. pagina 310. facie 2. vers. 23. *legit*, neq; enim de aqua elementari: sed supracœlesti, & spirituali intelligi debet, *dele*.

Cap. 12. pagina 312. facie prima, vers. 8. & 9. cap. *legit*, & non caput, vt aliqui decepti affirmant, *hæc verba vsque ad illa*, petram significans, *dele*.

Vers. 17. *legit*, pro quo nescio, quomodo habeamus Bartholomæum, *dele hæc verba*, *& corrige*, pro quo habemus Bartholomæum.

cap. 13. pag. 314. facie 2. vers. 7. *dele verba*, quamuis dicatur aliter in veritate literæ, de quo alibi dicetur.

cap. 14. pagina 315. facie prima, versu sexto capitis, *legit*, vel vt habet veritas literæ, *lege*, vt aliàs.

facie 2. vers. 2. *verba*, quod non congregamini significat, vt habet mendosa traductio, *dele*, quod significat etiam augemini.

cap. 16. pag. 318. facie 1. vers. 19. *legit*, & non maris, vt

vt habet nostra traductio, *lege*, vel maris, vt habet nostra traductio.

cap. 17. pagina eadem, facie secunda, vers. 24. *legit*, & non quieuit, vt habet traductio nostra, *dele*.

cap. 18. pagina 320. facie 2. vers. 19. *legit*, & nescio quomodo traductum habeamus, &c. *vsque ad illa*, Gad enim non accinctum, *dele*, *& lege solum*, Gad enim falicem.

cap. 19. pag. 321. facie 1. vers. 25. *verba*; nec benè habet traductio nostra, &c. *vsque ad illa*, remuneratione importans, *dele*.

facie 2. ver. 3. *legit*, vt habet veritas literæ, *corrige*, vt alias.

pag. 322. facie prima, vers. 29. *legit*, fuit enim Paulus vniuersalis Pastor ouium lapidis, *corrige*, *& lege*, fuit enim Paulus vniuersalis Doctor ouiũ lapidis.

cap. 21. p. 325. facie 1. vers. primo, & secundo, *legit*, tanquam vniuersali Pastori, aut generali vati, *dele dictiones*, vniuersali Pastori, & disiunctiuam, aut, *& lege*, tanquam generali vati electo.

cap. 22. pagina 327. facie prima, versu 17. *verba*, dummodo ea in Spiritum Sanctum, &c. *vsque ad illa*, in futuro dimittuntur, *dele*.

Tonus Octauus.

cap. 2. relicto penitus sensu literali facit Christum arborem scientiæ boni, & mali, *ideo dele verba secundi versus*, cum de serie rerum, &c. *vsque ad illa*, quæ nulli dubium Christus est, *& lege*, cum de creatione rerum loqueretur Moyses describit in medio horti plantatam arborem vitæ, quæ proculdubio poterat figurare Christum.

cap. 9. pag. 338. facie 1. vers. 7. *verba*, & virtus aliqua, *dele*, versu 23. *legit*, pro quo mendosa traductiò habet, *corrige*, ut alias.

CAN-

CANTICVM TERTIVM,
Tonus Primus.

Cap. 1. pagina secunda, facie secunda, versu 21. *legit*, vitarum, *adde*, pro quo nostra æditio habet vitæ.

cap. 2. totum puto esse delendum ab illo loco paginæ 3. faciei primæ, versus primi, *quod & Plato*, vsque ad finem.

cap. 3. pag. 4. facie 1. versu 13. *legit*, vt habet veritas literæ, *corrige*, vt aliàs.

pagina, & facie ijsdem, versu 20. *verba*, nec dicas vexantur, &c. *vsque ad illa*, & Angelis eius, *dele*, videtur asserere omnes tribulationes esse immissas propter peccatum.

versu vltimo, *legit*, vt habet veritas literæ, *corrige*, vt alias.

cap. 5. pagina 5. facie prima, versu 12. cap. *verba*, quæ vt sit perfectè sana, &c. *vsque*, in corpore sano, *dele*.

pag. eadem facie 2. vers. 12. *verba*, mandat enim his, *adde*, mandat enim primo.

versu 23. legit, vt primo sanent corpora, *dele dictionem primo*.

vers. 18. & 19. *legit*, curanda sunt igitur primo corpora, *lege*, curanda sunt igitur etiam corpora.

Versu 26. *legit*, & mutatur in naturam spiritus, *dele, & lege*, resurget enim spirituale.

cap. 7. pagina. 7. facie prima, vers. 4. *legit*, non quidem quod terra sis, *dele*, *& lege*, non solum, quod terra sis.

facie 2. vers. 25. *legit*, non igitur mortalem, *adde*, non solum igitur mortalem.

cap. 8.

cap. 8. pagina octaua, facie prima, vers. 15. *legit*, qui haustus sit, &c. *vsque ad illa*, & vitam tribuit, *dele*.

facie 2. versu 1. *legit*, & hoc vt diximus per mundi animam, particulari tamen virtute, *dele, & lege*, & hoc particulari virtute.

pag. 9. facie 1. versu 16. *verba*, in visceribus, incutè, in uestibus, &c. *vsque ad illa*, Dei ministros fugat, *dele*.

facie 2. vers. 27. *verba*, quod nec faciunt, nec cognoscunt, &c. *usque ad illa*, & lineamenta videantur, *dele*.

cap. 9. pagina 10. facie prima, vers. 17. *legit*, non enim Ducem re vera itineris habet, *dele, & corrige*, non enim re vera ducem in Ducatum itineris suscipit.

pagina, & facie iisdem, vers. 21. *non probo uerba illa*, alioqui cœlum sentiet, *usque ad illa*, quo pergere debet, nam videntur admittere necessitatem.

versu vltimo, *legit*, vt habet veritas literæ, *lege*, *ut alias*.

In hoc capite multum tribuit loco, quæ mihi non videntur sana.

pagina vndecima, facie prima, versu 12. *non probo illa uerba*, quia tunc etiam nobiliorem custodem, & directorem assumimus, non enim mutatur Angelus custos.

cap. 10. pagina vndecima, facie prima, non probo distinctionem inter intellectum, & rationalem ad mentem Platonis.

cap. 13. pagina 15. facie prima, ibi, *sed ultra progrediens*, vsque ad finem capitis non probo ea, quæ dicit de sententia Plotini distinguentis animam

ab

ab intellectu, probarem tamen si nomine animæ intelligeret portionem inferiorem, & nomine intellectus portionem superiorem, possent tamen admitti, quia in calce capitis se ipsum explicat.

Tonus Secundus.

Cap. 1. pagina 16. facie 2. versu 17. *dele*, vel non sunt fideles.

versu 18. *legit*, vt habet veritas literæ; *corrige*, vt alias.

Eod. versu *legit*, pro quo nos mendosè habemus, *dele uerbum*, mendosè.

cap. 2. pagina 17. facie secunda, videtur asserere Apostolatum, & alias dignitates conferri à Deo secundum naturalem dispositionem, *ideo dele uerba*, à versu 10. nec obijciet quispiam dicens, &c. *usq; ad illa*, conuenienter fuissent assumpti.

In titulo capitis tertij, pagina 18. facie 1. dele verbum, *primæua*.

cap. 3. pag. 18. facie 2. vers. 9. *legit*, secundum propriam virtutem, *dele*, *& lege*, secundum rerum exigentiam, & diuinam dispositionem.

cap. 4. pag. 19. facie 2. vers. 11. *legit*, quædam obligatio, aut naturæ dictantis, vellem dixisse, aut decentiæ suæ bonitatis.

cap. 5. pag. 20. facie 1. vers. 2. *legit*, vt habetur in veritate literæ, *lege*, vt alias.

pagina 21. facie prima, vers. 23. *dele uerbum*, nouitioribus.

facie 2. vers. 21. *legit*, quod non minor sit, *dele*, *& lege*, quod longè maior sit virtus Christi.

versu 23. *legit*, & per Christum, qui est vera aqua diluens, *lege*, & per gratiam, quam meruit Christus, quæ est vera aqua diluens.

cap. 6. pag. 22. facie 1. vers. 4. cap. *legit*, à me videlicet

licet progenitæ, & in corpore diffusæ, *vellem legisse*, à me corporibus organizatis, creatæ, & in ipsis infusæ.

facie eadem, verſ. 13. *dele uerba*, quiſquis fuerit: reuocat in dubium, an Salomon ediderit librum Sapientiæ.

verſu 27. *legit*, & quando corpore immergitur, *lege*, & quando creata corporis fit actus.

facie 2. verſu 1. & 2. *dele uerba*, corpus intrantes, & facie eadem, verſu 9. *uerba*, quod animæ noſtræ, &c. *uſque ad illa*, tetro velamine, *dele*, *& lege*, quam animæ noſtræ perſpicuum eſt in ſui creatione infundiſſet Deus largiſſimus diſtributor: ſed parentum primorum culpa offuſcatur tetro velamine.

cap. 7. eſt valde ponderandum, & præcipuè, quæ dicit de ijs, quæ habentur in celeberrima antiqua Theologia Abrahæ.

cap. 10. pag. 26. facie 2. verſ. 23. *dele uerba*, pro illorum capacitate.

cap. 11. pagina 27. facie prima, verſ. 19. *dele uerba*, quæcunque fuerit, & alia, incertus enim eſt illius author.

Tomus Tertius.

Cap. 1. pagina 30. facie 1. *propè finem*, fatetur ſe inueniſſe in monumétis hebræorum antiquiſſimis multa conſortia Angelorum, neſcio an ſit verum, citra ea, quæ leguntur in ſcripturis.

cap. 2. ferè per totum hominem eſſe nobiliorem Angelis, non probo, quia loquitur quoad dona creationis, & pluribus probat rationibus.

facie 1. verſ. 8. *dicit*, non Angelis eſſe paratum Regnum à conſtitutione, &c. *dele*.

facie 2. verſ. 7. *corrigit noſtram editionem*, legentem mi-

minuisti eum paulò minus ab Angelis, *his uerbis*, cum in veritate literæ habentur, &c.

facie eadem, verſ. 35. *legit*, inſuper mixtus, & humanus, *dele uerbum*, mixtus, *& lege*, vnitus.

cap. 3. pagina 32. facie 1. *dele uerba*, quæ ſunt initia capitis, *uſque ad illa*, aut ſuper excedendi ipſum *& lege*, cum autem Angelus præuiderit hominem aſſumendum eſſe ad maiorem dignitatem, cæpit ei inuidere ſequere, & hac forte inuidia, &c.

facie 2. verſ. 16. *legit*, ideſt ne emularetur lignum ſcientiæ boni, & mali, quod Chriſtus eſt, vt ſupra explicauimus, *dele*.

cap. 5. pag. 33. facie 2. verſ. 12. cap. *uerba*, & victus diabolus, atque ſubiectus, &c. *uſque ad illa*, alterum impugnare, *dele*, arbitratur diabolum victum non poſſe alium impugnare.

cap. 6. pagina 34. facie 1. verſ. 4. *legit*, quæ tenebras, & malè operantes fugat, *dele uerbum*, & malè operantes, non enim id conuenit luci huic materiali, cætera autem à verſu quinto, vt in prophetico carmine dicitur, &c. *uſque ad illa*, per quam etiam in vltimo verſu, *dele*, *& lege ſolum*, nam per lucem ſolarem, & cœleſtem illa diuina, & ſuprema lux ſplendeſcens, &c.

facie 2. in fine cap. fatetur ad mentem Platonis ſignis cœli ſtellipheri eſſe præpoſitus Syrenas, *dele*.

cap. 8. pagina 35. facie 2. verſ. 13. cap. *legit*, diluuntur aqua illa ſupramundana, quæ Dei Filius eſt, & Dei ſapientia, & Dei verbum, *corrige*, diluuntur aqua illa ſupramundana gratiæ, quam meruit Dei Filius, & Dei ſapientia, & Dei verbum.

facie 2. verſ. 16. *legit*, cuius eſt abluere corporum inquinamenta, & reſignare aquam illam, &c. *corrige*, cuius eſt tangere corpus, & efficaciter ſignificare

ficare aquam illam gratiæ, quæ lauat.

pagina 36. facie 1. verſ. 11. *legit*, panis videlicet, & vini, quæ ſimbolum habent maximum, *vellem legiſſe*, corporis,& ſanguinis in ſpecie panis,& vini, quæ ſimbolum, &c.

Tonus Quartus.

Cap. 1. pagina 38. facie 2. verſ. 12. legit, *uates*, lege, *poeta*.

cap. 2. pag. 39. facie 2. verſ. 3. *legit*, iterum itaque ſubuectus per virtutem, *uellem legiſſe*, itaque Dei peculiari auxilio ſubuectus.

facie eadem, verſ. 13. non probo, quod per volucres cœlorum intelligantur omnes hoſpites cœleſtes.

cap. 3. pag. 39. & 40. plura dicit de his, qui futura voluerunt diuinari.

facie 2. pag. 40. ver. 10. *legit*, diuulgatum eſt in cœleſti, imò extra cœleſtem, *dele uerba*, in cœleſti imò.

cap. 4. pag. 41. & 42. non probo ea, quæ dicit de vaticinijs per furorem, quæ dicit accidiſſe Poetis, & Philoſophis, ideò delerem verba illa.

pagina 41. faciei 1. verſus 23. Democritus aſſerit nonnullos decantaſſe,&c. *uſque ad illa*. per integram horam abſtrahebantur à corpore. Totum hoc caput tutius eſt delere.

Cap. 6. pagina 44. facie ſecunda, verſu 14. cap. *uerba*, de cunctis diſpoſiturus ad libitum, *dele*.

cap. 7. pagina 45. facie ſecunda, verſ. penultimo, *dele gloſſam illam*, ideſt per fidem,& firmam adhæſionem cum Deo.

cap. 8. pag. 46. facie 2. verſ. 19. *dele uerba*, quanto magis aggrauatur peccatum in homine, *& lege*, quo in plura peccata incidit homo.

facie eadem, versu penultimo, *legit*, vt habetur in veritate literæ, egrediens egrediebatur, & reuertebatur quousque siccarentur aquæ desuper terram, & non vt habent nostri mendosi codices, egrediebatur, & non reuertebatur, coruus autem redibat vacuus, columba verò cum oliua signo pacis, *dele hæc omnia, quia nedum mordent, sed destruunt vulgatam editionem*.

pag. 47. facie prima à versu 15. *verba*, quod dominium tandiu, &c. *vsque ad illa*, in virtutem inimicam, *dele sunt contra mores Pontificum*, sequitur, *Franciscus verò iterum*, *&c.* dele verba *vero iterum*, & lege, *etiam*, in fine huius capitis dele verba, *nec quidem hoc exhibent omnem* vsque ad finem dele.

cap. 9. pagina 48. facie prima, vers. 9. *legit*, & quia mulieres maius habent cum dæmonibus symbolum & leuius illuduntur, *corrige*, *& lege*, & quia mulieres leuius illuduntur.

facie eadem, versu 16. *legit*, vates, *lege*, Poeta.

pagina eadem, facie secunda, vers. 12. *verba*, & fuit verus spiritus Samuelis, &c. *vsque ad illa*, literam interpretentur, *dele*.

Tonus Quintus.

Cap. 1. pagina 52. facie 1. vers. 7. *legit*, ligans, & connectens animam animalem, & crassiorem cum intellectiua virtute, quæ dicitur portio superior, *vellem legisse*, partem animalem cum intellectu, qui dicitur portio superior.

facie eadem docet spiritum esse corporeum, nisi intelligatur comparatiuè, vt ipse videtur innuere, non admittitur.

facie eadem, vers. 11. *legit*, cum mente superiori, & diui-

diuino illo, quod est in nobis, *corrige*, cum mente, vel portione superiori, quæ diuina semper contemplatur.

cap. 2. pag. 52. facie 2. ver. 15. *legit*, vterq; datus cuilibet homini, *dele*.

facie eadem, ver. 19. *legit*, in spiritum videlicet diabolicum, &c. *vsque ad illa verba*, aut duæ aquæ simul, *dele*.

facie eadem propè finem, *legit*, in naturam propriam, & diuinos faciens, *dele*, in naturam propriam, *& lege*, in se diuinos faciens.

cap. 3. pagina 53. facie prima, vers. 25. *verba*, proinde, nec damnatur, &c. vsque in tenebras interiores, *dele*.

cap. 4. pag. 53. non probo.

cap. 5. pagina eadem, facie secunda, propè finem, *verba*, qui alium, & alium sibi in dies, &c. *vsque ad verba illa sequentis paginæ*, Hieronymus locum habet, *dele*, fateor hominem in dies alium, & alium sibi acquirere Angelum in custodem.

cap. 6. *dele*, & principium capitis 7.

Tonus Sextus.

Cap. 1. pagina 55. facie 2. versu 7. *verba*, vt cum bona venia dixerim, *vsque ad illa*, præcedentium, præsentium, & futurorum contuitus, *dele*, *& lege solum*, quidam enim dixerunt tres diuinas personas represenṫari in tribus animæ potentijs, memoria videlicet, intellectu, & voluntate, quidam vt possent adinuenire consubstantialitatem, & originem illa simplici ratione imaginis assignata, non contenti, asserunt ipsam consistere non tantum in illis tribus potentijs, vel vt suo more loquamur in actibus primis, sed etiam in secundis,

est enim in nobis intellectus, &c. *sequere vsque*, & patrem effigiat, *& deinde lege*, in hoc autem horum imago in homine deficit ab effigiato, nam verbum in nobis productum, similiter, & amor, qui actus secundi ab ipsis dicuntur, in nobis accidentia sunt. Quidam Imaginem Dei venari laborarunt Deo comparantes non solum animam: sed totum hominem, in quo relucet omnimoda ipsius Dei Imago, *sequere, vt in fine paginæ*, est itaq; Deus plena vita, &c.

cap. 3. pagina 57. facie secunda, vers. 14. *legit*, in sua solitaria natura, *dele verbum*, solitaria, *& lege*, singularissima.

cap. 5. pagina 59. facie secunda, versu 1. *incipit*, sed antequam ad hanc vnitatem cum Deo reuertatur, *omnia dele, & lege*, sed antequam hanc vnitatem cum Deo consequatur anima, in eodem instanti, in quo creatur infunditur in corpus.

cap. 6. pagina 60. facie 1. vers. 4. *legit*, huc demiserit, non tantum vertibilem, *dele, & lege*, creauerit non tantum vertibilem.

cap. 8. puto totum esse delendum, quia contendit probare, pœnitentiam non esse dolorem, &c. tamen si quis velit non obliterare, vbi in tertio versu capitis *legit*, quæ non est vt aliqui asserunt pœnæ tenentia, *dele, & lege*, quæ non est tantum pœnæ tenentia, *versu 4. vbi legit*, sed reuersio ad Deum, *corrige, & lege*, sed etiam reuersio ad Deum.

pagina 61. facie secunda, versu decimo, *verba*, si autem ad hanc conuersionem, &c. *vsque ad illa*, casus, & præcipitatio, aut malum, *dele, sequitur*, verum igitur, *dele dictionem*, igitur, *& lege*, verum enim.

cap.no-

cap. nonum, pagina 62. facie prima, versu septimo, *verba*, dummodò suscipiens sit benè dispositus, *dele*.

facie eadem, versu 20. & 21. *verba*, in his maximè, qui debili virtute, &c. *vsque*, & infantili ætate, *dele*.

cap. 12. pagina 63. facie prima, versu 21. *legit*, qualem ab initio Deus opifex eam fecerat, *corrige*, *& lege*, qualem Deus opifex fecisset, nisi Adam peccasset.

pagina eadem, facie secunda, vers. 25. *verba*, ex qua cum animali nostro, vt Plotino placet pullulat anima rationalis, dele.

Tonus Septimus.

Cap. 1. pagina 69. facie prima, versu 10. *verba*, *&* aliquando vi quadam spiritus vehementissima, &c. *vsque ad illa*, omnium artificem benedicant, & laudent, *dele*.

facie eadem dele vltimum versum.

pagina 70. facie 1. non probo ea, quæ de resurrectione hominis dicunt secretiores Theologi,] siue cabalistici, ideo dele totum ab illis verbis versus secundi, & tertij, *nec ab his vt secretiores Theologi*, vsque ad finem *poteris addere*, si virtute naturæ in tot animalibus, quodammodo resurrectionem prospicimus, quanto magis homo Dei virtute poterit, &c.

cp. 2. pagina 70. facie secunda, vers. 32. *legit*, sed cum Christus verus Phariseus, & à mundo, &c. *corrige*, sed cum Christus à mundo, atq; ab omni quod in eo est, &c.

cap. 3. pagina 71. facie secunda, vers. 32. *dele verbum*, imaginem.

facie eadem, verſ. 29. *dele verba*, nec facta cum ipſis animarum vnio.

cap. 5. pagina 72. facie ſecunda, verſ. 19. *dele verbum*, nouitiores, fatetur homines eſſe eiuſdem ſpeciei cum Angelis non recipitur, *delenda ſunt verba*, ſed quomodo quæſo illa, &c. *vſque ad illa*, & ſurget ſpirituale.

cap. 11. pagina 76. facie ſecunda à verſu 27. vſque ad finem, videtur aſſerere corpora noſtra non reſurrectura, ſeu reſurgenda in eandem formam, *dele*, niſi nomine formæ intelligat diſtinctas qualitates.

cap. 12. pag. 77. facie 1. ver. 24. *legit*, vel ſicut habet veritas literæ, *corrige*, ut alias.

cap. 13. pagina 78. facie 2. uer. 2. 3. & 4. *uerba*, unde malè traductum eſt, &c. *vſq;* armatura fortium, *dele*, mordet uulgatam editionem.

cap. 14. pag. 79. facie 1. uerſ. 9. *verba*, hinc illis productis, &c. *vſq; ad illa*, & ſplendentes fierent, *dele*, tollit his uerbis productionem lucis.

pag. eadem, facie ſecunda, uerſ. 6. *verba*, pro quo nos habemus conſumens; non enim conſumit, & deſtruit amicos: ſed comedit, *dele*, *& lege*, comedit enim, ideſt ſuſcipit in ſe, &c.

cap. 15. pagina 79. facie 2. *uerba*, & ſic ut ſequamur Pithagoreorum dogma, &c. *dele*, nam fatetur ex horum ſententia eundem eſſe ignem beatificantem, & torquentem.

cap. 16. pagina 81. facie prima, uerſ. 5. *dele uerbum*, ſpiritualis.

cap. 17. pagina 81. facie ſecunda, uerſ. 17. *uerba*, ſed benè inuiſibilis, &c. *uſque ad illa*, quam hic uiſibilis ignis, *dele*.

Tonus

Cap. 5. pag. 90. facie 1. fatetur cœlum esse compositum ex quatuor elementis.

modulo 2. conc. 1. pagina prima, facie 1. uers. 11. con. *dele uerba*, qui non indigent alio templo.

conc. 2. pagina 92. facie prima, uers. 26. *legit*, uel ut melius habet ueritas hebraica, *dele*, ut melius.

conc. 3. pag. 92. facie 2. uers. 6. *dele uerba*, idest filio, ut alibi declarauimus.

modulo 3. conc. 1. pag. 93. facie 2. mordet nostram traductionem.

conc. 2. pagina 94. facie secunda, uers. 10. con. *uerba*, ad libitum, & non secundum misterium adiunctum, *dele*.

modulo 4. pagina 97. facie 2. con. 2. uers. 7. *uerba*, in Abel enim diuina, & in Cain diabolica familia fabricatur, *dele*.

facie eadem, uers. 8. *dele*, & diabolum erat.

facie eadem, uers. 12. *legit*, quamuis mendosi textus habeant, *corrige*, pro quo editio uulgata habet.

facie 2. uers. 2. & 3. *dele parenthesim*, ut nonnulli asserunt.

conc. 3. pagina 98. facie prima, uers 33. *uerba*, citra Imperatorem in Ecclesia, *dele uerbum*, citra Imperatorem.

modulo 6. conc. 1. pagina 100. facie secunda, uer. penultimo, *uerba*, quamuis traductio nostra, &c. *usq; ad uerba illa*, sequentis pag. uers. 2. ad rem nostram, *dele*, *& lege*, pro quo nostra traductio habet cornutam, &c.

con. 2. p. 101. fac. 2. uer. 5. *legit*, mentem peperit inquit Mercurius, *dele hæc uerba*, quia non sunt consentanea Theologis, *& lege*, opificem producit.

conc. 3. pagina 102. facie prima, uerſ. 4. *uerba illa*, ſunt etiam qui exiſtimant, *uſque ad finem totius concentus*, *dele*.

conc. 6. pag. 103. facie 2. uer. 13. *uerba*, hur enim excitare ſignati, non exurgere, *dele*.

modulo 7. conc. 3. pag. 106. ſunt perpendenda quæ dicit in principio concentus.

conc. eodem, facie eadem, uerſ. 24. conc. eiuſdem, *uerba*, quibus peculiarius ut nonnullis &c. *uſque ad illa*, & cæteris creaturis, *dele*.

facie 2. uerſ. 10. *legit*, & cum ſint hæc animalia in regno illo, ſunt etiam ipſorum ſedilia, & eorum omnium, *dele*, *& lege*, & cum horum animalium ſint idola in regno illo, ſunt etiam ſedilia eorum omnium, quorum in hoc mundo, &c.

modulo 8. conc. 1. pag. 107. facie 1. uer. 1. *uerba*, quod ex omnimoda imperitia numerorum, & ſupputationum procedit, *dele*.

conc. 2. pag. 107. facie 1. uer. 20. con. *uerba*, qui ut docet Mercurius, &c. *uſque ad illa*, atque Spiritus numen eſt, *dele*, *& lege ſolum*, qui producto filio ab æterno, & ab utroque in eadem æternitate tertia perſona ſpirata ſeptem in tempore fabricauit, &c. pondera benè ea, quæ dicit in ſecunda facie.

conc. 2. pagina 108. facie prima, uerſ. ſeptimo, *uerba*, ſunt etiam quibus, &c. *uſque ad illa*, in Dominum Deum tuum, *dele*.

facie eadem, uer. 6. *legit*, decreuerit, *corrige*, permiſerit.

facie eadem dele omnia, quæ dicit de immundis ſpiritibus.

conc. 4. pag. 114. facie prima, uerſ. 5. *uerba*, nam ſi Adam accepiſſet &c. *uſq; ad illa*, fructus eius, aut folia

folia, *dele*, & *lege vt sequitur*; At vbi venit, &c.

Modulus 12. con. 1. pag. 118. fac 2. verf. 7. *verba illa*, nec tamen recepta in Sacra Canone, *vsque ad illa*, & gloria cœlesti persoluimus imitabimur, *dele omnino*.

In Epitalamio in sponsum facie secunda, in metullio facie secunda, litera L, *dele verba*, omnigenis arboribus, ideſt, delicijs, & gradibus datis creaturis rationalibus à nobis appetendis præter arborem ſcientiæ boni, & mali, *dele*.

Modulus 13. pagina 122. facie 2. verſ. 20. *legit*, De morte, ideſt de Angelo mortis, *dele dictionem*, ideſt, & *corrige*, de morte, & de Angelo mortis.

Modulus 14. pag. 125. fac. 2. Con. 2. verſ. 27. *legit*, ſed habet veritas hebraica, *lege*, ſed habet textus hebraicus.

Modulus 18. pag. 131. fac. prima, con. 1. fatetur Eliæ, & Enoch corpora iam ſurrexiſſe, & immutata eſſe in meliorem ſortem. *Verba à verſu* 11. *ſicut de Elia legimus translato*, *vſque ad finem concentus*, dele.

Conc. 3. pagina 133. facie prima, & ſecunda, fatetur ſanctio poſſe proficere, licet in fine indeciſam relinquat hanc ſententiam de profectu Beatorum.

Franciſcus Hottomannus.

In Franciſcum Hottomannum de verbis iuris, impreſſum Venetijs 1564. Cenſura.

Ex priori Epiſtola dedicatoria, quæ incipit, *Annus iam*

tum agitur, &c. in principio secundæ paginæ delenda sunt illa verba. *qua nulla maior hominum generi à Deo tributa est*, Nam videtur auctor illis verbis; *Imperatoris dignitatem etiam supra Summi Pontificis dignitatem extollere voluisse.*

Ex eodem epistola in principio quartæ paginæ delendus est totus ille locus à vers. *in hoc autem præclaro, &c.* vsque ad vers. *Facultates tibi, &c.* Siquidem Romanum Pontificem, quem prædonem appellat, palam, & apertè maledictis insectatur.

Ex posteriore Epistola, quæ incipit, *Magnifica profectò, &c.* propè finem possent deleri illa verba à vers. *Nunc verò cum in hoc, &c.* vsque ad vers. *Erit igitur, &c.* Nam videtur tacitè Catholicos mordere.

Epistola Typographi, quæ incipit, *Redit ad vos, &c.* cum nihil aliud nisi meram auctoris laudationem contineat, tota expungenda est.

Litera C, in ver. Cynus contra Canonistas obloquitur, licet non ex sua, sed ex Cyni sententia se loqui videri velit.

Litera M, in ver. Metropolis propè finem irridet Sanctum Isidorum.

Litera S, in ver. Soror, quæ eo loco scribit in contumeliam Clericorum fortasse inseruit.

Item in ver. Spado circa medium Magna est obscœnitas in verbis Galeni, quæ adducit, & ideo retentis solum Græcis possent Latinà deleri, nimirum à vers. *quæ sic conuertimus, &c.* vsque ad vers. *Hæc Galenus, &c.*

Item in ver. Synoditæ inhonestè, & inuerecundè iocatur in Monachos. Idcircò delenda sunt verba à vers. *quos Galli*, vsque ad finem.

Li-

Litera V, in ver. Vxoris videtur latenter Sacerdotum cælibatum impugnare.

Eiuſdem Franciſci Hottomanni.

Cenſura in Commentaria in libros Inſtitutionum impreſſa Venetijs 1569.

Ex Epiſtola Typographi, quæ incipit, *Noſtrum inſtitutum, &c.* delendum eſt nomen cum laudatione Hottomanni.

In expoſitione tituli ante procœmium inſtitutionum in verbo, *Semper Auguſtus*, in fine delenda ſunt illa, *Nam & ſi de Carolo, &c.* vſque ad finem, vbi falsò ſcribit Carolum Magnum Sedem Imperij Romæ collocaſſe, quod alio non tendit niſi vt innuat Romam Imperatoriæ non Pontificiæ iuriſdictionis eſſe.

Inſtitutionum lib. 2. titulo 1. de rerum diuiſione §. 32. interdum etiam, &c. in verb. *Simulatque claues tradiderit*. in fine, *clauium traditionem à Chriſto factam perperam videtur interpretari*. Et ideo delenda illa verba, *Et huc videtur Chriſtus, &c.* vſque ad finem.

In vita Iuſtiniani, quæ habetur ante inſtitutiones, & de verbis iuris in verbo Iuſtinianus ſcribit propè finem, *Iuſtinianum religionem Chriſtianam piè, Sanctèque coluiſſe*. Hoc ſi ad tempus mortis eius referatur falſum eſt, nam conſtat ex hiſtorijs ipſum in hæreſi Eutychiana deceſſiſſe.

Cor-

Geraldus Mercator.

Correctio in librum Geraldi Mercatoris Rupelmundani Cosmographi.

In Epistola Doct. Reinhardi Solenandri dele, ab illis verbis, *impietatem iudicabat*, vsque, *Mirifice delinitus*, exclusiuè.

In alia Epistola Iacobi Sinstedij circa finem, dele ab illis verbis, *per omnia satisfaciet*, vsque ad illa, *De qua re, &c.* exclusiuè.

In capite 4. primi diei fol. 11. vbi dicit, *fideles suos in gloriam Dei Patris adducet*, dele, *Dei Patris*, & pone, *animæ, & corporis*.

In capite 5. eiusdem diei fol. 13. circa finem dele ab illis verbis, *propagationem inclinatur*, vsq; *proinde, & creaturas*, exclusiuè.

In capite 9. secundi diei folio 20. dele, *& quadrat huc per totum*, vsque in finem illius secundi diei.

In capite 10. tertij diei fol. 21. circa principium dele ab illis verbis, *præscripsisse, atque indidisse*, vsq; *Res enim suam*, &c. exclusiuè.

In capite 13. tertij diei fol. 27. dele ab illis, quæ in natura continente minimè inueniuntur, *vsque*, *Cum igitur ad vsum, &c.* exclusiuè.

In eodem capite, & fol. circa finem, dele, *Itaq; dum vbique*, vsque, *bonitate, & iustitia*, inclusiuè.

Cap. 17. 6. diei deleatur totum.

In cap. 18. folio 31. dele ab illis verbis, *sustentabantur, reliquit*, vsque, *Adamo verò de sua constantia*, exclusiuè.

In

In fine eiusdem capitis fol.32. ab illis verbis, *Est autē carnis concupiscentia*, vsque in finem.

Caput 19. *eiusdem filij*, deleatur totum.

In altera parte Atlantis deleatur titulus Epistolæ, *nempè Elizabeth Serenissimæ, potentissimæq; Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ Reginæ*.

Guglielmus Grattarola.

Corrigenda in Opusculis Guglielmi Grattarolæ iuxta impressionem Lugdunen. de anno 1568. apud Gabrielem Coterium.

In quarto folio.

Ex opusculo de memoria reparanda.

Pagina 61. vbi habet ad finem, quæ scribit, *Erasmus Roterodamus*, libro tertio Ecclesi. deleatur, *ob nomen, & testimonium Erasmi auctoris damnati*.

pag. 62. post medium cum ait, *Hactenus Erasmus*, expungatur.

Ex libello de Phisiognomia.

pag. 66. ante medium adducens illud Ioanuis 7. *nolite iudicare super faciem: sed rectum iudicium iudicate, ne recedatur à textu vulgatæ editionis*, scribatur, *nolite iudicare secundum faciē, sed iustum iudicium iudicate*.

pag. 70.

pag. 70. §. *Caput pineatum*, dele, *Ianuenses*, vsq; *& hypocritæ*.

pagina 72. in fine cum ait, *quales vt plurimum sunt Turci*, expungendum videtur, cum hic laudet turcas, quasi inter Christianos plurimi,& circumspecti, & prouidi non sint.

pagina 92. versus finem, vbi habet, *& mentem Deo proximam indicant*, tollantur, quia signum mentis Deo proxime non habetur à teneribus palpebris, vt ipse scribit.

pagina 98. initio, vbi scribit, *& anima calida, & maligna est*, videtur delendum, quia malè sonat.

pagina 133. vbi habet in fine, *lingua alba paupertatem, & miseriam testatur*, aut tollatur,aut scribatur, lingua alba pituitum dominium indicat,vnde ignauia sequi,& ob id paupertas solet.

pag. 137. lin. 2. dele, *præsertim qui Euangelium bene nouerunt*.

pag. 139. in fine quod scribit Phenices,& Caldeos,quia sub Sole,& Leone sunt, Solis in primis veneratores reddit, delendum est, veneratores, quia quod solem venerentur non est ab astris.

pagina 147. §. *qui crassos*, dele, *ac in estasim rapiuntur*.

Ex opusculo de Prognosticis tempestatum.

pagina 202. linea prima, dele, *amota superstitione*.

pagina 238. post principium ibi, certas rerum futurarũ prædictiones, deleatur, *certas*.

Ex libello de tuenda valetudine.

pagina 241. in Epistola ad Franciscum Grattarolum in medio quæ scribit, virtutes, nec vtiles, nec conferentes esse absque sanitate possunt,tollantur; quia temperantia, patientia, & aliæ etiam in ægro-

ægroto vtiles sunt, paulò infra verba Ecclesiastici legenda sunt iuxta vulgatam editionem.

pag. 244. lin. 1. dele, *ac cognitione sincera invito Sathana, & membris eius*.

Ibidem initio cum ait, Christi Seruatoris nostri, dicatur Christi Saluatoris nostri, vt vitentur prophanæ vocum nouitates.

pagina 245. initio ibi, aut fato, tollatur, propter eam, quam D. Thom. tertio contra Gentiles affert rationem.

pag. 343. post medium Apostoli verba ad Titum secundo legantur iuxta vulgatam editionem.

Hieronymus Cardanus.

Censura in libros Hieronymi Cardani de Subtilitate ex accurata recognitione, & collatione trium librorum diuersæ editionis confecta. Quorum primus est impressus Basileæ ex officina Petrina anno 1560. Secundus similiter Basileæ apud Sebastianum Henrici Petri anno 1582. Tertius Lugduni apud Bartholomæum Honoratum anno 1580. Omnes in octauo.

B, denotat impressionem Basiliensem priorem an. 1560.
b, posteriorem anni 1582.
L, Lugdunensem anni 1580.

Lectori Salutem.

Vt tuæ amice lector commoditati consuleremus, excogitauimus rationem qua facilius ea, quæ in Cardani

dani operibus expurganda sunt inuenires; quandoquidem sua scripta in libros tantum sine vlla capitum partitione digessit. Singulis igitur locorum animaduersionibus certas voces ex indice ipsius libri corrigendi petitas adiecimus, quæ quidem voces loca, quæ ex præscripto huius censuræ emendanda sunt, quota pagina reperiantur, quasi digito commonstrabunt. Curauimus autem, vt omnibus impressionibus (quantum fieri potuit) responderent. Vale, & hanc nostram diligentiam boni consule.

Ex epistola dedicatoria.

Editio Lugdunensis habet præfixam Epistolam dedicatoriam ad Ferrandum Gonzagam, quæ incipit, *Cum mecum merita, &c.* in qua nihil est delendum.

In editione vero Basileensi Epistola est inscripta, *Consaluo de Corduba*, & incipit, *Vniuersam mundi historiam, &c.* in qua sunt delenda hæc verba, *Ita fatali quodam genio fœlicissima fortuna gentis huius tuæ*, Habentur non longè ante finem.

Ex libro primo.

B, pagina 53. b, pagina 40. L, pagina 34. post medium libri, deleatur à vers. *Et in quolibet loco nunc, &c.* vsque ad vers. *Tria igitur sunt, &c.* Consule indicem in ver. *Principiorum naturalium diuisio*, & locum hunc paulò superius in pagina indicata, vel præcedente inuenies.

Ex libro secundo.

B, pagina 95. b, pagina 69. L, pagina 55. deleatur à versu, *Vocant tunc ea Diui, &c.* vsque ad versu, *in Mediterraneo, &c.* Consule indicem in ver. *Helenæ Sidus*, vel (vt in Lug-

Lugdunensi) *Helenæ sidus submersione nuncians.*

B, pagina 102. b, pag. 75. post periodum quæ incipit, *quidam ficum pro lauro*, &c. deleantur hæc verba: *& dæmonas, ideſt perſuaſionem illam meticuloſam*, conſule indicem in ver. *fulminum præcautio*.

B, pagina 147. b, pag. 106. L, pag. 82. deleatur à verſ. *Vnde animæ ſubſtantia*, *&c.* vſque ad verſ. *neque ergo putredo*, *&c.* conſule indicem in ver. *anima quid ſit*.

B, pagina 149. b, pag. 107. L. pag. 83. & paulò inferius deleantur hæc verba, *calor autem naturalis, aut anima, aut non ſine anima*, ſequuntur hæc verba poſt periodum, quæ incipit, *nam quæcunque miſta ſunt*, *&c.* Hoc non habetur in indice: ſed facile inueniri poteſt, quia ſequitur non multò poſt locum proximè notatum.

B, pagina 149. 150. b, pag. 108. L, pag. 83. & infra deleatur à verſ. *Sed dices ſi anima*, *&c.* vſque ad verſ. *talibus difficultatibus*, *&c.* Non eſt opus indice, quia ſequitur paulò poſt locum proximè notatum.

B, pag. 174. b, pag. 126. L, 96. poſt periodum quæ incipit, *ſed cum per æquidiſtantem*, *&c.* deleantur hæc verba, *atque ob id etiam præcantationis præſefert imaginem*, conſule indicem in ver. *annuli motus*.

B, pag. 177. b, pag. 128. L, pag. 97. & infra poſt periodum, quæ incipit, *cum igitur filum longum*, *&c.* deleantur hæc verba, *vel à ſpiritibus ipſis quorumuis etiam per filium deſcendit*, conſule indicem in ver. *machina quæ ſine igne ferit*, & inuenies paulò ſuperius.

Ibidem, & mox poſt periodum, quæ incipit, *ita adeo*

facili, *&c.* deleantur hæc verba, *atque hoc modo præcantatione moueri videtur*.

B, pag. 222. L, pag. 123. post periodum quæ incipit, *ergo generari illas*, *&c.* deleantur hæc verba, *Salomon ex mari per circuitum deriuari*, nam non est tolerandum, quod auctor Salomonis dictum de aquarum origine, quod habetur cap. 1. Eccles. inter opiniones ponat, & sic Sacræ scripturæ auctoritatem quasi in controuersiam adducat, Consule indicem in ver. *Fluminum ortus*.

B, pag. 210. b, pag. 153. L, pag. 116. deleatur à vers. *sunt & qui fatidi cum &c.* vsque ad vers. *in vniuersum*, *&c.* consule indicem in ver. *specuum cognitio*, & inuenies paulò superius.

L, pag. 129. deleatur in margine, *ratio Philosophi ostendens mundum esse æternum*.

B, pag. 232. L, pag. 129, Et in contextu illa verba, *qua mundum esse æternum probat*, aut deleantur, aut probat substituatur conatur probare, consule indicem in ver. *mundum esse æternum Aristotelis ratio*.

B, pag. 241. b, pag. 176. L, pag. 134. Post periodũ, quæ incipit, *quid mirum igitur Alexandri*, *&c.* deleantur hæc verba, *aut Romæ temporibus Augusti*, nam conatur referre ad causas naturales fontem olei, qui dicitur effluxisse tempore Christi natiuitatis, *consule indicem in ver. Fontium oleum stillantium causa*.

B, pag. 245. b, pag. 178. L, pag. 136. non longè à fine libri deleantur hæc verba, *relatum ad religionem à rudi*, *& credula plebe*, consule indicem in ver. *aqua stygia*, inuenies paulò post.

Ex Libro Tertio.

-. 246. L, pag. 137. in ipso principio libri dea-

leatur à verſ. *ſeu illud æternum, &c.* vſque ad verſ. *variam ſubſtantiam, &c.* nam dubitat de cœlo vtrum ſit æternum an creatum.

B, pag. 253. b, pag. 186. L, pag. 142. poſt periodũ quæ incipit, *additur miraculo maius, &c.* deleantur hæc verba, *dæmonum imitatione propoſita*, conſule indicem in ver. *ſpeculum reddens imaginem in acre cur eam reddat*, & inuenies paulò poſt in eadem, vel ſequente pagina.

B, pag. 262. L. pag. 146. Deleatur à verſ. *Nos verò illam ſi &c.* vſque ad verſ. *Nec tam procul, &c.* Conſule indicem in ver. *Lunæ macula*, inuenies in eadem, vel ſequente pagina.

Ex libro Quinto.

B, pagina 355. L, pagina 196. deleantur hæc verba, *Anima autem in qua mens poſterius perficitur. mens autem exterius aduenit*, Nam videtur aſſerere animam non in eodem inſtante corpori infundi, ſed poſt corpus creari. *Conſule indicem in ver. miſtura in quo à nutricatione, & augmento differat*, ſeu (vt in Lugdunenſi) *mixtio in quo à nutritione, & generatione differat*, inuenies in pagina indicata paulò ſuperius.

B, pag. 357. b, pag. 269. L, pag. 197. Et inferius poſt periodum, quæ incipit, *igitur ſi homo, &c.* deleatur à verſ. *manifeſtum eſt quod rectè, &c.* vſque ad verſ. *clarius idem fit, &c.* conſule indicem in ver. *vita quid ſit*.

Ex Libro Septimo.

B, pag. 439. b, pag. 336. L, pag. 246. 247. deleatur à verſ. *quantum obfuit etiam, &c.* vſque ad ver. *Athenienſibus, quod &c.* Verum fortaſſe dicit, ſed non benè dicit, quia videtur Chriſtum cum Socrate, & Scipione coniungere, *conſule indicem*

in ver. Sapientes, cur plerunque patriæ perniciem attulerunt.

B, pag. 446. b, pag. 342. L, pag. 250. 251. Deleatur in margine, *Gemmæ quomodo possint facere diuinationem*, & in contextu deleatur à vers. *Minore miraculo Hyenam*, &c. vsque ad vers. *frangi verò smaragdum, &c.* consule indicem in ver. *Gemmæ quomodo possint facere, vt homo præuideat futura.*

B, pag. 452. b, pag. 347. L, pag. 254. Deleatur à vers. *itaque aliæ gemmæ vitæ, &c.* vsq; ad ver. *at dices si splendidi, &c.* consule indicem in ver. *Gemmarum nulla insignis virtutis expers.*

B, pag. 458. b, pag. 352. L, pag. 257. deleatur à ver. *sunt qui gestantes, &c.* vsque ad vers. *ego quæ solum, &c.* consule indicem in ver. *Astroites lapis, & eius mira uis.*

B, pagina 459. 460. b, pag. 353. deleatur à vers. *expertus quod somnum, &c.* vsque ad vers. *Alij etiam Achates*, &c. consule indicem in ver. *Achates, & eius mira varietas.*

B, pag. 469. b, pag. 360. L, pag. 263. deleatur à ver. *causa igitur esse potest, &c.* vsque ad vers. *sed non ob id, &c.* consule indicem in ver. *figuræ factitiæ quomodo vim habeant.*

B, pag. 470. b, pag. 361. L, 263. Et mox deleatur à vers. *Non igitur hæc sunt, &c.* vsque ad vers. *Fortuita igitur, &c.*

B, pag. 472. b, pag. 363. L, pag. 265. post periodum quæ incipit, *Nebrites gemma non est, &c.* deleantur hæc verba, *creditur gestantem omninò tueri ne possit vulnerari*, consule indicem in ver. *Garatronius lapis.*

B, pag. 497. 498. b, pag. 384. L, pag. 280. In margine

gine deleantur hæc, *Dæmon vt responsum dare videatur*, & paulò post: *statua semper respiciens sacrificium*, in contextu deleatur à ver. *Simili ratione Dæmon, &c.* vsque ad vers. *succedit Ferrugineo*, &c. Consule indicem in ver. *Dæmon vt responsum dare videatur*.

Ex Libro Octauo.

B, pag. 533. b, pag. 412. L, pag. 301. deleatur à ver. *sed in prouidentiam, &c.* vsque ad vers. *Verum his relictis, &c.* consule indicem in ver. *Laser ex quo Belzoi*, & inuenies paulò superius in pagina indicata.

B, pag. 604. b, 468. L, pag. 340. deleatur à ver. *Velut & de genere quodam, &c.* vsq; ad ver. *sunt & quædam, &c.* Consule indicem in ver. *Nux florens in festo B. Ioannis Baptistæ*.

B, pag. 620. b, pag. 482. L, pag. 349. deleatur à ver. *sed sunt qui ardentibus, &c.* vsque ad vers. *Fuerunt qui existimauerint*, &c. consule indicem in ver. *lauri folia, tum etiam iuniperi cur in igne crepitent*.

Ex Libro Nono.

B, pag. 650. b, pag. 506. L, pag. 364. post periodũ, quæ incipit, *Si tamen cura non, &c.* deleantur hæc verba, *ac omen ad futurum bellum*, consule indicem in ver. *Locustæ cibi loco sunt Afris*.

B, pag. 671. L, pag. 376. post periodum, quæ incipit, *Nutriuntur igitur Cœli, &c.* deleantur hæc verba, *nam ex rore manna fit, qua populus Hebræus nutritus est in deserto*, Consule indicem in ver. *cicadarum historia*.

B, pag. 675. L, pag. 378. post periodum, quæ incipit, *ita in omni genere*, &c. deleatur à vers. *nam & in tam vili*, &c. vsque ad vers. *Etenim mu-*

ſcas,&c. conſule indicem in ver. *Muſtellæ piſces*.

Ex Libro Decimo .

B , pag. 686. b , pag. 535. L , pag. 385. deleatur à verſ. *Aruſpices pronunciarunt*, &c. vſq; ad ver. *ſed anaxagoras, &c.* conſule indicem in ver. *Aries , cum vno cornu in medio frontis*.

B , pag. 691. b , pag. 539 L, pag. 388. poſt periodum, quæ incipit , *ſed quid mirum de camelo, &c.* deleatur à verſ. *& voce in aurem inſuſurrata,& c.* vſque ad verſ. *ita parum videtur* , *&c.* Conſule indicem in ver. *Aſinorum mira diſciplina* .

B , pag. 692. vſque ad 694. L , pag. 389. 390. delendus eſt locus ille, qui incipit à verſ. *ſed adhuc du bitatio* , *&c.* vſque ad verſ. *Verum dicet quiſpiam* , *&c.* Nam aſſerit animalia ſui ipſorum tantum,non hominis gratia facta eſſe, *conſule indi cem in ver. camelus magis omnibus alijs animalibus videtur hominum cauſa factus* .

B , pag. 698. b , pag. 544. L, pag. 392. poſt periodum, quæ incipit , *quod illi in Dei voluntatem,&c.* deleantur hæc verba,*vel potius dæmonum auxilio* , Conſule indicem in ver. *canis mirabilis ſenſus*.

B , pag. 740. b , pag. 579. L , pag. 416. deleatur à verſ. *infauſti hominis habentur* , *&c.* vſque ad verſ. *Auium quoque propria* , *&c.* Conſule indicem in ver. *Sarau auis* , ſiue (vt in Lugdunenſi) *Sarau auis canentium nobiliſſima* .

B , pag. 741 L , pag. ibid. Et infra ſtatim poſt periodum, quæ incipit, *oderunt homines paſſerem*,&c. deleatur à verſ. *credituniq; in domibus* , &c. vſq; ad verſ. *Oderunt & coruos*, *&c.*

B , pag. 724. L , pag. 407. Deleatur à verſ. *tertium animalia ſui ipſius* , *&c.* vſque ad verſ. *id igitur ſupponentes* , *&c.* Conſule indicem in ver. *Ani-*

Animalia omnia habentia cornua ramosa timida sunt, &c.

B, pag. 755. L, pag. 425. post periodum, quæ incipit, *erudiri etiam dicunt*, *&c.* deleantur hæc verba, *vt videatur natura non secus, ac fortuna alijs omnia negasse, alijs concessisse*, consule indicem in ver. *vitulus marinus*, vel (vt in Lugdunensi) *Vituli marini mira natura, variéque vires*.

B, pag. 773. b, pag. 606. deleantur hæc verba, *prælijs, ac partubus faustè occinunt, si prodigiosum sit*, consule indicem in ver. *Galli cantus vnde*.

B, pag. 776. L, pag. 437. In margine deleantur hæc verba, *Homines participes diuini consilij*, & in contextu deleatur à vers. *Palàm est igitur*, *&c.* vsque ad vers. *Nullum itaque sub terra*, *&c.* Consule indicem in ver. *Homines diuini consilij participes*.

B, pag. 781. b, pag. 612. L, pag. 439. post periodum quæ incipit, *alter vnguibus humanis*, *&c.* videntur delenda hæc verba, *orbis imperium illi portendit*, consule indicem in ver. *Equus C. Cæsaris Dictatoris*.

Ex Libro Vndecimo.

B, pag. 792. 793. b, pag. 621. L, pag. 446. Paulo post principium libri deleatur à vers. *ergo duorum alterum*, *&c.* vsque ad vers. *itaque & ex hoc*, &c.

B, pag. 800. vsque ad 805. b, pag. 627. vsq; ad 631. L, pag. 451. vsque ad 454. deleatur tota illa inepta disputatio, qua Gentilium Mahometanorum, & Iudæorum argumenta aduersus christianos recenset, eaque admodum ieiunè, & leuiter diluit. Incipit autem à vers. *Dissidebant inter se enim*, &c. vsque ad vers. *Adeo refert varietas loci*, a

consule indicem in ver. *Legum contentio.*

Ex Libro Duodecimo .

B , pag. 828. b , pag. 650. L , pag. 468. deleatur à ver. Itaque iuuat maximè, &c. vsque ad vers. *Verum erectio ipsa,&c.* Consule indicem in ver. *Sapientes cur ad Venerem debiles .*

B , pag. 828. 829. L , pag. 469. Et paulò post deleatur à vers. *sed qualis plenitudini , &c.* vsque ad ver. *Venus enim consuetudine , &c.*

B , pag. 832. L , pag. 470. 471. post periodum , quæ incipit , *similis cura etiam , &c.* deleantur hæc verba , *quos in delicijs habebant* , vel , vt legitur in editione Lugdunensi , *quos voluptatis causa habebant* ; Consule indicem in ver. *Capilli cur tenues .*

B , pag. 863. b , pag. 679. L , pag. 489. Verba Auctoris , *Atque ob id qnamuis frustra tales partus in Dei iram referuntur* , videntur delenda illa duo verba ; *quamuis frustra* , consule indicem in ver. *Monstrorum causæ generationis .*

Ibidem, paulò post deleatur à vers. *Quod & Christus docuit , &c.* vsq; ad vers. *sed cum homines sint,* &c. Nam ex præcedentibus eius verbis videtur posse inferri quod Apostoli ipso Christo fama , & operibus maiores fuerint , *Consule indicem in ver. Homines inclyti maiores operibus successores relinquunt .*

B , pag. 852. b , pag. 670. Post periodum , quæ incipit , *difficillimum verò est , &c.* deleantur hæc verba , *quod eò traduci potest , vt ad diuinationem , & lucrum maximum conducat* , consule indicem in ver. *homines mutili mali .*

Ex Libro decimotertio .

B , pag. 877 L , pag. 497. Deleatur à vers. *veneris vsu*

non,

non, &c. vſque ad uerſ. *lucrando abſque , &c.* conſule indicem in u. *uoluptas omnis, ac delectatio dolorem præſupponit, aut triſtitiam, &c.*

B, pag. 881. b, pag. 694. L, pag. 499. Poſt periodum, quæ incipit, *ſed qui ſponte fiunt , &c.* deleatur à uerſ. *crediti ſunt aliquid, &c.* uſque ad uerſ. *alÿs in ſenſus, &c.* conſule indicem in uer. *aurium ſonitus, qui ſponte fit an aliquid portendat .*

B, pag. 882. b, ibidem , L , pag. 499. 500. Deleatur à uerſ. *itaque ea de cauſa , &c.* uſque ad uerſ. *& corpora Sanctorum , &c.* unà cum margine, *odoris omen,* conſule indicem in uer. *odoris omen.*

Ex Libro Decimoquarto .

B, pag. 920. b, pag. 725. L, pag. 518. Deleatur à uer. *ob id ſacerdotes, &c.* uſque ad uerſ. *at uerò obſcuritas, &c.* conſule indicem in uer. *ſapientis tria munera .*

B, pag. 920. 921. L, pag. 519. Et infra proximè deleatur à uerſ. *æternorum autem quædam, &c.* uſque ad uerſ. *ſpecies igitur immotæ, &c.*

pag. 362. lin vlt. illud deleatur, *quod plurimorum criminum reus agеretur*, & paulò post, *sceleris sim conscius*, item ibidem in margine, illud dele, *contentiones Pontificum*.

pag. 365. lin. 1. del. *& ob vitæ impuritatem*.

pag. 369. lin. 12. sic legatur, *post Ioannem 20. factus est Papa 151. Benedictus viij. quo fugato Siluester quidam Papatum occupauit; Porrò reuersus*

sus Benedictus contra Siluestrum tertio cuidam, qui Gregorius sextus dictus est, cessit ius suum in Pontificatu.

pag. 370. lin. 4. mutetur pro, *tria illa fœdissima monstra*, ponatur tantùm sic, *tres illos.*

pag. 372. lin. 7. deleatur, *qui si Papatum occupauit.*

pag. 374. lin. 3. del. *Tragœdiæ huius auctor Papa Hildebrandus*, vsque ad, *in pueritia.*

Ibidem in margine illa del *Hildebrandus Papa quanti mali auctor*, item ibidem mutetur illud pro, *Hildebrandi Papæ Tyrannis in derogando Cæsarum auctoritati*, ponatur sic, *Gregorij Septimi decretum contrarium.*

Ibidem lin. pen. sic legatur, *præterea Imperator conferebat Episcopos Imperij.*

Pag. 375. lin. 18. *qui improbabant*, vsque ad, *Synodos.*

pag. 376. lin. 17. illud deleatur, *profugientibus, &c.* vsque ad illud pag. seq. *ita demum.*

Pag. 377. lin. 2. del. *quem quęso, &c.* vsque ad, *post hanc victoriam.*

Et annot. marginalis, *Hidebrandus Papa alter Caiphas*, item lin. 22. Sigebertus historicus, &c. vsq; ad illud paginæ sequentis anno 1103. cum annot. marg.

pag. 378. lin. 15. muta pro, *optimum principem afficit*, ponatur sic, *eum afficit.*

Pag. 380. lin. 16. deleatur illud, *excitatum artibus Papę.*

pagina 381. linea sexta, *de successione Hildebrandi*, illud deleatur, *à socijs eius.*

Ibidem lin. 19. *de Henrico V.* illud deleatur, *scilicet, &c.* vsque ad, *Romam veniens.*

pag. 382. lin. 2. muta pro ijs, *pręterea, &c.* vsque ad.

ad, *Cesare*, legatur sic, *Admissio in Vrbem Cesar*.

pag. 383. lin. 7. del. *Nisi vt patrem suum ipsum quoq; antea oppressissent*.

Item paulò post, *optimus princeps*, deleatur verbum, *optimus*.

pag. 391. sub finem, *de Adriano III. Papa*, illud deleatur, *sed postea*, *&c.* vsque ad illud pag. sequent. 392. *Post Adrianum*. item annotat. marginalis.

pag. 393. lin. 5. *de Friderico primo Cesare*, deleatur illud, *quantum ego, &c.* vsque ad, initio sui Imper.

pag. 394. lin. 16. illud deleatur, *postea verò, &c.* vsque ad illud pag. 396. *porrò consortem Imperij gubernandi*.

Item deleatur ibidem illud, *hac transactione facta*, cum annot. marginali.

pag. 399. lin. 1. *de Papa Innocentio*, corrigatur lectio, ibidem linea 30. deleatur, *id vbi olfecit, &c.* vsque ad illud pag. 400. lin. 19. del. *nihilo magis ab instituto suo destitit, sed*.

pag. 401. del. illud, quod est in margine, *fortunati legitimè electi*.

pag. 404. de ordinibus Mendicantium, corrigatur locus & deleantur quædam offendentia.

Ibidem lin. 20. deleatur, *Imperiales à Pontifice iam occupatas*.

pag. 405. lin. 9. del. illa, *superbum plane, atque crudele, &c.* vsque ad annum 1212. & quod est in margine, Pontifices superbi, & crudeles.

pag. 407. lin. 6. de Friderico Secundo Cæsare, deleatur, *nemo satis, &c.* vsque ad, *multarum linguarum*, item lin. 21. illud deleatur, *ex consilio Papæ, &c.* vsque, *secundum bellum*.

pag. 408. deleantur illa, *id verò excusantem, &c.* vsq; ad ann. 1222.

pag. 409. deleatur, *nisi hos quoque dolos, siue iniurias potius fact. absenti*.

pag. 411. & 412. deleantur, *quædam saltem*, non omnia si locus corrigi posse videatur, *salua fide histor.* ab illo loco anno 1258. &c. vsque ad illud pag. 413. *Innocentio Tertio*, cum annotatione marginali.

pag. 414. lin. vlt. *de Conrado Cæsare*, deleatur, *consilio Papæ*.

pag. 415. lin. 1. illud deleatur, *ò insignem crudelitatem, &c.* vsque ad, *Guilielmum Cæsarem*, cum annotat. marginali, ibidem lin. 4. deleatur nomen illud, *Pontificis*.

Pag. 422. lin. 11. del. illud, *Atque hinc est, &c.* vsq; *Albertum Cæsarem*.

pag. 425. lin. 4. ante finem, *de Henrico VII. Cæsare*, illud dele, *quo tempore*, *&c.* vsq; ad fin. pag. cum annotat. marginali.

pag. 431. lin. illud deleatur, *factione Pontificia*, Item lin. 11. prætexuit enim, &c. *vsq; ad*, anno 1348.

pag. 432. lin. 5. sub fin. illud del. *præter iustam causam*, item linea vltima, videatur locus, & corrigatur, *vbi offendit*, vsq; ad illud pag. sequentis 433. *post Benedictum*, ibidem illud, *& acerrimè eum persecutus est, &c.* vsque ad, *emit hic Clemens*.

pag. 463. lin. 22. *de Iulio II. Papa*, illud del. *Aduersus hunc, &c.* vsq; ad finem paginæ.

pag. 464. lin. 7. *de Luthero*, corrigatur sic, pro, *non vulgarem vicissitudinem*, ponatur, *non vulgares tumultus*, Se enim habet Parisiensis editio,

anni 1551. apud Iacobum du Puys, & 1557. apud Gul. Iulianum, qui hæc sequentia adiecit.

pag. 484. in fine Epilogi lin. ii. deleatur, *solo*, neque enim id habent illæ editiones.

Porrò idem esto iudicium de editionibus iam dictis, & Antuerpiensi apud Stelsium anno 1540. ac 1547. & Gallicis ex translatione, *M. Ioan. le Blond*, Parisijs anno 1547. & 1553.

Ioannes Forsterius.

Censura in Dictionarium Hebraicum Ioannis Forsteri impressum Basileæ, Anno MDLVII.

In principio Præfationis.

Neque inter promissiones legis, & Euangelij de gratuita remissione peccatorum propter mediatorem Christum discer. del. tot. quia sapit hæresim Lutheri omnia gratiæ, & nihil libero arbitrio tribuentis, & repone, *neque inter promissiones legis, & Euangelij, in quo iustificamur ex fide, & operibus bonis per gratiam I E S V Christi mediatoris discernunt.*

Infra, *Et nunc cum aduersarij, &c.* dele totum, vsque ad, *in primis autem, &c.* nam continet blasphemias contra missæ sacrificium, nec rectam affert expositionem illius verbi.

Infra, *Fide accipimus remissionem peccatorum, &c.* dele illud, *fide*, & repone, *ipsiusque morte, sanguine, & merito, ac per bona opera nostra accipiamus remissionem peccatorum &c.*

Infra, *Quid in veteri translatione, &c.* dele totum,

vſque ad , *porrò in recentium* , *&c.* nam ex Concilio Tridentino Vulgata lectio tanquam certa, ſacra, & autentica haberi debet, & omnes aliæ reprobantur, etiam ſi ad intelligendum ſenſum conducant, quā trāſlationem ipſe carpit apertis verbis.

Fol. 17. num. 30. *& petit expiationem à peccatis per ſanguinem Chriſti , & prædicationem Euangelij, quæ illis ſanguinis, & aquæ aſperſionibus ſignificabatur* : dele totum , & repone , *& petit expiationem à peccatis per ſanguinem Chriſti , & Sacramenta ipſius, quæ illa ſanguinis, & aquæ aſperſione ſignificata fuere* .

Fol. 26. verſ. penult. *Auctor Epiſtolæ ad Hebræos citans hanc vocem* , *&c.* dele hæc verba, vſque ad, *citans*, *&c.* & repone , *D. Paulus in Epiſtola ad Hebræos citans, &c.* nam ſic definiuit Sacrum Concilium Tridentinum , & alio modo citare ſub dubio hæreſis eſt , & eodem modo dele in toto dictionario , in locis infrapoſitis, ſcilicet .

pag. 34. verſ. 10. verbo אלהים

pag. 141. poſt med. in ver. מגלה

pag. 150. in ver. מג *ſub radice* ,

pag. 160. poſt med. ver. רבות

pag. 198. ver. דרדר

pag. 216. in ver. מלאך *radice* , הלך

pag. 227. verb. זהר

pag. 230. in med. זונה

pag. 264. ver. חטאת

pag. 269. in initio ver. חכה dele , & prætérea quædam alia verba , *quod Eraſmo annotante*, & repone , *quod ex quorundam ſententia non ſimplicem, &c.*

pag. 274. ver. חלאתה verſ. 9.

pag. 277. ante numerum rad. 475. ver. מחלקת

pag. 313. in medio ver. יו

pag. 317. verb. ידע
pag. 336. propè finem ver. יעד
pag. 393. verbo, פרכת bis delendum, & infra eadem dictione, *vt lapsus, qui est in Epistola ad Hebræos*, &c. totum dele.
pag. 408. numero 776. ver. לחם
pag. 418. verbo לענת
pag. 438. num. 851. ver. כר
pag. 481. propè finem, ver. ניב
pag. 514. ante med. ver. נצח
pag. 614. in principio ver. עפל
pag. 616. ver. עצם
pag. 654. in med. פנים
pag. 669. ver. פוח
pag. 725. ver. קשט
pag. 727. ver. קום in nomine יקום
pag. 728. ante med. ver. קוץ
pag. 745. ver. רב
pag. 757. in med. ver. ראש
pag. 786. ver. רכב bis delendum.
pag. 800. ver. רצון
pag. 861. ver. שלם
pag. 883. ver. שפט

In his omnibus locis dele, *Author Epistolæ ad Hebræos*, & repone, *D. Paulus in Epistola ad Hebræos*, quia sic definiuit Sacrum Concilium Tridentinum, & tenent Sancti Doctores.

pag. 32. in medio: Et propter hæc dona, & beneficia, quæ ab ipso acceperunt, & habent, ipsi tanquam iuramento obstricti sunt illi præstare cultum, obedientiam, & gratitudinem, *dele*, & *repone*, Et propter hæc dona, & beneficia, quæ ab ipso acceperunt, & habent, ipsum timore debent, eidemque præstare cultum rerum, obedientiam, & gra-

& gratitudinem. Similiter in fine eiusdem paginæ repetuntur hæc verba in nomine מלא dele &c.

pag. 34. & 35. In verbo Eloim, quod vertit, Potestates est nimis licentiosum, & arrogans vocabulum, ideo neque vsurpandum, & delendum, *eiusq; loco repone*, *semper* Iudices. Iudicum, &c.

pag. 38. propè finem, sub rad. אמן *participium presens* מאמין *idest quicunque fidit, transtulit, idest, quicunque fide acceperit verbum de misericordia Dei omnibus gratis promissa propter Christum non trepidabit*, dele, & repone, *quicunque credit, transtulit, idest quicunque fide acceperit verbum de misericordia Dei omnibus promissa, propter Christum, vel per Christum, non trepidabit*, & sunt Catholico modo intelligenda, item & exponenda, ac verbum, *gratis*, iuxta sensum Ecclesiæ delendum.

pag. 39. infra verbo אמונה *& latinis dicitur fides, quia fiat, quod dicitur, Grecis πίστις, & in doctrina Euangelij significat fiduciam misericordie promisse propter Christum mediatorem, &c.* hic locus sanè, & rectè expendendus, & intelligendus est.

pag. 106. circa med. rad. גלל &c. *que primo gentes, &c. & adhuc colunt, & venerantur, qui mortuorum intercessione, & patrocinio, suisque operibus, &c.* totum delendum, hæretica enim sunt, vsq; ad Iud. 2. *& fecerunt filij, &c.*

pag. 114. verb. ברא & cap. 45. Rorate cœli è supernis & nubes stillent iustitiam, aperiatur terra, & fructificentur salus, & iustitia germinet simul. Ego Iehouà creaui illum, scilicet filium non ex nihilo vt alias creaturas: sed nouo modo ex Virgine, sicuti etiam Ieremias alludit cap. 31. quoniam crea-

creauit Iehouà nouum in terra, fœmina circundabit virum, *dele, & repone sic*, Ego Dominus (hebraicè Iehouà) creaui illum, scilicet Christum, Messiam, nam vt verbum, & Filius Dei coæternus genitus fuit, non creatus, & sensus est: Ego Deus, scilicet Spiritus Sanctus creaui, formaui illum Messiam: idest corpus eius hominis, nouo modo creationis; idest operationis. Ad quem modum alludit Ierem. cap. 31. quoniam creauit Dominus Iehouà nouum in terra, idest nouo modo, fœmina, Virgo hebraicè, (mulier Virgo secundum latinum) circundabit virum, idest Christum, qui vir dicitur, non ætate, sed sapientia, vt ibi D. Hieron. exponit.

pag. 158. propè finem, ver. דבר post locum, qui incipit, Sexto construitur cum עם infra: ait. Nec cogitent maiorem fidem habere apud omnes doctos libros Regum, quam Paralipomenon libros, cum quod ad Grammaticam, tum etiam ad numerandi rationem spectat, *dele totum, quia vtrique post Concilium Tridentinum sacri libri censendi & habendi sunt*, *& repone*, Vocum similitudine decepti. Idem est sensus per diuersa verba significatus.

pagina 161. verb. דבר à pesto, quæ in caligine versatur, vbi translatio vulgaris habet, à negotio perambulante in tenebris, *adde*, idem sensus est. pestis enim serpit quasi in occulto, & ferit omnes.

pag. 229. in medio verb. זנה deinde qui neglecto vero Deo, & verbo eius, & post habitis veris cultibus à Deo institutis ex petulantia carnis, & lasciuia fidem suam alienant, idolaque, & cultus alios humanitus institutos amant, & amplectuntur, &c. *dele, & repone*, deinde qui neglecto vero Deo, & ver-

verbo eius per Prophetas enarratum, & post habito vero cultu à Deo, & Ecclesia instituto ex petulantia carnis, & lasciuia, & vitæ libertate fidem veram alienant, & idola materialia, siue cultus alios prophanos humanitus institutos amant, & amplectuntur contra Dei, & Ecclesiæ suæ sanctæ leges, & moraliter, qui humana potentia, sapientia, iustitia, humanis viribus, gratia, & præsidijs innituntur, & fidunt, sunt meretricarij spirituales, & dicuntur meretricari, ac sic à Prophetis reprehenduntur.

pag. 262. *verbo non paulo post principium*, vulgaris editio, &c. *vsq; ad*, delinquendi vertere, *dele*, & *repone sic*, vulgaris editio non sẽper vertit verba hebraica præcisè, & vt propriè sonant, semper verbo, peccare, reddidit, quod propriè dicitur, quasi pellicare, idest cum pellice coire, seu adulterium committere. Quanquam alij auctores largiori modo eo vtuntur, vt Cicero, & Horat. Ego tamen malui verbo errandi, seu delinquendi vertere, quod superior versio minus huius significationi vocis conuenire mihi visa sit.

pag. 282. *verb. non paulo post initium*, atque semper & vbique excludit conditionem dignitatis, seu meriti, *adde*, licet excludant, &c. supponunt tamen in homine aliquam dispositionem, vt patet ex verbis Dauidis hoc deprecantis. Miserere mei Deus, *Psalm.* 51. non gratis condones: sed supposita mea conuersione ex gratia tua, & dolore peccati commissi precor. Vti misereearis, & distinguenda est significatio huiusmodi, vt Exod. 23. Miserebor cui miserebor, loquitur de prædestinatione, seu præscientia prædestinationis diuinæ, quæ vt sic, & simpliciter non præsupponit merita, seu

 di-

dispositionem ex parte hominis quantum ad conferendum primam gratiam.

Vnde in hac radice *delendum illud*, & significat gratificare, recipere aliquem in gratiam, gratia aliquem prosequi, ex gratia donare aliquem, gratis donare aliquem, beneficium gratuito præstare, & præterea in tota radicis, & vocum explanatione. Est enim nouum vocabulum, & ex industria ad decipiendum rectos corde excogitatum, vt patet ex interpretatione aliorum Doctorum tum Hebræorum tum Latinorum, & repone sic.

Et significat propriè misereri, misericordem esse erga aliquem, gratum se præbere, seu facilem ad condonandum, & indulgendum. Et sic in omnibus locorum explanationibus delendum illud gratificare: *& repone*, gratum te mihi ostende, facilem, procliuem ad miserendum, cum iam facti mali me pœniteat, *vsq; ad illa verba*, in quarta coniugatione: nec recedendum à versione vulgata, vt Psal. 119. Gratifica me lege tua, *dele, & repone iuxta latinum*: & de lege tua, miserere mei, idest, secundum legem tuam.

Ibidem, idest, & recepit nos in gratiam, *dele illud*: Gratificauit nos per illum dilectum, *& repone*, gratum se, & placabilem ostendit (vt fuit) per dilectum scilicet filium suum.

pag. 283. verb. חנן *Ephes.* 1. Gratificauit nos in dilecto filio suo: idest, recedit nos in gratiam, *hæc verbo sana fide intelligenda, & explicanda est*.

pag. 284. verbo חנם, & est particula exclusiua, vel pretij, vel causæ, vel meriti, *delenda, & repone sic*, & est aliquando exclusiua pretij, quandoq; causæ, aliquando verò meriti. Et cum subdit

dit exempla ; Gen. 29. seruies mihi gratis absq; pecunia, *dele, & repone*, seruies ergo mihi gratis? idest, absq; ulla mercede pecuniæ?

Num. 11. Recordabamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis? idest, non ementes, & sine precio piscabamur, &c. aliquando significat frustra, aliquando temere. frustra, vt *Prou.* 1. gratis expanditur rete ob oculos etc. idest, frustra, sed *cap.* 24. Ne sis testis gratis contra proximum tuum, idest immeritò, temerè, *Psal.* 35. quoniam frustra, seu immeritò absconderunt mihi in perniciem rete suum: idest, frustra absconderunt in meam perniciem rete suum. Et cum sequitur; *Volui autem isto consilio, &c.* Dele omnia, quia non benè exponit verba Diui Pauli, & impugnant iustificationem ex operibus, & damnatur iste error à Sacro Concilio Tridentino, nec rectè intellexit vim, & proprietatem vocis hebraicæ.

pag. 351. in fine. Et latini interpretes verterunt pluuiam matutinam. Rectius vertes temporariam, seu tempestiuam, &c. *dele, & repone*; Latinus interpres vertit, pluuiam temporaneam, vnde vertere etiam potes tempestiuam: nam illæ quæ prius decidit, &c.

pagina 360. circa medium verb. ישר Rectus, æquus, qui neq; ad dexteram declinat, neq; ad sinistram, &c. deniq; qui cum benè operatur, non suum inde honorem, aut commodum, vt hypocritæ, vel premium vitæ æternæ, vt iustitiarij, sed Dei gloriam, & vtilitatem proximi quærit, *dele ab eo verbo*, deniq; &c. nam non faciunt ad expositionem vocis hebraicæ, & limites dictionarij transeunt; & quia præterea sine dubio perstringit catholicos, qui iustificationem ex bonis ope-

operibus afferunt, vt sancta fides docet, *&* re-*pone*. Rectus ergo propriè, idem quod recta linea, metaphoricè, Rectus homo, qui non deflectit ad malum, neq; concutitur tentationibus dæmonum, vel persecutionibus malorum hominum.

pag. 392. propè finem, verbo ישרון dum ait: Hinc Hebræi etiam num diuinam maiestatem שכינה vocant, quod super tegumento &c. Nam Deus voluit &c. *dele ab hoc verba, omnia quæ sequuntur, nam sunt extra rem.*

pag. 344. verbo מה deleatur nomen Bernardi Ziegleri hæretici, vnà cum eius laudatione.

Et supra, aut omnino deprauasse verisimile est, *adde*, aut omninò deprauasse non modò verisimile, sed etiam certum est, ex libro Siphrè, & Gloss. maiori in Num.

Et infra, ita quoq; Deus à nobis aliud nihil requirit, nisi fidem, & obedientiam verbi, & vt ipsius dicto auscultemus, &c. *dele, & repone*: ita, ait, propheta, Deus à nobis requirit perfectam fidelitatem, & obedientiam, & hoc significat, aures autem perfodisti mihi; idest iuxta Samuelem, melius est obedire mandatis Dei cum simplicitate, quam sacrificare ex beneplacito.

pag. 448. post med. verbo מום Et rem seu opus, per eum significatum Christus vt cultum frustraneum reijcit, *dele, & repone*, & rem, seu opus per eam iussum fieri ab hominibus, seu Pharisæis contra & supra leges diuinas inutile, tanquam cultum frustraneum reijcit Christus, *Et Petrus* 1. *Epist.* 1. appellat vanitatem, quæ non debeat laqueum inijcere conscientijs, *reliqua delenda vsq;* ad tertio Magistri, &c. adde: nam Christus, vti & D.Pe-

D. Petrus de præteritis iam & eo tempore vexantibus fidelium animos traditionibus loquuntur, à Pharisæis, & Hebræis introductis.

pag. 564. ferè in med. Præterea & hoc Theologum cum primis scire refert, quid in scriptura, &c. *dele illud verbum*, Theologum; nam sufficit illi scire quid importent vocabula, & dictiones latinæ Vulgatæ translationis tantum: linguarum vero cæterarum cognitio sunt adiumento huic cognitioni. Nec propriè verba illa hebraica sunt tantæ latitudinis, & extensionis, quantam ille latinis verbis enucleare vult tanquam nouus interpres, *Ecce locus Exod. 2.* & si non credet mihi (loquitur Moyses de populo hebræo) vbi est verbũ אמן quod non debemus vertere, *& si non certo crediderint*, & assentientur, & fide indubitata apprehenderint, &c. vt ipse exponit.

Et infra, ita אמונה fidei vocabulum, &c. *dele totum vsque ad numerum 896.* quia superflua, & nimis arrogans, ac noua expositio. item quia doctrina hæretica est; asserere enim videtur, nihil esse de fide, nisi quod continetur in Sacra Scriptura. Quam hæresim etsi apertis verbis non præseferat, tacitis, & subdolis verè patefacit.

pag. 466. verbo מבט Hieronymus, quod vel significatione non multum abludat, vel literarum forte similitudine deceptus spes transtulit, quasi esset מבטח: *dele, & repone sic*, Diuus Hieronymus, quod vel significatione non multum abludat, vel metaphoram secutus, spem transtulit: eo quod qui sursum respiciat, speret se ab illo adiuuari: quanquam doctores Hebræi dicunt, נבט significare, de loco alto respicere infimum, *in Gloss. maiori super Gen. cap. 15. sic exponitur Esa. 20. &c.*

p. 474.

pag. 474. num. 14. quod vetus translatio verbo angario transtulit, & magis propriè latino adigendi (id quod significat) transtulisset, *dele hoc, & repone*, quod verbum vetus translatio verbo angario transtulit: item, verbo adigendi possumus nos vertere: sed primum &c.

pagina 495. circa med. Hunc locum perperam vertit author epistolæ ad Hebræos, ideo multas quoq; peperit quæstiones, *dele totum*, quia hæretica verba sunt, & sciolus nimis sibi videtur in hac lingua. Quasi illam de nouo condiderit, aut Spiritus Sanctus diuersa per varios præcones non possit enunciare?

pag. 523. post princ. Est autem leuare manus ad Deũ, non confidere operibus, & meritis, &c. Est autem leuare manum ad præcepta Dei, &c. *dele totum*, verum est, nos non debere gloriari de meritis nostris: sed omnia nostra bona opera eidem accepta referre; tamen Phrasis hebraica per illa verba id non importat: sed simpliciter sumit metaphoram à sacrificiorum cæremonia, vel oratione Mosis: in quibus orantes, vel sacrificantes Sacerdotes leuabant manus suas ad Deum petentes auxilium, & distingue quod infra ait, leuare, & eleuare manum, nam diuersa phrasis est, *& repone sic*, 1. Thom. 2. (dele, viros adhortans) sustollite (inquit) puras manus absque ira, & disceptatione: idest, leuate opera vestra, vel intentionem bonam puram ad Deum, absq; vllo iræ, vel disceptationis contagio, veluti puri, & mundi corde. Vel leuate manus, idest, sacrificate Deo bona quæ agitis cum puritate. Est præterea leuare manum ad præcepta Dei, velle opera Dei facere, &c. *vnde Psal. 4.* In noctibus extollite manus

nus vestràs ; quasi dicat : orate puro , & immaculato corde , & Deum benedicite .

pag. 564. verb. עבר in medio , *Mich.* 7. Quis Deus est sicut tu , leuans iniquitatem , & transiens super transgressionem propter reliquias hæreditatis tuæ , idest condonans , & dissimulans , *dele* , *&* *repone sic* . Quis est Deus sicut tu ? parcens iniquitati , & transiens super peccatum reliquiæ , siue residui populi sui , idest , differs punire : vnde sequitur , non fortificauit , vel apprehendit semper furorem suum .

pag. 565. propè finem verbo עבר dele , & sic Erasmus haud dubiè etiam alios secutus hoc esse dicat , *& repone* , quidam putant , quod illud sit religionis , &c.

pagina 599. vers. 4. de gratuita misericordia , &c. *dele* , *& repone* , de diuina misericordia , &c. vel melius , dele , ab eo ; & promissis annectitur , quia non est ad rem , & hæreticum , paulò post vers. 16. atque etiam nonnullos ab Euangelij gratia quo docetur sola Dei misericordia fide propter Christum iustificari hominem , &c. *dele* , *& repone* ; atque etiam peruersos nonnullos ab Euangelij gratia , quo docemur homines per fidem Christi , & Redemptoris , quæ per dilectionem operatur , iustificari absque operibus legis , in Iudaismum abducere visi sunt , & errores alios .

Et infra , cæterum quod Hieronymus super Epist. ad Gal. de ista voce עלם scribit , si cum ו cholem scribatur , notare æternitatem , sine autem vau tempus finitum , & determinatum , id equidem vanum , & friuolum commentum esse loci scripturæ sacræ complurimi , &c. *dele totum* , *& repone* , D. Hieronymus in epist. ad Gal. secutus fortè

opi-

opinionem Præceptoris sui Hebræi (de quo sæpè mentionem facit) putat vocem hanc עולם si cum vau cholem scribatur, notare æternitatem, sine autem vau tempus finitum, & determinatum, non videtur probabile, prout loci Scripturæ Sacræ com plurimi, si quis eos consulat, &c.

Et infra, atq; non paucos persuaserunt, vt existimarent non sola in Christum fide nos iustificari, &c. *dele totum, quia habentur plura quæ non sibi constant.*

pag. 600. in med. Et nedum legem ceremonialem esse abrogatum, quod ad iustificationem attinet, verum; etiam moralem hoc est decalogi, &c. *vsque ad*, Et pluraliter, *dele, & repone sic*, legem ceremonialem esse abrogatam, moralem vero, hoc est, decalogi præcepta, confirmatam esse per Christum in Euangelio.

pag. 620. post med. verb. עקש si simplex sum, tamen ipse peruersum faciet me, idest, aget me reum peruersitatis, *dele, & repone sic. Iob. 9.* latina sic: Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. iuxta literam hebraicam, Si iustus fuero, vel iustum me fecerit quisquam, os meum condemnabit me, vel malignum faciet me: Si perfectus, vel simplex, ego, & (pro tamen) peruersum faciet me (scilicet, os meum, idest, ego conscius meorum peccatorum, humiliter reum me constituam ante Deum.

pag. 656. verbo אים in fine, differit de Trinitate, & est rectè perpendendus, & intelligendus.

pag. 673. vers. 7. verbo שוה Andræas Osiander asserebat verbum פרע &c. *dele, & repone*, quidam asserebat verbum, &c.

pagina 686. initio, verbo אנא *Et 1. Timoth. 1.* Vt mi-

milites in eis bonam militiam, dele hunc locum.

pag. 689. verbo צדק approbatus fuit propter fidem, seu factum, *dele, & repone sic*, Iustus, vt ita dicam, habitus fuit.

Infra, in tertia coniugatione, iustificauit, iustum pronunciauit, iustitiam imputauit, &c. vsq; ad Exod. 23. *dele totum, & repone*, iustificauit, iustum fecit, seu declarauit aliquem, idest innocentem, nec ob crimen, quo notatur, dignum pœna; administrauit iustitiam, reum, seu accusatum absoluit, *Exod. 23.* Inculpatum, & iustum, &c.

Infra, Daniel 12. & doctores fulgebunt sicut splendor firmamenti, & iustificatores multorum, quasi stellæ in multa sæcula, &c. *dele, & repone sic*, Vt prudentes, vel prudenter facientes fulgebunt sicut splendor firmamenti, & qui iustificant multos sicut stellæ in sæculum, & vltra. *Reliqua dele*.

Infra. verbo צדיק latine iustus, qui vacat culpa, seu reatu, qui approbatus est, vel propter Christum, vel factum, *dele, & repone*, latine iustus, idest, qui vacat culpa, seu reatu, & qui appellatur, & est iustus, vel vt talis approbatur, *Et paulò post:* Et quando Deo attribuitur, non solum significat Deum natura, & essentia sua iustum; verum etiam affectionaliter, quod credentes iustificat, *dele, & repone*, Deo etiam attribuitur, & significat Deum natura, & essentia iustum, & iustus, quod iustificet homines credentes, & benè operantes.

infra. *Psalm. 15.* Audi Deus Iehouà iustitiam, idest, id quod verè, idest quod verè iustum est, seu iustam causam; qualis est fides, verbum, & opera fidei, *dele, & repone*, idest, iustam orationem meam,

ex fide, ideſt, me iuſta petentem,& conſequi ſperantem, ideſt, me iuſta petentem, *vel*, audi Deus iuſtam cauſam meam, meæ ad te orationis.

Infra, at ſi de Deo prædicatur, &c. *vſque ad Pſal. 7. dele, & repone*, de Deo vero prædicatur, & ſignificat iuſtitiam, quæ verè, & realiter in Deo eſt, vt cætera attributa, & illam, qua peccatores iuſtificat, & recipit in gratiam. Dicitur vero in Scriptura, iuſtitia Dei, ideſt, quod præcipuè Dei gratia, & beneficio nobis contingat. Et iuxta phraſim hebraicam, iuſtitia Dei, ideſt, iuſtitia magna, quandoq; verti poteſt, *Reliqua dele vſq; ad*, pri iuſtitia, &c.

Infra Dan. 4. & peccata tua cum iuſtitia redimantur, *adde*, (cum iuſtitia, ideſt eleemoſynis) redimantur, ſic enim vocant eleemoſynam, quòd de iure pauperibus debeatur.

In fine huius pag. ſi autem de Deo prædicatur, &c. *dele totum*, nam locus *Gen. 15.* de Abraam fide loquitur, quæ ei reputata eſt in iuſtitiam.

pag. 691. Et iuſtitia Euangelion, ſeu Euangelij prædicatio, *vſq; Eſa. 56. dele*, eſt enim nimis audax expoſitio.

pag. 696. verb. צדק locus *1. Sam. 26.* Iehoua qui reddit vnicuiq; iuſtitiam eius, & fidem eius, habentur in vulgata paucis mutatis, ſed ſenſus eſt idem.

pagina 715. verbo קבל *dele nomen Pauli Riſij hæretici*:

pagina 724. propè finem verbo קו Zach. 1. & domus mea ædificabitur in ea, & funiculus extendetur ſuper Ieruſalem, ideſt verbum Dei, &c. *vſque ad* & in ſtatu affixorum, &c. *dele à verbo*, *ideſt*, quia

quia carpit traditiones Ecclesiasticas, & expositio non rectè conuenit.

pag. 737. verbo קסם non est diuinatio in Israel, quæ scilicet imaginatio est extra verbum Dei, quid, & quæ sit eius voluntas ex nostra voluntate, id verè est idolatria, *dele à verbo*, quæ scilicet, est enim noua, & temeraria interpretatio, & à proprietate vocis hebraicæ etiam aliena, vt patet ex Doctoribus hebræorũ, qui eius non meminere, nedum somniare videntur. *& infra*, sed in diuinis diuinare aliud est nihil, &c. *vsque ad*, & pluraliter, *dele*, quia hæresim sapiunt, & contra Catholicos videntur dicta.

pag. 800. in medio, verbo רצון Gratia, acceptatio, *dele acceptatio*.

pag. 857. circa finem, vbi figuratè pro lætitia ponitur in qua quis habet consolationem, *dele, & pone*, vbi per metaphoram verti potest, lætitia, quasi dicat, etiam si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quia virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt, & quia præparabis ante me mensam, idest, res quæ sint mihi consolationi, non mœrori.

pag. 859 post med. verbo שלם *dele nomen Pauli Riʼÿ*, & paulò post Munsteri.

Epistola quæ est præfixa Indici locorum Sacræ Scripturæ, & incipit, in re tenui, &c. cum sit Laurentij Humfridi hæretici, & authorem nimis laudet, expungẽda est, & intẽtio ipsius alijs verbis per alium authorem explicanda.

Io. Guglielmus Stuckius.

Correctio Libri. Cui Tit. Antiquitatum conuiuialium libri tres, Auctore Io. Guilielmo Stuckio Tigurino. Tiguri excudebat Christophorus Froschouerus Anno 1592. &c.

Initio dele nomen Auctoris.

In Epistola pag. 1. vers. penultimo dele, *clarum illud*, vsque, *Heluetiae*.

In præfat. pag. 3. ver. 17. dele, *in cœlestes illas Sedes*.

Lib. 1. cap. 1. §. item, &c. *dele totum*.

Ibidem §. aliud quoq; lin. 2. dele, *piæ memoriæ*.

Cap. 11. fol. 25. pag. 2. §. hanc veteram Iudæorum, *dele totum §.*

Cap. 18. fol. 43. pag. 2. vers. 22. dele, *luxuriosissimis*, vsq; *celebrari solent*.

Ibidem fol. 44. pag. 2. §. Atq; vers. 2. dele, *luxus luxuriæq; plenissimè*.

Ibidem in marg. dele, *de Sacerdotum nostri temporis luxuria*.

Fol. 43. pag. 1. §. Qualis porro, *dele omnia vsq; ad §. atq; hæc paginæ sequentis*.

Ibid. in marg. dele, *Monachorum, &c.* totum.

Cap. 19. fol. 47. pag. 1. §. Deniq; lin. 1. *Loco ipsorum* pone, *aliquorum*.

Cap. 24. fol. 66. pag. 2. §. tam verò lin. 21. dele, *piæ memoriæ*.

Cap. 26. fol. 79. pag. 2. vers. 33. dele, *adhæc*, vsque, *qui oblationis exclusi*.

Ibid. fol. 80. pag. 1. vers. 6. dele, *precularum*, vsque, *& aquæ lustralis*.

Ibid. §. ac omnino dele vsque, *huiusmodi verò*.

Ibid.

Ibid. in marg. dele , *epularum funebrium luxuria.*
Cap. 28. fol. 99. pag. 2. verſ. 10. dele , *atq; Religionis prætextu* , vſq; ad finem §.
Cap. 30. fol. 103. pag. 2. §. Conuiuij autem verſ. 15. dele , *piæ memoriæ* .
Ibid. fol. 107. pag. 1. §. Cæterum inter omnia dele totum §.
Cap. 31. fol. 113. verſ. 19. dele , *acceperunt hoc*, vſq; ad finem §.
Cap. 32. fol. 114. verſ. 17. dele , *plura de his* , vſque *huiuſmodi* .
Cap. 33. fol. 129. pag. 2. §. huiuſmodi lin. 13. dele , *ex paruis quandoq; cauſis* .

Lib. ſecundo.

Cap. 9. fol. 169. pag. 1. verſ. 20. dele , *piæ memoriæ.*
Cap. 14. pag. 188. pag. 2. verſ. 9. ante finem dele , *piæ memoriæ* .
Cap. 16. fol. 198. pag. 1. verſ. 5. dele , *ergo Chriſti* , vſq; ad finem §.
Cap. 20. fol. 125. verſ. 26. dele , *imputando* , lege , *tribuendo* .
Cap. 30. fol. 238. verſ. 2. dele , *ſimiles autem*, vſq; *de more* .
Cap. 32. fol. 241. pag. 2. §. his poſtremo ver. 1. dele , *piæ memoriæ* .
Ibid. fol. 244. pag. 2. §. in belgico verſ. 32. dele, *de hac autem Pontificis , &c.* vſq; *ſolent quoque* .
Cap. 36. fol. 264. pag. 1. § primo ergo verſ. 16. dele, *quia nimirum* , vſq; , *poſt calicis benedictionem* .
Cap. eodem fol. eo. pag. 2. §. ſumptis verſ. 9. dele, *atq; hoc eſt poculum* , vſq; *poſt hæc qui* .
Ibid. fol. 266. pag. 2. habent præterea lin. 6. dele, *quas res conſecratas vendunt tãquam ad ſalutem animarum vtiles* .

Ibid. lin. 8. dele, *quasi prius fuerit impura, & maledictum*.

Ibid. fol. 267. pag. 2. §. Porro vers. 22. dele, *propter has ergo praeuntes*, vsq;, *& haec de mense*.

Libro Tertio.

Cap. 2. fol. 280. pag. 2. §. Macrobius vers. 16. dele, *piae memoriae*.

Cap. 5. fol. 294. pag. 1. vers. 5. dele, *alij enim Religiosè, &c.* vsq; ad finem §.

Cap. 6. fol. 298. pag. 2. §. bibere, vers. 20. dele, *vt bibere sanguinem Christi*, Ioan.6.

Ibid. vers. 22. dele, *1. Corin. 10.*

Ibid. fol. 300. pag.1. §.6. amicitiae, vers.6. dele, *inter quos principem*, vsq; ad finem §.

Cap. 13.fol.342.pag. 2. §. impij ergo, vers.4. dele, *virò doctissimo, & acutissimo.*

Cap. 14. fol. 343. pag. 2. §. quinta circumstantia, vers. 12. dele, *apud nonnullos*, vsq; proximo.

Cap. 18. fol. 364. pag. 2. §. hunc morem, vers. 19. dele, *pietatemque*.

Cap. 20. fol. 370. pag. 1. §.hanc porro, vers. 30. dele, *piae memoriae*.

Cap. 26. fol. 395. pag. 1. §. vt quoq; vers. 26. dele, *quoniam verò in epul. &c.* vsq; ad finem, &c.

Ibid. pag. 2. §.Nicephorus lib. 17. *dele totum* §. vsq; ad finem, &c.

Io. Neuizanus.

Syluae Nuptialis Io. Neuizani purgatio.

Lib. 1. cap. 2. num. 8. del. illa, *Codrus serm. 27.* vsque

que ad illa, *ideo Philosophus*.

Ibid in marg. Del. illa, *Alij dicunt quod in muliere* Deus.

num. 25. del. illa, *etiam in actu matrimonij*, vsque ad illa, *& tandem*.

num. 34. del. *hinc dicit Barba.* vsque ad illa, *& sic vides*.

num. 36. Non tamen sine cibo, quod moriatur, vt faciūt Clerici, dele illa, *vt faciunt Clerici*.

num. 49. del illa; *est tamen dubium secundum Lutherum in declarat. de 6. præc. vers. 5. adulterium*.

num. 67. *Prout de illo qui finxit*, vsque ad illa, *& plures causas*.

num. 100. Et Papa non potest, *vsq; ad illa*, nec prodesset forti.

num. 106. debet ab ea separare torum, alias peccat, *dele illa*, alias peccat; *& loco illius*, debet, *pone*, potest.

num. 110. Aliæ quærunt hæremitas, *dele vsq; ad*, præpos. in cap.

num. 112. Et non egebit aliorum instigatorum auxilio, nec tot suasionibus, *del.*

num. 119. Et propterea Apostolus dispensauit; *pro* dispensauit, *ponendum*, non improbauit.

num. 121. del. illa, Maumetista, & Auerr. quod lex Mosis est lex puerorum, lex Christi lex impossibilium.

num. 122. d*el.* Et Lutherus in trac. de modo confitendi, *vsq; ad*, non credunt sibi.

num. 128. in marg. Clerici Zelotypi, *dele.*

Ibid. Sed nunc sic dicunt, *dele vsq; ad illa*, alium modum ponit.

num. 130. Sed ad Clericos redeo, & dicit, *vsq; ad illa* dam-

damnandus sicut in cæteris.

num. 133. Et sic quod Sacerdotibus permitteretur, *vsq; ad illa*, facit quia cum pauci.

num. 135. Et hoc permittebat S. Ambrosius, *vsque ad illa*, nec satisfaciunt rationes.

num. 139. Dicunt etiam isti, quod corrupta intentio Canonistarum, *vsque ad illa*, Item patet, exc.

Ibid. Et quod dicunt Scotistæ, *vsque ad illa*, l. non est verisimile.

num. 150. *Del.* quod peccatum veniale geminatum efficitur mortale.

num. 151. Et transmutant se in maiores figuras, *vsque ad illa*, quod præstatur ab his, *reponendo*, & transmutant se in monstruosas figuras, *delendo cætera.*

numero 160. Item licet Deus prohibuerit furtum, præcepit tamen Iudæis furari Aegyptios, *del. totum*.

num. 162. Nec desunt, qui dicant, *vsque ad illa*, sunt etiam qui enumerent.

num. 166. Eccles. 1. idest vltra Deum, *vsque ad illa*, & mulieres etiam.

num. 167. in fin. Aliqui Romæ, proh scelus, *dele illud*, Romæ.

num. 214. de Clerico ad asinum, *del. vsque ad illa*, De caractere corporali.

Lib. 2. num. 16. Frat. Mart. Luter. *vsque ad illa*, præterea, vt inquit Philos.

num. 29. dicit tamen Cyn. in l. 1. C. de mul. quæ ser. prop. ser. immis. *vsque ad illa*, num. 30. Ampliant quinto.

num. 35. Et Salomon dicens, quod licet viderit, *vsque ad illa*, in marito autem.

nu. 37.

num. 37. Frat. Mart. Luter. *vsque ad illa*, & consuetudo est.

num. 38. Vel quantum Papa Gregorius, *vsque ad illa*, vel quantum sponse.

num. 42. Quia plus peccat quam virgo, ex quo maturior, & magis experta, *del.*

num. 46. Io. Lud. in repe. de dona. inter vir. & vxor. car. 80. in princ. col. 2. dicit, *vsque ad illa*, perdet iocalia.

num. 58. Est etiam memor, quod fornicari cum vetula, vsque ad illa, *caueant semper*.

Ibid. in margine peccatur cum turpi, quàm cum pulchra.

num. 64. & pompa damnatur, nedum in ædificijs Laicorum, sed & in Ecclesijs, ab illo, nedum, *dele omnia præterquam id*, in ædificijs.

nu. 66. & vulgo dicitur, quod vbi sunt fœneratores, *vsque ad illa*, & contra habentes libros.

num. 88. biaua vende cauallo, *dele tria sequentia verba*.

Ibid. prout illa, quam qui vidit testim. perhib. *dele illa*, quam qui vid. test. perh.

num. 89. vt ex turgido pectore, *del. cum duobus seq. verbis*.

num. 91. *del. carmina illa*, triginta hæc habeat.

num. 96. tertio aliqui accusant, *dele vsque ad illa*, aliqui, & quarto dicunt.

num. 112. sed caue à cantilena Gallica tarde nupti, *vsque ad illa*, dicunt vicinam.

lib. 3. num. 3. item ratione temporis, quando fuit primum sacramentum, *dele illa*, primum sacramentum.

num. 7. & qui possunt dicere, eruisti animam, *vsque ad illa*, & iuxta illud Comici.

num. 17. in med. *del. illa*, vt videmus in personis Ecclesiasticis euenire .

num. 19. vnde postquam est tanta honestas in matrimonio, *dele illud*, tanta .

num. 20. in marg. *del. illa*, Aduocati plus merentur, quã Fratres Prædic.

Ibidem & quod propterea recti Iudices, & Aduoc. plus merentur, *dele illud*; plus, & illa, quam Fratres Prædic.

Ibid. quia Prælati communiter malè se gerunt, & malè tractabuntur, *del.*

num. 44. *del. illa*, quia licitum est redimere sanguinem suum per fas, & nefas.

Ibid. post 4. lin. quod nemo est ita bonæ conscientiæ, qui non iuraret falsum potius quam mori, *del. omnia*.

Num. 45. *deleantur illa*, nisi in causa matrimoniali, *vsque ad illa*, vide tamen Rip.

Ibidem circa medium, *del. illa*, vel in defectum Sacerdotis.

Num. 47. & sic æquiparatur Aduocatus Confessori, *del.* æquiparatur, *& substitue*, comparatur.

Num. 49. *del.* Mart. Lut. serm. de excom. vers. 8.

Lib. 4. num. 1. *del. illa*, præterea nonne Apostoli ducebant secum vxores suas.

Ibidem, Virginem Mariam in sponsam voluit, *dele illud* in, *adde*, fieri.

Ibidem, peruertendo ordinem Charitatis, *del. illud*, peruertendo, *substitue*, supra.

Num. 16. hoc dicit secundum indulgentiam, *dele*, indulgentiam, *substitue*, consilium.

Num. 18. *deleatur*, Luter. in declar. 4. præc. Honora patrem .

Num. 24. quam mendacium, *adde*, perniciosum, *& eodem*

dem modo legen. in margine.

Ibid. num. 27. *del. illa*, vbi postillatur Pater noster & Aue Maria.

Circa finem, per quem text. patet, quod non fuit excusatus ille Papa, *del. vsque ad illa*, per ea, quæ peccauerit homo.

Num. 29. circa fin. & illa, quæ fecit se Papam, *del. vsq; ad*, vnde consideratis.

Num. 31. vbi in fine refert de eo, cui ob ægritudinem, *del. vsq; ad illa*, facit ad prædicta.

Num. 33. non solum Layci: sed & qui castitatem Deo vouerunt, *del.*

Ibidem, in Dauid, & Beato Petro, *del. illa*, & Beato Petro.

Num. 42. imò proh dedecus vtentur, *vsque ad*, Felyn. in rubr. de maiorit.

Num. 51. in fin. Luterus in declam. de 8. præc. Dei, probat quod..

Num. 54. Mart. Luter. in declam. de 4. præc. Dei.

Ibidem, & refert vnum Guaynerius, *vsque ad illa*, facit contra hos Zelotypos.

Num. 63. à furore rusticorum, conscientia Sacerdotum, *del. illa*, conscientia sacerd.

Ibidem, & ab audiente duas missas omni mane, *del.*

Num. 73. circa medium, *deleantur illa*, vt de Petro negante Christum.

Num. 82. marg. *deleantur illa*, licet honestatem violare pro vtilitate.

Num. 84. qui Pontifici asserenti, *vsque ad*, viderat fortè gloss.

Ibidem, *del. illa*, & Petrarcha recusauit, *vsq; ad illa*, & Bald. in c. innotuit.

Num. 92. *deleantur carmina illa*, Cornigerum canimus populum, &c.

num. 98.

Num.98. fi. imò Deus Opt. Max. *vsq; ad illa*, & etiam inter homines.

Num.105. *del. illa*, ficut cinamomum, & balfamum, *vfque ad illa*, funt enim.

Ibidem del. nomen Luteri.

Num. 117. Codrus renunciauit Papatui, *lege*, Regno.

Num. 121. *deleatur*, quod eft grauius peccatum, quàm hærefis.

Num. 135. poffe nos malitia malitiam repellere gl. &c. *ponenda in margine hæc verba*, hæc gloffa eft reformata in noua impreffione fexti, mendacium enim nunquam licet.

Num. 136. *del.* vt Lutherus dicit.

Ibidem fin. fi pro tuitione rerum fuarum, & reip. moriantur funt certi de Paradifo, *pro illis*, funt certi de Parad. *lege*, benè operantur.

Num. 143. *del. illa*, quapropter Epifcopatus Papienfis, *vfque ad illa*, ideo minus malum.

Ibid. fin. *del. illa*, & tamen funt aliqui dummodo aliquid augeant, *vfque ad illa*, non equidem licet furari.

Num. 144. *del. illud*, ad Philip. 3. *circa fin.*

Num. 145. quia Ecclefia hodie eft infecta, *vfque ad illa*, vide in Cronica vnam lineam.

Num. 147. circa medium, imò licet in forma Dei effet, non eft arbitratus fe æqualem. *Supplendus locus*, non rapinam arbitr. eft, effe fe æqualem Deo: fed femet. exin.

Vfque ad finem, ibid. circa finem, hodie autem fecus, quia Ecclefia tali modo, *dele vfque ad illa*, vide tamen Hubertum.

Num. 148. præterea quomodo augetur Ecclefiæ decor, *deleatur vfque ad illa*, & ifta eft reputatio Curiæ.

Num.

Num. 149. ista est vera, & bona reputatio, non illa, *vsque ad num. 151. ad illa verba*, à Domino factum est istud,& est mirabile.

Num. 152.quia manda, remanda, *vsque ad illa*, non fuit expecta tempus.

Num. 155. *del. illa*,& dicit Simia Salernitani, *vsque ad illa*, Codrus etiam.

Ibid. post quat. lin. moriuntur in paleis, nisi de gratia speciali, *del. illa*, de gratia speciali.

Ad finem Lib. capi librum fortunæ Laurentij, *del. vsque ad*, Enchiridion militaris discipl. & in marg. *dele*, Librum fortunæ.

Lib. 5. num. 9. putet in Credo condito ab antiquis,*del. vsque ad illa*, & tamen dicit Bald.

Num. 12.circa fin. *del.illa*, licet dicatur Medeg, *vsq; ad illa*, Aduocato Zouen.

Num. 25. circa finem, *del. illa*, quod Pius postquam fuit Pontifex, *vsque ad illa*, dicitur tamen frater Siluester.

Num. 34. *deleantur illa*, quoniam peccarent in Spiritum Sanctum.

Num. 38. circa med. *del. illa*, nisi longo tempore asinus seruiuisset, *vsque ad illa*, vel qui comedisset, *per duas lin.*

Num.40. del. nomen Luteri.

Num. 48. *deleatur*, & propter necessitatem possumus vti arte magica ad fugandam tempestatem.

Num. 67. circa medium, plus merentur, quam fratres Prædicatores, *dele totum præter verbum*, merentur.

Num. 69. ergo malè dicit Luterus, *vsque ad*, imò Io. Fab.

Num. 72. liceat dispensare super matrimonio carnali copula consumato ob adulterium coniugis,ponendum

dum in marg. intellige quo ad torum.

Num. 75. §. 7. non obst. *del. illa*, dixi in quæstione, quod ob adulterium relicta prima, liceat aliam vxorem capere.

Num. 80. del. nomen Luteri.

Ibidem, imò philosophia habet principia quamplura notoriè falsa, dicendum, philosophia Aristotelis.

Num. 81. *deleantur illa*, qui Auerrois est maior hæreticus.

Lib. 6. n. 49. *del.illa*, Barb. dicit quod si Papa peccat, *usque ad*, præsumunt enim talia.

Ibidem, *del.illa*, inuehit contra miseros prælatos, *vsq; ad*, facit Papa Pius.

Num. 55. *del. illa*, vbi dicunt, quod signaturæ, quas facit Papa, *vsque ad*, & Io. Lup.

Num. 56. *del.* propterea Burgos in cap. peruenit, *vsq; ad illa*, ideo tunc succedit.

In carmine, quod in fine libri habetur de conditionibus hominum, *deleantur versus 3. 8. 9. 10. 17. 18. 46.*

In Indice communi toti Operi.

Litera E, *del. primum not.* Ecclesia est hodie.

Ibidem del. 13. Episcopus Papiensis.

Litera H, del. 3. Henribaldus Cotta.

Ibidem del. 11. honestatem violare.

Litera I, del. 59. Iudices, & Aduocati.

Litera N, del.antepen. Nuptias Sacerdotibus.

Litera P, del. 18. Partialis dicitur in tanto animæ.

Ibid. del.46. Pontifices multi.

Litera V, del. 29. Vidua grauius.

In Argum. 1. Lib. *del. num. 34.* Mortem famæ postponendam.

Num.

Num. 106. lege, maritus diuertere ab vxore poteſt, ſtatim, &c.

Del. num. 134. nuptias Sacerdotibus.

Del. num. 136. Hannibaldus Cotta.

2. Lib. del. num. 42. vidua grauius peccat.

3. Lib. num. 20. del. maiori, & quam prædicatores.

4. Lib. del. num. 143. Epiſcopus Papienſis.

Num. 145. Eccleſia eſt hodie, &c.

Num. 150. Pontifices multi.

Num. 174. partialis dicitur.

Ioannes Oldendorpius.

Ioannis Oldendorpij libellus de exceptionibus, impreſſus Marpurgij, anno 1552. nihil habet mali.

Idem ad leges 12. tabularum eget hiſce correptionibus propter diuerſitatem impreſſionum omiſſis.

pag. 43. lin. 11. expungantur quæ ſequuntur, *ſicut enim*, vſq; ad, *horum autem hominum*.

pagina 45. ſub capite de ferijs lin. 7. à fine obliterentur hæc verba, *nihil enim ſancta*, *&c.* vſque ad, *hoc certè ſacrificijs*.

In Ioan. Oldendorpij libello de copia verborum, & rerum in Iure Ciuili, impreſſ. Lugduni à Sebaſtiano Gryphio anno 1543.

pag. 55. in dictione, *à libertate ad piam cauſam*, deleatur tota vltima periodus incipiens, *quæ autem ſint piæ cauſæ*, *&c.* vſque ad dictionem, *ab alimentis*

mentis ad piam causam .

Item pagina 147. in dictione, *auaritia* , expungantur hæc verba , *omnia venalia* , vsque, *dixit ille*.

Item pag. 308. *Ecclesia* , obliteretur periodus , cuius est initium,*Ecclesiæ appellatio* , vsque ad aliam periodum incipientem , *Ecclesiæ appellationem*.

pag. 342. in dictione, *hæresis* , deleatur periodus incipiens, *si ad normam*, vsque ad vocem, *hosticum*.

pag. 350. in verbo , *hæreditas* , in fine, deleantur hæc verba, *cogita hic vt inuenias*, vsque ad verbum , *desiderabitur* .

pag. 395.in vocabulo iustitia lin.21.deleantur hæc verba , *Philippus Melanchthon*, & pag. seq. lin. 11 deleatur dictio, *Philippi* .

pagina 405. in voce *lex*, expungantur quatuor vltimæ, & sequentis paginæ duæ primæ lineæ in periodo incipiente , *Dei autem nihil refert, &c.* vsque ad verbum, *Aristoteles* .

pag. 408. in dictione , *lex* , deleatur nomen , *Philippi Melanchthonis* , bis pro auctoritate adscriptum.

pag. 421. in dictione , *legare* , deleantur hæc verba , *similem permutationem*, vsque, *non moueo* .

pag. 427. in dictione , *matrimonium* , deleantur hæc verba , *copulatio carnalis* , vsque , *C. is* , *qui fidem* , *de* .

pag. 439. in dictione , *magistratus* , deleatur periodus incipiens , *quid igitur dices* , *&c.* vsque ad sequentem periodum incipientem , *tribunorum plebis* , *&c.*

pag. 561. in dictione , *seruus* , deleantur hæc verba , *digna autem est collatio* , vsque , *eam expendas* .

In

In eiuſdem Iſagoge iuris naturalis impreſſa Lugduni per Gryphium 1546.

Fol. 29. in præcepto Decalogi, *Furtum non facies*, in periodo incipiente, *rurſus nonnulli*, deleantur hæc verba, quæ conſtat ex fide, & fiducia in Chriſtum.

In Commentarijs ad leges duodecim tabularum, coniunctis cum præcedente Libello.

Pag. 60. cap. 8. *de ſacrilegio*, deleatur periodus incipiens, *hic, & hodie, &c.* vſque ad periodum incipientem, *ſacrum, ſacrouè*.

Scripſit etiam de iure ſingulari, & re iudicata per Gryphium quoque impreſſ.

Pag. 570. ſub titulo de varijs nominibus, iuris ſingularis verſu in iure pontificio, deleantur hæc verba *& ſanè neſcio, an omnes diſpenſationes id faciant*.

In eiuſdem Oldendorphij collatione Iuris Ciuilis, & Canonici, impreſſum Coloniæ apud Ioannem Gymnicum 1541.

Pag. 61. in dictione, *vſuræ*, deleantur hæc verba, *vtimur re ipſa*, uſq; *nos pudet*.

pag. 82. in dictione, *patet*, num. 6. deleantur hæc verba, *cæterum nec canones*, vſque, *inuitis parentibus*.

